Marianu
Scotus.

G
560

10
II
30

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

~~216.~~

Double de G. 260.

10-II-30

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

Ex Bibliotheca Sancti Victoris Par.

# MARIANI SCOTI,

poetæ, mathematici, philoſophi & theologi eximii, monachi Fuldenſis, HISTORICI PROBATISSIMI, CHRONICA : ad Euangelij ueritatem, poſt Hebraicæ ſacro ſanctę ſcripturę & Septuaginta interpretum uariationem, magno iudicio diſcuſſam & correctam, certa enumeratione temporum conſcripta.

Evrardus victorinus

Adiecimus MARTINI POLONI Archiepiſcopi Conſentini, eiuſdem argumenti Hiſtoriam : cuius inter Pontificios ſcriptores, à multis iam annis ob ſingularis fidei opinionem magnus fuit uſus, atque frequens memoria.

*Omnia nunc primùm in lucem edita. Adiectis etiam rerum præcipuè memorabilium Indicibus.*



ACADEMIA ESPAÑOLA BIBLIOTECA
REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

Cum Cæſ. Maieſt. gratia & priuilegio ad deceñium.

*BASILEAE, APUD IOANnem Oporinum.*

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

# ELIZABETHAE, ORBIS decore, fidei defenſione illuſtri,

## ANGLIAE, FRANCIAE, HYBERNIAEQ. REGI VIRGINI, BASILIVS IOHAN. HEROLD S.

ETSI, PROCERVM POPVLIQ'VE totius Angliæ ſanctione & ſcitu, ſacroſanctam te Reginam ELIZABETHA, alumna CHRISTI, fidei defenſione illuſtriſsima atq; nobiliſsima Virgo, neque literatura, neq; ulla cõditione notus homo, interpellare non ſolùm confidentiſsimè, uerumetiam in Remp. Anglicam improbus & importunus peccare nonnihil uidear, dum publica reſpirantis & reuireſcentis Regni negotia, priuatis aridiſq; meis ſcriptis moror: una tamen ſatis magna, eaq; præcipua cauſa, probare tibi hanc meam inſcriptionem poſſem, quòd diuinarum & humanarum rerum expertiſsimi Philoſophi ac hiſtorici inclyti MARIANI hanc, iure poſtliminij fauorabilem, difficillima quoq;, & quàm hactenus ab ullo tradita ſit alio, certiori, adq; Euangelicam ueritatem accommodata ratiocinatione gratioſiſsimam hiſtoriam, tibi ô Virgo Regia, offero, atq; animo dedico deuoto. de quo Authore, ut plura dicam, inferius dabitur occaſio: cum nunc honeſtiore & probabiliore nomine, Deo Opt. Max. in primis, tibi ô ELIZABETHA, Reip. deniq; Chriſtianæ & Angliæ regno gratuler, quòd auſpicatò tuę patrię præfecta ſis, exemplum quoddam, cuius ex omni antiquitate ueſtigium extet nullum: uindicandæ uerò libertatis, aſſerendæ religionis, inſtaurandæ fœlicitatis ueteris, huius ætatis noſtræ hominibus, ipſa ceu regula diuina quadam conſtituta, atq; poſteritati omnium ſeculorum ſimulacrũ exhibita, quo immenſa præclariſsimaq; uirtutum ſuarum magnitudine effingi aut exprimi illuſtrius a ut melius nequeat.

Quicunq; enim in te, ô Virgo, uel ea quę fortunæ tribuẽda cenſentur, rimari uolunt, & res ipſas in partes tribuere: ij ad diuinas illas animi tui dotes magna admiratione rapiãtur neceſſum habent: de quibus cũ hæc pauca ſcribam, facit in omni uita & actione tua optimi perfectio & abſolutio: cuius extrema, cum tantũ deuotione quadam attigiſſe uideri queam, à conatu tamen & adumbratione eorũ, nulla religione, nulla infantiæ meæ conſcientia potui deterreri. Initium igitur ſumam ab externis, quæ fato alij conce-



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

dunt: ego ſemper omnium bonorum largitori unico, fortunæ & fati moderatori, adſcribendum eſſe iudicaui: ei ſiquidem, cui ſummi boni appellationem, & debitam & meritam gratiam cotidie referebat Plato ille philoſophorum magiſter ac doctor, quód Græcus, non Barbarus natus eſſet, uir ipſe ſempiternis ſeculorum ætatibus doctrinæ excellentia nobiliſsimus, & ortu ſuo, ut qui paternum itidem ac maternum genus à Neptuno duceret, glorioſus. Hunc itaq; uirum, tantum philoſophum, cum in hoc iactare ſeſe non puduerit, neq; hac deprędicatione externi ſplendoris ulli hactenus inſolens uiſus fuerit, ſed is probetur omnib. ſuſpiciēda illa atq; admirāda hominū generi Dei benignitas hac in parte erga te effuſa ó Virgo Regia, omnium animos quomodo non excitaret? inq; laudes tuas non erigeret? Quàm enim uerum eſt, omnium rerum eſſe uiciſsitudines: tam certum & hoc, alterationi omnes huius orbis plagas ſubiectas eſſe: ideo non poſſe, niſi impudenti aſſeueratione, Græciæ miſeræ, uaſtam illam nunc & deplorandam, diſcordiæ malo accerſitam ſolitudinem, Angliæ regno præferri. Eſt enim Anglia, ad Arctum propior conuerſa regio, magno omnipotentis Dei beneficio, ingenti quoq; miraculo multis alijs orbis partibus ortui uel auſtro ſubiectis, mira cœli clementia, mira ſalubritate excellētior atq; nobilior, fulgetris, procellis, tonitrui minus obnoxia, imbribus fœcūda, miti aura, hybernis æſtiuiſq; menſibus, totoq; currentis anni curſu, læta. Perpetuum illic uer, uiror æternus, ager diues, fonticuli, amnes, flumina limpidiſsima & nitida piſculēta, aurea arena diues, & uellere lanarum quàm Colchus olim locupletior. Pecus habet innumerabile, uberrimum, à lupo ſecurum. Homines nutrit ualetudine firma, annoſos, ſplendore & munditie aulæ atq; culinæ omnino laudabiles & hoſpitales: nobilitatem aucupio uenationeq; exercitatiſsimam: uulgus in omni negotio, in omni arte eruditum. Gens tota patriæ amantiſsima: pro qua in aciem prodire, & fortiter pugna cadere decorū: ignominioſum hoc ſolum ſibi putat, metu mortem oppetere, aut deſerere primum locum, iterūq; pugnare uelle. In ſagittis illi ſpes, pręcipuaq; gloria uictorijs parta: nulla fugæ recordatio: de ſalute, de honeſta morte unicum omnibus propoſitum. Literarum bonarum à prima hominum memoria, indefeſſum ſtudium, percelebris gloria.

Cum itaq; inter hos naſci, aut talibus procreari magnum eſſet: quo loco ponendū id putamus, quod è uera ueteriq; Normannorum ſobole GVILHELMI illius, qui Britanni ſanguinis ſtirpē, Romanorū uariarumq; gentium irruptione eiectam, in Inſulam reportarit, ſata tu, ó ELIZABETHA, ac ueluti cœlo demiſſum aliquod uirgultum, uigeſimo iam ramo propagatū floreſcis? Annis quippe octo minus quàm quingentis, uiginti certè Reges, non

interciſa

intercíſa ſtemmatis linea numerantur, progenitores tui, ô Virgo Regia, quorum pleriq; fortibus factis ualde inſignes, multi ſpecioſiſsimis triumphis floruere, nonnulli autem ab ęquitate & iuſticia magnam laudem acquiſiuerunt: at unicus genitor tuus, admirandæ uirtutis & ueræ pietatis palmā tulerit. O' ineffabilem προορισμοῦ & iudicij diuini profunditatem. prędeſtinationis

Summus ille, de quo nobis iam ſermo fuit, Philoſophus, quòd mas, non fœmina in lucem prodijſſet, etiam benignitati diuinę tribuebat, uoluptaria quadam & titillanti iactatione, qua efferebatur, ſapientiæ opinione obſeruari ſe ab omnibus intelligens. Donorum igitur cœleſtiū magnitudinem quis unquam obſeruabit melius, quàm cōtemplatione munerū, quibus te illuſtrauit, ô Virgo, atq; dotauit uoluntas atq; clementia diuina: adeò ut fœmina ELIZABETHA, fœmina tu inquam, tantis uiris, fortiſsimæ genti, mulier præfecta ſis, ea, quæ ſpes bonorum accendat, emendet mores deprauatiſsimi ſeculi, quo Natura uirum negauit afflictiſsimæ Angliæ, cui moles Reip. credi poſſet. Quòd ſi ceu ſidus, hominem Philoſophum inter mares ſplendeſcere, conſentaneum eſt: nónne ut ſolem, læta luce te fœminam luſtrare & complere patriam illam tuam, & quaſi lumen à Deo accenſum eandem depulſis tenebris exhilarare, non ſolum mare, uerumetiam homine multo maius aliquid haberi debet, et affirmari poterit? quandoquidē idipſum oris dignitas in te, & ea quæ ab omnibus prædicatur uenuſtas amabilis, ſupra fidem grauitate exornata decenti, à puellari ætate, teſtificari, & Maieſtatem tuā aſſerere uiſa eſt. Quæ ut corporis aptam figuram, & membrorum quandam ſuauitatem foris oſtendit: ſic firmitatem ac conſtantiam, imò uim aliquam uirtutis continentem, & pulchritudinem oſtendit eiuſmodi animi, qui ad capeſſenda Philoſophiæ pręcepta habilis & accommodus, neceſſariam de felicitate Regni tui confidentiam imponat: cum & Regum gloriam, & Regnorum ſalutem in Philoſophia, humana etiam, poſitam eſſe, noſter hic affirmare ſit auſus. Quis enim hoc neſcit, te, ô ELIZABETHA, nō inani illi, quæ uerborum lenocinijs, aut captioſis argumentationibus turget, ſed uerę & ſacroſanctæ Chriſtianæ Philoſophiæ, quæ ſpiritu manſuetudinis & boni ęmulatione perdurat, à cunabulis operā dediſſe? Quādoquidem parentibus una hæc cura fuit, ut ætate adhuc tenella erudirêre, & ingeniū tuum (quo nihil docilius, nihil diuinius) meliora imbiberet. quo quidem factum eſt, ut EVSTOCHIO Romanę uirgini præferenda multùm, puella adhuc, maternā, Latinam, Græcam, Gallicam & Italicam linguàs addiſceres, aptè quidem & perfectè, atq; unamquamq; adeò propriè, ut ſi harum aliquam loqui aut ſcribere contingat, nemo aliam te nouiſſe exiſtimare poſsit.



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

Deinde præceptis optimæ ac innocentiſsimæ uitę inſtructa, in genij uires exerere, imò exercere incœpiſti: ac uix decimũ quartũ nata annũ, in totius Angliæ diſceſsione, tranquillo animo philoſophiam complexa, & Regis & ciuium munus ſcrutata es, nõ ſine cœleſti aliquo numinis inſtinctu: quò ſumma prædita moderatione & animi humilitate, imperare diſceres; & ſpreta illa Regia munera, ad quæ fato trahebaris, agnoſceres ultrò. Iſocratis namq́ ad Nicoclem huiuſmodi argumẽti orationes duas, è Græco tum in Latinam linguã transtuliſti, tanto ſtupore, tali laude doctorum uirorum, ut cum aliorum interpretũ diligentiam ac ſtudium commendent, in illa tua tralatione animi motus regios ac proprios, deniq́ uirginalis caſtimoniæ ſuauitatem, & dulcedinem uenuſtioris locutionis, admiratione ſumma, ac quadam confuſione mentis ſentire ſe affirmẽt. Cuius rei ſatis idoneum, eundem'q́ ſatis grauem teſtem producere poſſum IOHANNEM CHEKVM, ingeniorũ & doctrinæ cenſura liberali incorruptum uirum, fratris olim tui ſanctiſsimi Regis EDOVARDI præceptorem: qui poſt diſcipuli mortem immaturam, nobili ſua peregrinatione, cum ex Italia huc BASILEAM appuliſſet, amiciſsimè me cõplexus eſt. Adducam & alium omni exceptione maiorem, RICHARDVM MORISINVM, uirũ, Deus bone, cœlo certè dignũ: qui inter cætera, de uirtutib. tuis multa, de doctrina tua plurima mihi enumerauit. Sed tu nihil, parata iam hac tua philoſophia inflata, elata nihil, Meditationes Reginæ Nauarræ aggreſſa, eas è Gallica in maternã linguã conuertiſti, utpote cœleſti Philoſophia refertas, eius'q́ ſectatorib. perutiles. nam NICAVLAE illius ſiue Candacis exẽplo, quæ ex Meroẽ inſula Nili, ex Sabæ regno profecta, nõ Sinopenſium philoſophorum ſcholam, non Memphiticorum ſacerdotum contubernium proximius conſulere, ſed fermè in alieno orbe, dilaudatam Salomonis ſapientiam inquirere & haurire uoluit, omnem tu ô Virgo diſcendi auiditatem tuam, CHRISTI ſapientiſsimi, uiui et pacifici filij Dei dogmate exaturare concupijſti: atq́ relictis lacunis, diuini uerbi ſitim, uiuentibus, ac ceu olim CLAVDIA illa RVFFINA ex ore D. PAVLI, tu de templo Dei profluentibus aquis reſtinguere uoluiſti. Atqui ut in funerib. neceſſariorũ doloris uim omnẽ hiſce ſtudijs obfirmata exuperaſti: ſic ſubblandientiũ inſidias, ſimplicitate ac prudẽtia illa tua Chriſtiana repreſsiſti: tandẽ diuino numine tutata, omnia periculi tela euitare potuiſti, igne ipſo probationis præparata, expolita'q́, quo decentius regno & ſacerdotio pręficerère, uirgo adhuc, ſanctioribus imbuta moribus: nec minoribus uotis, quàm olim ipſa CAMBRA aut MARTIA PROBA: cum illæ florentiſsimi regni gloriã bellica uirtute & acceſsione mira amplificarint, tu bono &

no & pacis amore, Reip. deformatæ ſalutem adferre uideare, et uera pietas uindicem te non inferiorem illa ſit nacta. Omittam inuolutas fabulis, gentis illius tuæ origines: neq; ſermo mihi erit de tyrannis, quorum Britanniam feracem eſſe dicebat Porphyrius: quos tamen de libertate inſulæ cum Romanis diu pugnaſſe conſtat, donec ut amicam, non ſubditam, rerum domini eam tractarent. Pictorum, Scotorum, Hunorũ, Saxonumq; impetum, Anglorum quoq; & Vuallorum concertationes, deinde ab Ethelberto uſq; ad Normannos armorum tumultus prȩteribo. Satis erit, ceu per tranſennã indicaſſe, maximo omnium bonorũ dolore, ac eo, de quo GILDAS temporibus ſuis cõqueſtus eſt, malũ multo pernicioſius in hoc regno tuo, per multas iam ætates ſæuijſſe. nam ut tum neq; bello fortes, neq; pace fideles eſſe Britãnos, nonnulli criminabantur à primo illo progenitorum tuorum imperio, in armis foris ſtrenuos, domi feroculos: belli quidem tempore fortiſsimos, pacis uerò nõ admodũ quietos Anglos, tot uictoriȩ, tot calamitates oſtenderunt. Vt nihil dicam de GVILELMO, prima propaginis tuæ ſtirpe, quem ROBERTVS filius exagitauit, ipſe poſtmodũ à fratre hoſtili animo impugnatus. Enumeremus octo illos HENRICHOS, quos domeſtica filiorum ac fratrum arma, Cantuarienſium, cleri, procerum, populorum, ciuilesq; diſſenſiones, Exceſtrienſium quoq;, Clangtonum, Eboracenſiũ, Sarisburienſium, Pſeudoedmundorum, Subſtitutorum Eduardorum, Varbergiorũ & Licolnienſiũ ſeceſsiones pertuliſſe, atq; maiori ſtrage repreſsiſſe legimus. STEPHANVM Mathylda Auguſta, RICARDOS tres Cãtuarij, Lãcaſtrij, Bughyngamij, Rickemundij uexarunt: IOHANNEM Arcturus & optimates Regni. EDOVARDOS ſex, Vualli, Spenſerij, Lancaſtrij, Varnicenſes, Clarentij, Gloceſtrienſes cõiurationibus perturbarũt: poſtremò etiam immerentes, aut coniugij fides, aut fratrum parricidium ipſos perdidit. Dicam ô Virgo, dicam ELIZABETHA: illum, cui ſimilem Deus terris nunquam oſtenderat, eundem Regem, fratrem tuum, diuina Vindicta profectò abripuit, ut furoris eius inquietiores admoneret: te uerò efformauit, afflauit atq; extulit, utq; abſq; omni contentione & lite, ceu DEBBORA quędã, præuaricantibus iam uiris, patriæ pacem, patriæ bonum procurares, innocẽs, Virgo, uiros CHRISTIANOS, uiros fortes, uiros Anglos, inaudita atq; noua quadã ἀμνησία, ad dilectionem fraternam, amorem mutuum, pacis commodum, & pietatis uerȩ manſuetudinẽ traduceres. Edocta namq; ſpiritu diuino, cum Anglos tuos Græcis, imò Athenienſibus ipſis, uiribus præſtantiores, ſolummodo iudicio inferiores uideas: non turpe tibi rata es, ab optimæ & antiquiſsimæ urbis maribus exemplum pete-



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

re, à qua Romani ipſi ſuas leges deſcribere haud dedignati ſunt. Delectu uerò ſingulari & polito tuo iudicio, præclariſsimū appetijſti quod imitarêre, hac tanta in rerum perturbatione, ac animorum diutina diuaricatione: qua cum olim Athenienſes agitati, à Lacedęmonijs ita diſcordes deuicti & attriti, nullum finem calamitatum excogitare potuerunt antea, quàm inita firma inter ſeſe pace, reminiſcentiam omnis mali abijcerent: & quæ paſſi erant à ſe inuicem crudelia, horrenda, plurima & grauiſsima ſimul abolerent: adeò ut iniuriæ illatæ, aut dãni accepti, nulla amplius actio, nulla recordatio conceſſa aut licita eſſet. Hac certè ratione, à tyrannide liberati, urbem ſuam recuperarunt, ac de ſalute & pernicie hoſtium ſuorum, ex arbitrio proprio, ſæpius poſtea ſtatuerunt: & qui de Repub. ſua antea deſperarant, multarum domini poſtea facti ſunt. Hac itaq; obliuione malorum, quã ſapientiſsimus uir Romanus Cicero in urbem introduxerat, ſi poſt obitum Cæſaris populus Romanus uti uoluiſſet, atque recordationem pręteritorum malorum ab flagitioſiſsimo nebulone Antonio exaggeratam negligere, rerum ipſa domina olim Roma, mundi caput, nullius iam imperio ſubiaceret. at ſpretæ amneſtiæ æternam, atq; hanc uſq; in diem luit pœnam.

Sit namq;, quòd enumeratio priorum calamitatum, ad cauẽda ſimilia incommoda futura, bonos adhortetur: certè ad uindictam malos inſtigat. qua impotentia, mala omnia, & ſemper prioribus peiora, infert. Quapropter etiam illud tuum decretum non chartis inſcribendum, non ęreis tabulis incidendum, templis, baſilicis aut porticibus omnibus infigendũ duntaxat exiſtimo: ſed pectoribus hominum bonorũ, atq; eorum omniũ qui Rebuſpub. præficiuntur, imprimendum cenſeo, quod ex auguſto ſanctóq; fonte Euangelij promanauit, atq; ipſo Spiritu ſancto dictante, læto inaugurationis & coronationis tuæ die, propoſitum à te ferunt, ut audio, in hunc modum:

PONTIFEX, SACRORVM MAGISTER, PASTOR, ORACVLA IESV CHRISTI NOVO INSTRVMENTO COMPREHENSA, STATIS HORIS CONCIONI PRAEPONVNTO. PAVLI DOCTORIS GENTIVM SCRIPTA PRAELEGVNTO. ELEMENTA CHRISTIANAE FIDEI RECENSENTO. AB OMNI INTERPRETATIONE ABSTINENTO.

REGINA, SESQVIMENSIS SPACIO, QVI CONSVLET ET SACRIS ET CIVIVM REBVS, SENATVM LEGITO.

PATRES CONSCRIPTI DEINDE, IVXTA PATRVM PRIMITIVAE ECCLESIAE SENSVM,

SVM, DOCTORES CONSTITVVNTO.

QVOVSQ. OPTVMATES, POPVLVS NIHIL INNOVANTO. A' DEO SINGVLI INTEREA, ATQ. VNIVERSI, OPTIMA PRECANTOR.

Sentiunt, ni fallor, nūc demum tui, ô Virgo Regia, & audiūt, de rebus ipſorum te optimè ſtatuere. Nam ut motuū apud uos recentiorum, quorum infamia ferè totum terrarum orbem compleuerat atq; perterruerat, ipſam recordationem, obliuionis ſuæ ſor, ſupprimā: res ueſtrę quòd pacatiores fiāt, uix credibile eſt, niſi ij qui dilectionē proximi alijs perſuadere debent, bono & efficaci exemplo, quàm primùm recōciliatis animis coeant & conglutinentur, uoluntate doctrinaq; unanimes & concordes, odio nihil tribuant, uindictam omnem declinantes: ſeſe contemnant, CHRISTVM IESVM unicum quærant, ſpiritu feruentes, ſinceri & ſancti. Quis enim numerum inire poſsit opinionum, quibus Eccleſia Dei perturbatur? quibus ſpoliati ſubſidio diuino, in neces mutuas nos obarmamus? Fuerūt certè, fuerūt ipſius CHRISTI Domini & Saluatoris noſtri temporibus, atq; ab illis annis ad hanc noſtram ætatem uiguerunt in ſacris rebus diſſenſiones frequentes, maximæ, atq; adeò pernicioſæ: atqui nullū ſeculum fuit huic noſtro ſacrarum inſtitutionū certius, atq; ijs magis inſtructum: nullum æquè παρερμηνείαις refertum, nullum ἠθικοπροσκοπῶν tam ferax. quantum enim, ô bone Deus, uincendi his ſtudium, illis quanta calumniādi libido? hi arbitratu ſuo, accuratè quidem & ſubtiliter ſacras interpretētur ſcripturas, ita ut præter cōtentionis rabiem uix reprehendere in ipſis aliquid poſsis: iſti uerò, homines fœdiſsimi, horribiliter impingūt, dum res pręclaras & laude coniunctas, ipſi moribus perditiſsimi criminantur. Vt alios ſuperēt, priores illi, etiam ſcriptorū errores, ualentioribus laterib. confirmant: poſteriores, ut ab alijs diſſentiant, approbant frequenter quæ abominanda, quę uituperatione ſunt digniſsima. hac certè contagione nihil peſtilentius, nihil pietati, paci & Reip. Chriſtianæ magis aduerſum. αἱρέσεις enim reliquæ, aut impietate ipſa ſua horridiores apparent, aut propter inſcitiam & ſtoliditatem in contemptum abeunt, uel ceu curioſitate & nugis plenæ negliguntur: hæ uerò duæ improbiſs. angelum lucis falſa quadam ſpecie probè æmulantur: quas tu, ô Virgo Regia, oratione aſsidua à Deo impetrato Scripturæ ſano ſenſu, ac Maieſtatis tuæ authoritate, antequam radices agant, priuſquam ſuppullulent, facilè coercebis, excindes, magno Regni tuo bono, digno exemplo, & laude tua nunquam intermoritura.

Hæc itaq; me hominē Germanū, neq; gratiæ neq; odij ſectatorē dixiſſe putes uelim: ſed ob id tantū, quòd maxima Dei dona,

ac uene-

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

ac ueneranda dona in te ſuſpiciam, eaq́; colenda ſemper mihi propoſuerim, atq́; Angliæ tuæ totius fœlicitatem ſempiternam ex animo cupiã: plura inſuper de te tuiſq́; uirtutibus ELIZABETHA Virgo Regia dicturus, niſi CHRISTI ſponſam, alumnam magni Dei & piam te dixiſſe, ſatis putarem: cum pudicitia laudabili VRSVLAE illi Cynoſuræ, atq́; alijs uirginibus quæ unquam in hominum memoriam uenerunt, non ſolùm cõferre, ſed etiam uiris fortitudine, caſtimonia & innocentia præditis & celebratis præferre te omnibus poſſem. Iam ut de futuris ſine arrogantia nihil dicere queo, tamen id à Deo optandum & ſperandũ erit, his dotatam muneribus pupillam te, Deo Opt. Max. tutori tuo adamatam, LYBVSSAE inſtituto, imperium æquum conditura m te Virginem: idq́; non Valaſcæ pertinacia, nõ Lampedonis crudelitate, aut Camillæ uel Pentheſileæ temeritate propugnaturã, ſed Helenæ illius Flauiæ æmulatione, commodius & tranquillè omnia regni negotia tractaturã: quoad uiſum fuerit omnis poteſtatis largitori ſupremo, exitare & adiungere tibi CONSTANTIVM aliquem cõiugem, ac regni pientiſsimiq́; laboris tui ſocium, qui pulchræ prolis atq́; in aula ludentis alicuius CONSTANTINI parentem te efficiat, & Regis maximi matrem. Meretur certè illud pietas tua: & ut talia diuinẽ, animus tuus regius, diuinitatis plenus, Deo addictus & gratiſsimus facit.

Quàm autẽ multa me deficiant, quò minus ueras illas tuas laudes exprimere poſsim, ſentire ipſe incipio: tuũ igitur erit ô ELIZABETHA Virgo, altiſsimo animo complecti, & ſenſu, quod tenerior meus ille animus deſperatione deiectus negligit.

Etenim conſtantiſsimo illi ſeni IOHANNI BALEO, cæteriſq́; peregrinis Anglis, Foxo, THOMAE BENTHAMO, uiriſq́; doctiſsimis, quos omnes honoris cauſſa nomino, egregijs laudũ tuarum & ſtrenuis buccinatoribus, ſi quid confidentia & infantia mea peccatum ſit, imputandum erit, tanquam ſedulis hortatoribus, ut obſeruantiæ meæ in te affectum quoquomodo poſſem, teſtificarer. Negaſſem id alijs, quod uiris iſtis optimis & amiciſsimis, quod OPORINO noſtro, uiro ad literas bonas pro uirili ſua & ornandas & promouendas nato, tribuendum putaui. Ea propter ad noſtrũ Authorẽ reuertar: pro quo, perinde atq́; de Homero Græcia, permulti litigant. Equidem Angli, Scoti & Hyberni, alumnũ eſſe ſuũ, quiſq́; aſſertione pertinaci cõtendit: apud nos, Fuldenſes, Moguntini, Ratisbonenſes, de conuerſione & tumulo eius digladiantur: inter diuos uerò ipſum uniuerſi referũt. Præter enim id, quod totũ fermè orbem terrarũ peragraſſe dicitur, inſignis fuit Mathematicus, poeſi ualebat: Theologus quoq́; ipſe eximius, Dauidis hymnos expoſitione nobili expolijt: magni

certè

certè ingenij uim, & diuinarum rerū ſcientiā admirabilem ea inter
pretatione oſtendit. Is itaq;, uix decē annis poſtquam maiorū tuo-
rum imperium in Anglia (quod Regnū Dei eſſe BRITHOVVAL-
DVS ex D. PETRI teſtimonio oraculari perhibet) inchoatum erat,
in hanc noſtrā Germaniā cum comitibus aliquot ſanctis & doctis
uiris peruenit: ubi docendo, interpretando ſacras literas, & ſcri-
bendo, uictum & domicilia ſibi cōpararunt: proculdubiò corru-
ptos aliquorū mores, quos in ijs qui ſacerdotij munere gloriaban-
tur ferre nequiuerāt, fugiētes: præterea atrox illud inter Macolinū
& Normānum nouū regem propter Cumbriæ regionem crudele
bellum declinantes. Præſtitit mehercle MARIANVS hic noſter,
quod eorū qui Temporū rationes deſcripſerunt, nemo hactenus
tentauit. Errores enim in Cycli Decemnoualis ratiocinatione à Di
onyſio introductos, animaduerſione ſtudioſa correxit: atq; præter
id, ex D. Lucæ Euāgelio, ac eius de CHRISTI ſtirpe nomēclatione,
Hebraicę ueritatis atq; tralationis Septuaginta uirorū cōtrouerſiā
explicauit, Arphaxatis nepotē eſſe, quē de Originib. Moyſis liber
primus decimo ac ſequenti capite eius filiū perhibet: cū huius Ca-
inan, iſtius Sale gnatus D. Lucæ teſtimonio conuincatur. ſic una
generatione reſtituta, temporum enumerationem quàm fœliciter
nobis explicauerit, huius mei inſtituti non eſt iam diſputare: quan-
doquidem occulto, & tectiori Dei opt. max. inſtinctu atq; ordine,
ex quibus hoc hauriri poſsit, ſcripta nūc ipſius authoris prodeūt:
nunc inquam, ut cū ciuibus ſuis, peregrinis Anglis, ipſe tot ętates
peregrinus, quaſi poſtliminio domū reuerti uideatur, atq; ad te ô
ELIZABETHA regiæ ſtirpis, quā ſua ætate nouerat, germen u-
nicū & nobile, rectà tendere, tibi, Regnoq; tuo reuerēter gratulari
poſsit. Ingenui autē pudoris exiſtimo, profiteri, hoc ipſum in prin
cipio mancū, ac, ut nōnulli uolunt, multis in locis decurtatū Autho
ris ſcriptū, unde habuerim: quandoquidē hactenus aliud exēplar
nullum nanciſci potuerim. Aſſeruatum hoc fuit ab aliquot iam ſe-
culis, in Bibliotheca ſummi apud Frācofordienſes templi, D. BAR
THOLOMAEO Apoſtolo dicati: cuius ſodales, cū illud ceu theſau-
rum cuſtodirent, ſummi apud Germanos Pontificis, ac inter VII
uiros primarij Principis Electoris MOGVNTINI DANIELIS pre
cibus, cuiuſmodi fuit, obtinui: quoniā illi, tāto uiro, & ſacris illorū
pręfecto, negare nihil debebant: & IOHANNES LATOMVS, ipſo-
rum collega, hiſtoriarum diligentiſsimus ſcrutator, ad Remp. li-
terariam iuuandam multis rationibus uteretur, ut ſuis editionem
perſuaderet. Adiecimus ipſi MARTINVM Sarmatam, quem nōnul
li Polonum, alij Oppauia ex Sileſia oriundū eſſe contendunt. quem
quidem in temporum ſupputatione, per aliquot ætates Catholi-
ci ſcriptores, & maximè Pontificij (licet quidam abſque ratione
acerbius

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

acerbius in ipſum inuehantur) ſequuti ſunt. eſt enim author, in deſcribendis inſtitutionibus & conſtitutionib. recenſendis diligens, uarietate iucundus: breuitate autem non adeò inutilis mihi uiſus eſt. Fuit olim piacularis ſacerdos ſummo Pontifici, ac (ut nonnulli tradunt) Carſulanus, alijs Conſentinus archiepiſcopus. At amborum Chronica, eo quidem conſilio in lucem dedi, quo & breui Gottofredi Viterbienſis, Hermanni Editui, Conradi Engelhus, Petri Berthorij, Hugonis Floriacenſis, Lanfranci, Iuonis, Roberti (Hugonis) de ſancto Victore, aliorumq́ plurimorũ qui de Temporibus ſcripſerũt, opera, ex ipſa eadẽ Oporiniana officina dabo. Verumenimuerò cum Efflorescentis Germaniæ Commentarios meos, ac Faſtorum orbis & urbis libros noſtros adornarem, in tam uaria temporum enumeratione hærere me ſæpius contingebat: quapropter ut certiore calculo mea confirmarem, neceſſe habui, uarias doctorum uirorũ de Temporibus commentationes perquirere, & rimari penitiùs. Qua autem religione uſus ſim, qua fide, in diſcutiendis illorum concertationibus, perſpicuum tunc fore mihi perſuaſi, cum eorum, quibus ſum uſus, lucubrationes lectoribus prius exponerem: quas deinde conferrent, quando ſcripta hæc mea (quæ omnia ſimul in unum HISTORIAE ORBIS TOTIVS CORPVS conferre meditor) Deo uitam concedente, & gratiam, editurus eſſem. Cęterũ, ô ELIZABETHA Virgo Regia, ſi alieni laboris hãc meam commendationem, atq; publico mundi gaudio coniunctam hanc meam congratulationem, eo animo ſuſceperis, quo mentem uoluntatemq́ bonorum complecti ſoles: ſuſcipiam & ego lubens cogitationem eiuſmodi, qua ſempiternæ gloriæ te cõmendare poſsim: & ipſe in te celebrando, deuotionis erga te meæ teſtimonium ampliſsimum, atq; honorificum mihi, poſteris relinquam. CHRISTVS IESVS Rex regũ, ac uirgo, te uirginem regiam, ô ELIZABETHA, regnumq́ illud tuum regat, conſeruetq́ fœliciter ac diu. Vale, orbis decus. BASILEAE, à nato CHRISTO M. D. LIX Anno, Cal. Februarij.

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

# MARIANI SCOTI, HISTORIOGRAPHI SVI TEMPORIS CLARISSIMI, AC MONACHI FVLDENSIS, CHRONICORVM LIBER PRIMVS ΑΚΕΦΑΛΟΣ.

## LIBRI PRIMI CAPVT VIII.

*De ſeptem diebus primis, ſecundum Solem & Lunam ac feriam, & de formatione creaturarum ſeptem diebus, & de informi materia.*

SEX autem diebus ſupra creata formauit Deus, ſancta Scriptura teſte, cum uiris ſanctis.

¶ Primo die etiam Dominico, decimaquinta calendis Aprilis, lucem de nihilo, atque cœlum cœleſte, cum Angelis ſuis omnibus, tunc ualde bonis. Sed ſuperbiendo, qui fuerat Lucifer apoſtata, quòd Angeli conditionis eadem hora, lapſu lugubri ceciderunt.

Maſſam quoq; de nihilo materialē informatam: de qua poſtea quinq; dieb. totis formatus eſt mūdus.

In materia enim informi, pariter elementa mundi facta ſunt: Cœlum, Terra, Angeli, Aër, Ignis & Aqua.

De nihilo uerò, qui uiuit in æternum, creauit omnia ſimul.

¶ Secundo autem die, ideſt Feria ſecunda, decimoquarto calēdis Aprilis, Firmamentum in medio cœli, inter aquas ſuperiores & inferiores, ſeptemq; cœlos condidit, Aër, Æther, Olympus, Spacium igneum, Firmamentum, Olympus Angelorum, & Cœlum Trinitatis.

¶ Tertio item die, ideſt Feria tertia, decimotertio calendis Aprilis, congregatis in ſuum locum aquis, quæ cuncta contexerant, Terram aridam iuſsit apparere, Mare, & Herbas, & Fructus totius terræ, pulcherrimo opere formauit.

¶ Quarto enim die, ideſt Feria quarta, duodecimo calendis Aprilis, Luminaria cœli, de Lumine primo die facto. Solem quidem, die incipiēte, hoc eſt in æquinoctio uernali creauit, in quarta parte Arietis conſtituens. Lunam quoquè, eodem die ueſpere, plenam, Orientis à medio apparentem formauit: quæ quartam partem Libræ, hoc eſt æquinoctium autumnale tenuit, initiumq; Paſchalis Lunæ, hoc eſt decimoquinto ſuo exitu conſecrauit. Luna enim illuminata à Sole cum Stellis, ad ueſperam noctis eiuſdem diei illuxerunt.

¶ Quinto die, hoc eſt Feria quinta, undecimo calendis Aprilis, Beluas marinas, & omnia genera Piſcium, & Volatilium, in animam motabilem, de aquis machinans creauit.

¶ Sexto autem die, ideſt Feria ſexta, decimo calendis Aprilis, omnia genera diuerſarum Beſtiarum & Pecorum, quadrupedumq; & repentium, in naturas diuerſas formauit.



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

¶ Quumq́ ergo omnia erant perfecta, quæ homini fierent ſubiecta, Adam primum hominem, de terra quidem carne: anima uerò de nihilo, nouiſsimè ad ſimilitudinem atque imaginem ſuam, eadem feria ſexta plaſmauit.

Ipſo etiam die, ſexta uidelicet feria, decimo calendis Aprilis, in quo Adam creauit Dominus: de latere Adæ dormientis, patris humani generis, coſtam tollens, conſtruit in mulierem, matrem omnis humani generis, quæ Eua uocabatur.

## CAPVT DECIMVM.

*De caſu primi hominis.*

ADAM autem, quia confidit in ſua abundantia, non moueri in æternum, auertit Dominus faciem ſuam ab eo: ideoq́ eodem die, in quo factus eſt ( ſicut Plinius Secundus ſcribit ) Præceptum Domini tripliciter, ideſt in Gula, in uana Gloria, atque Auaricia, trāſgreſſus eſt. Beda ſuper Geneſin, ſic ait: In quocunque die comederis ex illo, morte morieris: ideſt mortalis eris, quoniam eo die deputatus eſt morti, & eiectus eſt de Paradiſo: & poſt noningentos triginta annos, eodē die mortuus eſt. Adam quippe in ſexta feria formatus eſt, in qua peccauit, & obijt, ut traditur. CHRISTVS uerò, in ſexta feria conceptus eſt, & fecit uinum ex aqua, & paſſus eſt, id eſt in eo, qui eſt annus trigeſimus primus incarnationis, & primus baptiſmatis Domini, ſecundum Euangelium. Quiq́ Adam, eodem etiam die poſt transgreſsionem in Paradiſo, audiuit uocem Domini Dei ambulantis in Paradiſo, ad auram poſt meridiem: atque de Paradiſo proiectus, eadem ipſa hora, in qua latro introductus eſt. Hanc uerò feriam ſextam caſuræ humani generis, pietas etiam Diuina tripliciter obſeruauit. Sicut enim Eua hac feria, per ſerpentem, mortem noſtram potauit. Sic ſancta Maria, eadē ſexta feria, noſtram uitam atque ſalutem, per Gabrielem archangelum concepit. Quumq́ item Dominus, octauo idus Ianuarijs, in Dominico die Epiphaniæ baptizatus eſt, & mox trigeſimo die, ſecunda feria, incœpit ieiunium quadraginta dierum, decimoquinto die calendis Martijs, feria ſexta, quadrageſimo die conſummauit. In qua ipſa eadem feria, diabolus, in gula ac uana gloria atque auaricia, ab Ada ſecundo, contritus & ſuperatus in ijſdem tribus, in quibus primùm Adam, eadem hac feria diabolus proſtrauit. Item tertiò, octauo calendis Aprilis, feria ſexta, patibulo crucis, in liuore uulneris CHRISTI, ſanati ſumus. Vt qui in ligno, ſexta feria uincebat, in ligno quoquè, eadem uinceretur feria.

¶ Hinc uſque in menſem Martij, in anno quadrageſimo ſecundo, Octauiani Cæſaris Auguſti, in cuius fine natus eſt Dominus ( teſte authoritate ) ſunt anni nimirum quatuor mille centum octuagintaduo, ideſt ducētis triginta annis plus quàm ſumma Hebræorum.

Vſque autem ad magnum cyclum Paſchalem, in cuius ſecundo anno (iuxta Dionyſium ) natus eſt Dominus: hoc eſt, in anno uigeſimotertio Dominicæ natiuitatis ( iuxta hiſtoriam Euangelicam ) ſunt anni quatuor mille ducenti tres.

Vſque uerò in paſsionem CHRISTI, octauo calendis Aprilis, feria ſexta, Luna decimaquinta (iuxta hiſtoriam ſancti Euangelij, cui contradicunt cunctæ Chronicæ) ſunt anni quatuor mille ducenti ſedecim.

# PRIMA ÆTAS.

## CAPVT VNDECIMVM.

*De prima parte ſeculi à prima eiuſdem die, hoc eſt duodecimo calendis Aprilis, feria prima incipiente, & per annos ſingulos ordinatè, à natiuitate Patrum uſque ad filios, per tranſcurſa.*

ADAM, centum triginta annorum genuit Seth: & poſtea uixit octingentis annis.

Septuaginta interpretes ante natum Seth, duxerunt annos ducentos triginta, & poſtea annos ſeptingentos.

Seth interpretatur Reſurrectio, ideſt ſemen iuſti: eo quòd ſtirps filiorum Dei eſt: & in ipſo reſuſcitatum eſt ſemen iuſtum poſt mortem Abelis. Siue ſignificans CHRISTI reſurrectionem à mortuis: cuius mortem illatam à Iudæis, ſignificat Abel, qui dicitur luctus, à fratre Cain occiſus.

| Anni mundi | Anni Adæ, | |
|---|---|---|
| 1 | 1 | |
| 2 | 2 | |
| 3 | 3 | |
| 4 | 4 | Cyclus quartus decē= |
| 5 | 5 | noualis, indictio |
| 6 | 6 | quarta. |
| 7 | 7 | |
| 8 | 8 | |
| 9 | 9 | |
| 10 | 10 | |
| 11 | 11 | |
| 12 | 12 | |
| 13 | 13 | |
| 14 | 14 | |
| 15 | 15 | |
| 16 | 16 | |
| 17 | 17 | |
| 18 | 18 | |
| 19 | 19 | |
| 20 | 20 | |
| 21 | 21 | |
| 22 | 22 | |
| 23 | 23 | Cyclus quintus decē= |
| 24 | 24 | noualis, indictio |
| 25 | 25 | octaua. |
| 26 | 26 | |
| 27 | 27 | |
| 28 | 28 | |
| 29 | 29 | |
| 30 | 30 | |
| 31 | 31 | |
| 32 | 32 | |
| 33 | 33 | |
| 34 | 34 | |
| 35 | 35 | |
| 36 | 36 | |
| 37 | 37 | |
| 38 | 38 | |
| 39 | 39 | |
| 40 | 40 | |
| 41 | 41 | |
| 42 | 42 | Cyclus ſextus, decen= |
| 43 | 43 | noualis, indictio |
| 44 | 44 | duodecima. |
| 45 | 45 | |
| 46 | 46 | |
| 47 | 47 | |
| 48 | 48 | |
| 49 | 49 | |
| 50 | 50 | |



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

| Anni mundi | Anni Adæ, | |
|---|---|---|
| 51 | 51 | |
| 52 | 52 | |
| 53 | 53 | |
| 54 | 54 | |
| 55 | 55 | |
| 56 | 56 | |
| 57 | 57 | |
| 58 | 58 | |
| 59 | 59 | |
| 60 | 60 | |
| 61 | 61 | Cyclus ſeptimus de- |
| 62 | 62 | cēnoualis, indictio |
| 63 | 63 | prima. |
| 64 | 64 | |
| 65 | 65 | |
| 66 | 66 | |
| 67 | 67 | |
| 68 | 68 | |
| 69 | 69 | |
| 70 | 70 | |
| 71 | 71 | |
| 72 | 72 | |
| 73 | 73 | |
| 74 | 74 | |
| 75 | 75 | |
| 76 | 76 | |
| 77 | 77 | |
| 78 | 78 | |
| 79 | 79 | |
| 80 | 80 | Cyclus octauus, de- |
| 81 | 81 | cennoualis, indi- |
| 82 | 82 | ctio quinta. |
| 83 | 83 | |
| 84 | 84 | |
| 85 | 85 | |
| 86 | 86 | |
| 87 | 87 | |
| 88 | 88 | |
| 89 | 89 | |
| 90 | 90 | |
| 91 | 91 | |

| Anni mundi, | Anni Adæ, | |
|---|---|---|
| 92 | 92 | |
| 93 | 93 | |
| 94 | 94 | |
| 95 | 95 | |
| 96 | 96 | |
| 97 | 97 | |
| 98 | 98 | |
| 99 | 99 | Cyclus nonus de- |
| 100 | 100 | cennoualis, indi- |
| 101 | 101 | ctio nona. |
| 102 | 102 | |
| 103 | 103 | |
| 104 | 104 | |
| 105 | 105 | |
| 106 | 106 | |
| 107 | 107 | |
| 108 | 108 | |
| 109 | 109 | |
| 110 | 110 | |
| 111 | 111 | |
| 112 | 112 | |
| 113 | 113 | |
| 114 | 114 | |
| 115 | 115 | |
| 116 | 116 | |
| 117 | 117 | |
| 118 | 118 | Cyclus 10. decen- |
| 119 | 119 | noualis, indictio |
| 120 | 120 | decimatertia. |
| 121 | 121 | |
| 122 | 122 | |
| 123 | 123 | |
| 124 | 124 | |
| 125 | 125 | |
| 126 | 126 | |
| 127 | 127 | |
| 128 | 128 | |
| 129 | 129 | |
| 130 | 130 | |

Septima ætas ſeculi, quæ per Sabbatum ſignificatur, incœpit, quum primi mar-

mi martyris Abelis à Cain fratre occiſi, anima in requiem ſit trãſlata. Quam etiam requiem, omnes animæ ſanctæ, à corporibus ſolutæ percipiũt: & perficietur quando in reſurrectione ſua incorrupta percipient, & deinde in octaua, uita perpetuæ quietis, cum CHRISTO, ſine fine permanebunt.

Septuaginta interpretes ſic habent, centum triginta.

### SETH.

Seth centum quinq; annorum genuit Enos, & poſtea uixit octingentis ſeptem annis.

Septuaginta interpretes, antè Enos ducentos quinque: & poſtea ſeptingentos ſeptem annos dixerunt.

Enos, interpretatur Homo de quo benedicitur.

Enos, primus cœpit inuocare nomen Domini: quod hominis propriũ eſt, ut ſuæ fragilitatis memor, inuocet Conditoris auxilium: eum ſcilicet, qui fide CHRISTI uiuens, filius reſurrectionis eſſe lætetur.

| Anni mundi | Anni Seth, | |
|---|---|---|
| 131 | 1 | |
| 132 | 2 | |
| 133 | 3 | |
| 134 | 4 | |
| 135 | 5 | |
| 136 | 6 | |
| 137 | 7 | Cyclus 11. decenno- |
| 138 | 8 | ualis, indictio ſe- |
| 139 | 9 | cunda. |
| 140 | 10 | |
| 141 | 11 | |
| 142 | 12 | |
| 143 | 13 | |
| 144 | 14 | |
| 145 | 15 | |
| 146 | 16 | |
| 147 | 17 | |
| 148 | 18 | |

| Anni mundi | Anni Seth, | |
|---|---|---|
| 149 | 19 | |
| 150 | 20 | |
| 121 | 21 | |
| 152 | 22 | |
| 153 | 23 | |
| 154 | 24 | |
| 155 | 25 | |
| 156 | 26 | Cyclus duodecimus |
| 157 | 27 | decennoualis, in- |
| 158 | 28 | dictio ſexta. |
| 159 | 29 | |
| 160 | 30 | |
| 161 | 31 | |
| 162 | 32 | |
| 163 | 33 | |
| 164 | 34 | |
| 165 | 35 | |
| 166 | 36 | |
| 167 | 37 | |
| 168 | 38 | |
| 169 | 39 | |
| 170 | 40 | |
| 171 | 41 | |
| 172 | 42 | |
| 173 | 43 | |
| 174 | 44 | |
| 175 | 45 | Cyclus decimuſter- |
| 176 | 46 | tius decennoua- |
| 177 | 47 | lis, indictio deci- |
| 178 | 48 | ma. |
| 179 | 49 | |
| 180 | 50 | |
| 181 | 51 | |
| 182 | 52 | |
| 183 | 53 | |
| 184 | 54 | |
| 185 | 55 | |
| 186 | 56 | |
| 187 | 57 | |
| 188 | 58 | |
| 189 | 59 | |



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

| Anni mundi, | Anni Seth, | |
|---|---|---|
| 190 | 60 | |
| 191 | 61 | |
| 192 | 62 | |
| 193 | 63 | |
| 194 | 64 | Cyclus 14. decen- |
| 195 | 65 | noualis, indictio |
| 196 | 66 | decimaquarta. |
| 197 | 67 | |
| 198 | 68 | |
| 199 | 69 | |
| 200 | 70 | |
| 201 | 71 | |
| 202 | 72 | |
| 203 | 73 | |
| 204 | 74 | |
| 205 | 75 | |
| 206 | 76 | |
| 207 | 77 | |
| 208 | 78 | |
| 209 | 79 | |
| 210 | 80 | |
| 211 | 81 | |
| 212 | 82 | |
| 213 | 83 | Cyclus 15. decen- |
| 214 | 84 | noualis, indictio |
| 215 | 85 | tertia. |
| 216 | 86 | |
| 217 | 87 | |
| 218 | 88 | |
| 219 | 89 | |
| 220 | 90 | |
| 221 | 91 | |
| 222 | 92 | |
| 223 | 93 | |
| 224 | 94 | |
| 225 | 95 | |
| 226 | 96 | |
| 227 | 97 | |
| 228 | 98 | |
| 229 | 99 | |
| 230 | 100 | |

| Anni mundi | Anni Seth, | |
|---|---|---|
| 231 | 101 | |
| 232 | 102 | Cyclus decimuſſe- |
| 233 | 103 | xtus decēnoua- |
| 234 | 104 | lis, indictio ſe- |
| 235 | 105 | ptima. |

Septuaginta interpretes ſic habent, trecentos uigintiquinque.

## ENOS.

ENos, nonaginta annorum, genuit Cainam: & poſtea uixit annis octingentis quindecim.

Hunc Enos, nonnulla diuina ſcripſiſſe (Iuda Apoſtolo atteſtante) comperimus. Sed ut beatus Auguſtinus dicit, non fruſtrà non ſunt in eo canone Scripturarum, qui ſcribitur in templo. Hebræi plurimi, ſuccedentium diligentia ſacerdotum, non aliter ſuſcipiunt illam, niſi quia ob antiquitatem, ſuſpectæ fidei iudicata ſunt. Nec utrum hæc eſſent, quæ ille ſcripſiſſet, poterat inueniri. Vnde illa quæ Euſebij nomine profertur, & continet illas de gigantibus fabulas, quòd non haberent homines patres: rectè à prudentibus iudicantur, non ipſius eſſe credenda.

Sed Septuaginta interpretes, antè, centum uiginti, & poſtea uixit annis ſeptingentis & quindecim, dixerunt.

Cainan, interpretatur Natura Dei.

| Anni mundi, | Anni Enos | |
|---|---|---|
| 236 | 1 | |
| 237 | 2 | |
| 238 | 3 | |
| 239 | 4 | |
| 240 | 5 | |
| 241 | 6 | |
| 242 | 7 | |
| 243 | 8 | |

| Anni mundi, | Anni Enos. | |
|---|---|---|
| 244 | 9 | |
| 245 | 10 | |
| 246 | 11 | |
| 247 | 12 | |
| 248 | 13 | |
| 249 | 14 | |
| 250 | 15 | |
| 251 | 16 | Cyclus 17.decenno |
| 252 | 17 | ualis, indictio un= |
| 253 | 18 | decima. |
| 254 | 19 | |
| 255 | 20 | |
| 256 | 21 | |
| 257 | 22 | |
| 258 | 23 | |
| 259 | 24 | |
| 260 | 25 | |
| 261 | 26 | |
| 262 | 27 | |
| 263 | 28 | |
| 264 | 29 | |
| 265 | 30 | |
| 266 | 31 | |
| 267 | 32 | |
| 268 | 33 | |
| 269 | 34 | |
| 270 | 35 | Cyclus 19.decenno |
| 271 | 36 | ualis,indictio deci= |
| 272 | 37 | maquinta. |
| 273 | 38 | |
| 274 | 39 | |
| 275 | 40 | |
| 276 | 41 | |
| 277 | 42 | |
| 278 | 43 | |
| 279 | 44 | |
| 280 | 45 | |
| 281 | 46 | |
| 282 | 47 | |
| 283 | 48 | |
| 284 | 49 | |

| Anni mundi, | Anni Enos, | |
|---|---|---|
| 285 | 50 | |
| 286 | 51 | |
| 287 | 52 | |
| 288 | 53 | |
| 289 | 54 | Cyclus 20.indictio |
| 290 | 55 | decimanona. |
| 291 | 56 | |
| 292 | 57 | |
| 293 | 58 | |
| 294 | 59 | |
| 295 | 60 | |
| 296 | 61 | |
| 297 | 62 | |
| 298 | 63 | |
| 299 | 64 | |
| 300 | 65 | |
| 301 | 66 | |
| 302 | 67 | |
| 303 | 68 | |
| 304 | 69 | |
| 305 | 70 | |
| 306 | 71 | |
| 307 | 72 | |
| 308 | 73 | Cyclus 21.indictio |
| 309 | 74 | uigeſima. |
| 310 | 75 | |
| 311 | 76 | |
| 312 | 77 | |
| 313 | 78 | |
| 314 | 79 | |
| 315 | 80 | |
| 316 | 81 | |
| 317 | 82 | |
| 318 | 83 | |
| 319 | 84 | |
| 320 | 85 | |
| 321 | 86 | |
| 322 | 87 | |
| 323 | 88 | |
| 324 | 89 | |
| 325 | 90 | |

Septuaginta interpretes habent tre= centos & nonaginta quinque annos.

## CAINAN.

CAinan, annorum ſeptuaginta genuit Malalehel: & poſtea uixit octingentis quadringentis annis.

Sed Septuaginta interpretes, primò, centum ſeptuaginta, & poſtea, ſeptingentos & quadraginta annos, dixêre.

Malalehel, interpretatur Plantatio Dei.

| *Anni mundi,* | *Anni Cainã.* | |
|---|---|---|
| 326 | 1 | |
| 327 | 2 | Cyclus 21. indictio |
| 328 | 3 | duodecima. |
| 329 | 4 | |
| 330 | 5 | |
| 331 | 6 | |
| 332 | 7 | |
| 333 | 8 | |
| 334 | 9 | |
| 335 | 10 | |
| 336 | 11 | |
| 337 | 12 | |
| 338 | 13 | |
| 339 | 14 | |
| 340 | 15 | |
| 341 | 16 | |
| 342 | 17 | |
| 343 | 18 | |
| 344 | 19 | |
| 345 | 20 | |
| 346 | 21 | Cyclus 22. indictio |
| 347 | 22 | prima. |
| 348 | 23 | |
| 349 | 24 | |
| 350 | 25 | |
| 351 | 26 | |
| 352 | 27 | |
| 353 | 28 | |
| 354 | 29 | |

| *Anni mundi,* | *Anni Cainã.* | |
|---|---|---|
| 355 | 30 | |
| 356 | 31 | |
| 357 | 32 | |
| 358 | 33 | |
| 359 | 34 | |
| 360 | 35 | |
| 361 | 36 | |
| 362 | 37 | |
| 363 | 38 | |
| 364 | 39 | |
| 365 | 40 | Cyclus 23. indictio |
| 366 | 41 | quinta. |
| 367 | 42 | |
| 368 | 43 | |
| 369 | 44 | |
| 370 | 45 | |
| 371 | 46 | |
| 372 | 47 | |
| 373 | 48 | |
| 374 | 49 | |
| 375 | 50 | |
| 376 | 51 | |
| 377 | 52 | |
| 378 | 53 | |
| 379 | 54 | |
| 380 | 55 | |
| 381 | 56 | |
| 382 | 57 | |
| 383 | 58 | |
| 384 | 59 | |
| 385 | 60 | Cyclus 24. indictio |
| 386 | 61 | nona |
| 387 | 62 | |
| 388 | 63 | |
| 389 | 64 | |
| 390 | 65 | |
| 391 | 66 | |
| 392 | 67 | |
| 393 | 68 | |
| 394 | 69 | |
| 395 | 70 | |

Septua-

Septuaginta interpretes habent quadringentos ſexaginta.

### MALALEHEL.

MAlalehel, annorum ſexagintaquinq; genuit Iareth: & poſtea uixit annis octingentis triginta.

Sed Septuaginta, antè ſexagintaquinq;, & poſtea ſeptingentis triginta dixerunt.

Iareth, interpretatur Deſcendens, ſiue portans.

| Anni mundi, | Anni Malal. | |
|---|---|---|
| 396 | 1 | |
| 397 | 2 | |
| 398 | 3 | |
| 399 | 4 | |
| 400 | 5 | |
| 401 | 6 | |
| 402 | 7 | |
| 403 | 8 | |
| 404 | 9 | Cyclus 25. indictio |
| 405 | 10 | decimatertia. |
| 406 | 11 | |
| 407 | 12 | |
| 408 | 13 | |
| 409 | 14 | |
| 410 | 15 | |
| 411 | 16 | |
| 412 | 17 | |
| 413 | 18 | |
| 414 | 19 | |
| 415 | 20 | |
| 416 | 21 | |
| 417 | 22 | |
| 418 | 23 | |
| 419 | 24 | |
| 420 | 25 | |
| 421 | 26 | |
| 422 | 27 | |
| 423 | 28 | Cyclus 26. indictio 2 |
| 424 | 29 | |
| 425 | 30 | |
| 426 | 31 | |
| 427 | 32 | |
| 428 | 33 | |
| 429 | 34 | |
| 430 | 35 | |
| 431 | 36 | |
| 432 | 37 | |
| 433 | 38 | |
| 434 | 39 | |
| 435 | 40 | |
| 436 | 41 | |
| 437 | 42 | |
| 438 | 43 | |
| 439 | 44 | |
| 440 | 45 | |
| 441 | 46 | |
| 442 | 47 | Cyclus 27. indictio |
| 443 | 48 | ſexta. |
| 444 | 49 | |
| 445 | 50 | |
| 446 | 51 | |
| 447 | 52 | |
| 448 | 53 | |
| 449 | 54 | |
| 450 | 55 | |
| 451 | 56 | |
| 452 | 57 | |
| 453 | 58 | |
| 454 | 59 | |
| 455 | 60 | |
| 456 | 61 | |
| 457 | 62 | |
| 458 | 63 | |
| 459 | 64 | |
| 460 | 65 | |

Septuaginta interpretes habent ſexcentos uigintitres.

IARETH

## IARETH.

IAreth annorum centum ſexaginta duorum, genuit Enoch: & poſtea uixit annis octingentis.

Sic etiam Septuaginta interpretes habent.

| Anni mundi, | Anni Iareth | |
|---|---|---|
| 461 | 1 | Cyclus 28. indictio |
| 462 | 2 | decima. |
| 463 | 3 | |
| 464 | 4 | |
| 465 | 5 | |
| 466 | 6 | |
| 467 | 7 | |
| 468 | 8 | |
| 469 | 9 | |
| 470 | 10 | |
| 471 | 11 | |
| 472 | 12 | |
| 473 | 13 | |
| 474 | 14 | |
| 475 | 15 | |
| 476 | 16 | |
| 477 | 17 | |
| 478 | 18 | |
| 479 | 19 | |
| 480 | 20 | Cyclus 29. indictio |
| 481 | 21 | decimaquarta. |
| 482 | 22 | |
| 483 | 23 | |
| 484 | 24 | |
| 485 | 25 | |
| 486 | 26 | |
| 487 | 27 | |
| 488 | 28 | |
| 489 | 29 | |
| 490 | 30 | |
| 491 | 31 | |
| 492 | 32 | |
| 493 | 33 | |
| 494 | 34 | |
| 495 | 35 | |

| Anni mundi, | Anni Iareth | |
|---|---|---|
| 496 | 36 | |
| 497 | 37 | |
| 498 | 38 | |
| 499 | 39 | Cyclus 30. indictio |
| 500 | 40 | tertia. |
| 501 | 41 | |
| 502 | 42 | |
| 503 | 43 | |
| 504 | 44 | |
| 505 | 45 | |
| 506 | 46 | |
| 507 | 47 | |
| 508 | 48 | |
| 509 | 49 | |
| 510 | 50 | |
| 511 | 51 | |
| 512 | 52 | |
| 513 | 53 | |
| 514 | 54 | |
| 515 | 55 | |
| 516 | 56 | |
| 517 | 57 | |
| 518 | 58 | Cyclus 31. indictio |
| 519 | 59 | ſeptima. |
| 520 | 60 | |
| 521 | 61 | |
| 522 | 62 | |
| 523 | 63 | |
| 524 | 64 | |
| 525 | 65 | |
| 526 | 66 | |
| 527 | 67 | |
| 528 | 68 | |
| 529 | 69 | |
| 530 | 70 | |
| 531 | 71 | |
| 532 | 72 | |
| 533 | 73 | |
| 534 | 74 | |
| 535 | 75 | |
| 536 | 76 | |

| Anni mundi, | Anni Iared, | |
|---|---|---|
| 537 | 77 | Cyclus 32. indictio |
| 538 | 78 | undecima. |
| 539 | 79 | |
| 540 | 80 | |
| 541 | 81 | |
| 542 | 82 | |
| 543 | 83 | |
| 544 | 84 | |
| 545 | 85 | |
| 546 | 86 | |
| 547 | 87 | |
| 548 | 88 | |
| 549 | 89 | |
| 550 | 90 | |
| 551 | 91 | |
| 552 | 92 | |
| 553 | 93 | |
| 554 | 94 | |
| 555 | 95 | |
| 556 | 96 | Cyclus 33. indictio |
| 557 | 97 | nona. |
| 558 | 98 | |
| 559 | 99 | |
| 560 | 100 | |
| 561 | 101 | |
| 562 | 102 | |
| 563 | 103 | |
| 564 | 104 | |
| 565 | 105 | |
| 566 | 106 | |
| 567 | 107 | |
| 568 | 108 | |
| 569 | 109 | |
| 570 | 110 | |
| 571 | 111 | |
| 572 | 112 | |
| 573 | 113 | |
| 574 | 214 | |
| 575 | 115 | Cyclus 34. indictio |
| 576 | 116 | quarta. |
| 577 | 117 | |

| Anni mundi, | Anni Iared, | |
|---|---|---|
| 578 | 118 | |
| 579 | 119 | |
| 580 | 120 | |
| 581 | 121 | |
| 582 | 122 | |
| 583 | 123 | |
| 584 | 124 | |
| 585 | 125 | |
| 586 | 126 | |
| 587 | 127 | |
| 588 | 128 | |
| 589 | 129 | |
| 590 | 130 | |
| 591 | 131 | |
| 592 | 132 | |
| 593 | 133 | |
| 594 | 134 | Cyclus 35. indictio |
| 595 | 135 | decimaquinta. |
| 596 | 136 | |
| 597 | 137 | |
| 598 | 138 | |
| 599 | 139 | |
| 600 | 140 | |
| 601 | 141 | |
| 602 | 142 | |
| 603 | 143 | |
| 604 | 144 | |
| 605 | 145 | |
| 606 | 146 | |
| 607 | 147 | |
| 608 | 148 | |
| 609 | 149 | |
| 610 | 150 | |
| 611 | 151 | |
| 612 | 152 | |
| 613 | 153 | Cyclus 36. indictio |
| 614 | 154 | duodecima. |
| 615 | 155 | |
| 616 | 156 | |
| 617 | 157 | |
| 618 | 158 | |



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

| Anni mundi, | Anni Iared, | |
|---|---|---|
| 619 | 159 | |
| 620 | 160 | |
| 621 | 161 | |
| 622 | 162 | |

Septuaginta interpretes habent, ſexcentos octoginta ſeptem.

### ENOCH.

ENoch annorum ſexagintaquinque, genuit Matuſalam: & poſtea ambulauit cum Deo poſt trecentos annos.

Sed Septuaginta, antè, 165. & poſtea 200 habent.

Et benè in ſeptima generatione, Enoch, qui interpretatur Dedicatio, tulit à mortalibus. Dicens, quia ciuitas electorum in ſex huius ſeculi pro Deo laborans ætatibus, in ſeptima ſabbati futurus, gloriam dedicationis expectat: atque reprobi, ſola præſenti ſunt felicitate contenti. Cain autem, ciuitatem quam ſtatuit, in ſeptima generatione ſcilicet, in primogenito Enoch conſecrauit.

| Anni mundi | Anni Enoch | |
|---|---|---|
| 623 | 1 | |
| 624 | 2 | |
| 625 | 3 | |
| 626 | 4 | |
| 627 | 5 | |
| 628 | 6 | |
| 629 | 7 | |
| 630 | 8 | |
| 631 | 9 | |
| 632 | 10 | Cyclus 37. indictio |
| 633 | 11 | prima. |
| 634 | 12 | |
| 635 | 13 | |
| 636 | 14 | |
| 637 | 15 | |
| 638 | 16 | |
| 639 | 17 | |

| Anni mundi, | Anni Enoch | |
|---|---|---|
| 640 | 18 | |
| 641 | 19 | |
| 642 | 20 | |
| 643 | 21 | |
| 644 | 22 | |
| 645 | 23 | |
| 646 | 24 | |
| 647 | 25 | |
| 648 | 26 | |
| 649 | 27 | |
| 650 | 28 | |
| 651 | 29 | Cyclus 38. indictio |
| 652 | 30 | quinta. |
| 653 | 31 | |
| 654 | 32 | |
| 655 | 33 | |
| 656 | 34 | |
| 657 | 35 | |
| 658 | 36 | |
| 659 | 37 | |
| 660 | 38 | |
| 661 | 39 | |
| 662 | 40 | |
| 663 | 41 | |
| 664 | 42 | |
| 665 | 43 | |
| 666 | 44 | |
| 667 | 45 | |
| 668 | 46 | |
| 669 | 47 | |
| 670 | 48 | Cyclus 39. indictio |
| 671 | 49 | nona. |
| 672 | 50 | |
| 673 | 51 | |
| 674 | 52 | |
| 675 | 53 | |
| 676 | 54 | |
| 677 | 55 | |
| 678 | 56 | |
| 679 | 57 | |
| 680 | 58 | |

| Anni mundi | Anni Enoch | |
|---|---|---|
| 682 | 60 | |
| 683 | 61 | |
| 684 | 62 | |
| 685 | 63 | |
| 686 | 64 | |
| 687 | 65 | |

Septuaginta interpretes habent, 874.

## MATVSALA.

MAtuſala annorum 187, genuit Lamech: & poſtea uixit 782 annis, ideſt uſque ad Diluuium.

Septuaginta autem antè Lamech 167, & poſtea 802 annis, ideſt 14 annis poſt Diluuium.

Quod nonnulli cum patre ſuo Enoch, qui tranſlatus fuerat, aliquantulum fuiſſe, donec diluuium præteriret, falſa opinione exiſtimant. Quam famoſiſsimam quæſtionem beatus Auguſtinus libro decimoquinto de Ciuitate Dei, pleniſsimè diſputat. Hieronymus autem in libro Hebraicarũ quæſtionum ſic: Tunc ſecundum Septuaginta, annis poſt diluuium quatuordecim uixit Matuſala, & nõ octo tantùm animæ iterum ſaluæ fuerunt in arca, iuxta Diuinam ſcripturam. Sed hic error eſt. Anno 949 uitæ eius, quo cœpit diluuium, obijt Matuſala.

| Anni mundi, | Anni Matuſ. | |
|---|---|---|
| 688 | 1 | |
| 689 | 2 | Cyclus 40. indictio |
| 690 | 3 | decimatertia. |
| 691 | 4 | |
| 692 | 5 | |
| 693 | 6 | |
| 694 | 7 | |
| 695 | 8 | |
| 696 | 9 | |
| 697 | 10 | |
| 698 | 11 | |

| Anni mundi | Anni Matuſ. | |
|---|---|---|
| 699 | 12 | |
| 700 | 13 | |
| 701 | 14 | |
| 702 | 15 | |
| 703 | 16 | |
| 704 | 17 | |
| 705 | 18 | |
| 706 | 19 | |
| 707 | 20 | |
| 708 | 21 | Cyclus 41. indictio |
| 709 | 22 | ſecunda. |
| 710 | 23 | |
| 711 | 24 | |
| 712 | 25 | |
| 713 | 26 | |
| 714 | 27 | |
| 715 | 28 | |
| 716 | 29 | |
| 717 | 30 | |
| 718 | 31 | |
| 719 | 32 | |
| 720 | 33 | |
| 721 | 34 | |
| 722 | 35 | |
| 723 | 36 | |
| 724 | 37 | |
| 725 | 38 | |
| 726 | 39 | |
| 727 | 40 | Cyclus 42. indictio |
| 728 | 41 | ſexta. |
| 729 | 42 | |
| 730 | 43 | |
| 731 | 44 | |
| 732 | 45 | |
| 733 | 46 | |
| 734 | 47 | |
| 735 | 48 | |
| 736 | 49 | |
| 737 | 50 | |
| 738 | 51 | |
| 739 | 52 | |



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

| Anni mundi, | Anni Matuſ. | |
|---|---|---|
| 740 | 53 | |
| 741 | 54 | |
| 742 | 55 | |
| 743 | 56 | |
| 744 | 57 | |
| 745 | 58 | |
| 746 | 59 | |
| 747 | 60 | |
| 748 | 61 | |
| 749 | 62 | Cyclus 43. indictio |
| 750 | 63 | decima. |
| 751 | 64 | |
| 752 | 65 | |
| 753 | 66 | |
| 754 | 67 | |
| 755 | 68 | |
| 756 | 69 | |
| 757 | 70 | |
| 758 | 71 | |
| 759 | 72 | |
| 760 | 73 | |
| 761 | 74 | |
| 762 | 75 | |
| 763 | 76 | |
| 764 | 77 | |
| 765 | 78 | |
| 766 | 79 | |
| 767 | 80 | |
| 768 | 81 | Cyclus 44. indictio |
3480 | 26 | Romulus repentè quum concionem ante Vrbem haberet, apud Capreę paludes, è conſpectu ablatus eſt. Diſcerptum aliqui à Senatu putant, ob aſperius ingenium: ſed oborta tempeſtas, Soliſq; conſecrationis ſpeciem præbuerunt. Cui mox Iulius Proculus fidem fecit, uiſum à ſe Romulum, affirmans auguſtiore forma quàm fuiſſet: mandare præterea, ut ſe pro numine acciperent, Quirinum in cœlo uocari: placitum dijs, ut Roma gentium potiretur. Ipſe uerò Romulus fortè fuit percuſſus: cuius anima in inferno, & corpus palude ſepultus.

Mortuo autem Romulo, per quinos dies Senatores Rempublicam rexerunt, atque unus annus ita expletus eſt. Hoc tamen tempus, interregnum appellatum eſt.

NVMA POMPILIVS.

Romanorum 2, Numa Pompilius, nullum cum finitimis bellum geſsit. Duos menſes addidit, Ianuarium & Februarium: quum antea decem tantùm menſes apud Romanos fuiſſent. Capitolium quoque à fundamentis ædificauit. Congiarium dedit: & aſſes ligneos & ſcorteos. Lydorum 4, Candaules, annis 17.

3481 | 27 | Sibylla, quæ & Hero-

3482 | 28 | phila dicitur, in Samo inſignis habetur.

3483 | 29 | Olympias 16, Anno Vrbis conditæ 40.

MANASSES.

HEbræorum Iuda 17, Manaſſes, filius Ezechiæ, annis 55.

Anni mundi, | Anni Man.

3484 | 1 | Athenienſium 18, Leo-

3485 | 2 | crates, annis 10.

3486 | 3 | Ægyptiorũ, Tarrachus Æthiops, annis 20. Nicomedia condita, quæ prius Arthacus uocabatur. Croton, Parion & Sibaris conditæ.

Anni mundi, | Anni Man.

3487 | 4 | Olympias 17.

3488 | 5 | Deioces Batariam cõdi-

3489 | 6 | dit. Medorũ 5, Deio-

3490 | 7 | ces, annis 54. Partheni Tarentum condiderunt.

3491 | 8 | Olympias 18.

3492 | 9 |

3493 | 10 | Anno Vrbis 50.

3494 | 11 | Athenienſium 19, Abſander, annis 10 regnauit.

3495 | 12 | Olympias 19.

3496 | 13 |

3497 | 14 |

3498 | 15 |

3499 | 16 | Olympias 20.

3500 | 17 |

3501 | 18 | Lydorũ, Gyges annis 35.

3502 | 19 | Midas rex quum apud Phrygas regnaret, ſanguine tauri potus, extinctus eſt.

3503 | 20 | Olymp. 21. Anno Vrbis 60. Athenienſiũ 20, Erixias, annis 10.

3504 | 21 | Elatichus Chius, primus ferri inter ſe glutinum excogitauit.

3505 | 22 | Ægyptiorum dynaſtia, Merrhes Æthiops, annis 12.

3506 | 23 | In Sicilia Gela, in Pamphilia Phaſelis condita.

3507 | 24 | Olympias 22.

3508 | 25 | Chalcedon condita.

3509 | 26 | Manaſſes ob ſcelera ſua

3510 | 27 | catenatus & cõpeditus, in Babyloniam ducitur: ſed ob pœnitentiã & preces reſtituitur in regnum.

3511 | 28 | Olympias 23. Hipponax notiſsimus redditur.

3512 | 29 | Macedoniorum 5, Argæus, annis 38 regnauit.

3513 | 30 | Anno Vrbis 70. Athe-

3514 | 31 | nis annis 6, principes cõſtituti ſunt: ceſſantibus regibus, nouem principes ex nobilibus urbis electi Athenienſibus præfuerunt.

3515 | 32 | Olympias 24.

3516 | 33 |

5517 | 34 | Cyrites condita eſt, &

3518 | 35 | Locris in Italia. Ægyptiorum, Stephinaces, annis ſeptem regnauit.

3519

Anni mundi | Anni Man.

3519 | 36 | Olympias 25.
3520 | 37 |
3521 | 38 |

TVLLVS HOSTILIVS.

Romanorum 3, Tullus Hoſtilius, annis 32.

3522 | 39 |
3523 | 40 | Olympias 26. Anno Vrbis 80. Tullus, primò regum Romanorum purpura & ſerico uſus eſt: ac deinceps cum tota domo ſua flumine conflagratus interijt.

3524 | 41 | Poſt Caras mare obti-
3525 | 42 | nuerunt Lesbij annis
3526 | 43 | 58. Ægyptiorum, Necypſes, annis 5 regnauit.

3527 | 44 | Olympias 27.
3528 | 45 | Nudipedalia primùm acta in Lacedæmonia.

3529 | 46 | Tullus Hoſtilius poſt
3530 | 47 | longam pacem bella reparauit, Albanos, Veientes, Fidenateſq; uicit. Archilochus, Simonides, & Ariſtoxenes muſicus, illuſtres habentur. Ægyptiorũ, Nechao, annis 8.

3531 | 48 | Olympias 28.
3532 | 49 | Sibylla quæ & Herophila, in Samo nobilis habetur.

3533 | 50 | Anno Vrbis 90.
3534 | 51 | Tullus Vrbem ampliauit, monte Cælio adiecto.

3535 | 52 | Olympias 29. Zaleucus
3536 | 53 | legiſlator apud Locros crebro ſermone celebratur. Lydorũ, Ardys, annis 38.

3537 | 54 | Byzantium cõdita, Alcmeon clarus habetur: & Leſches Leſbius, qui paruam fecit Iliadẽ. Cypſelus in Corintho tyrannidem exercuit annis uigintiocto.

3538 | 55 | Ægyptiorum, Pſammeticus, annis 44.

AMON.

Hebræorum Iuda 18, Amon filius Manaſſes, ſecundum Hebræos regnauit annis 2 tãtùm: ſecundum Septuaginta interpretes regnauit annis 12.

Anni mundi | Anni amon

3539 | 1 | Olympias 30.
3540 | 2 | Chantus & Stagera conditæ, Hiſtrus in Ponto condita.

3541 | 3 |
3542 | 4 |
3543 | 5 | Olympias 31. Anno Vr-
3544 | 6 | bis 100. Medorũ, Pha-
3545 | 7 | ortes, annis 24.
3546 | 8 | Lampſacus condita eſt, & Abdera.

3547 | 9 | Olympias 32.
3548 | 10 | Phalaris apud Agrigen-
3549 | 11 | tinos tyrãnidẽ exercet.
3550 | 12 | In Sicilia Selenus condita: & in Ponto, Boriſthenes. Macedonum 6, Philippus, annis 38. Amon, à ſuis ſeruis occiditur.

IOSIAS.

Hebræorum Iuda 19, Ioſias Iuſtus filius Amon, annis 31, ſecundum Hebræos: at ſecundum Septuaginta interpretes, 32.

Anni mundi | Anni Ioſiæ

3551 | 1 | Olympias 33.
3552 | 2 |
3553 | 3 | Anno Vrbis 110. He-
3554 | 4 | bræorum, pontifex maximus Helchias inſignis habetur.

3555 | 5 | Olympias 34.
3556 | 6 | Thales Mileſius Examij
3557 | 7 | filius, primus phyſicus philoſophus agnoſcitur: quem uixiſſe aiunt uſque ad 58 olympiadem.

3558 | 8 | Meſſena, à Lacedæmoniorum ſocietate diſcedit. Oraculo Dodonæo primò Græcia uſa eſt. Scythæ uſq; ad Palæſtinã penetrauerunt.

3559 | 9 | Olympias 35.
3560 | 10 |

ANCVS MARTIVS.

3561 | 11 | Romanorũ, Ancus Mar-
3562 | 12 | tius nepos Numæ à filia, annis uigintitribus.

3563 | 13 | Olympias 36. Anno Vrbis 120. Hieremias propheta ſe ab anno 13 Ioſiæ, uſque in annum 4 Ioachim 33 prophetaſſe perhibet: & Nabucho-

buchodonoſor 4 anno Ioachim regnare cœpiſſe: anno 19 eiuſdem fuiſſe deſtructam Hieruſalem.

| Anni mundi, | Anni Ioſiæ | |
|---|---|---|
| 3564 | 14 | Myrcæus Athenienſis |
| 3565 | 15 | poëta cognoſcitur. Batius condidit Cyrenen. |
| 3566 | 16 | Medorum 7, Cyaxares, annis 32. Apud Corinthios tyrannidem exercuit Periander. Sinope, Lipara, Pruſias conditæ: & Epidamnus poſtea Dyrrachium uocata. Phalaris tyrannis deſtructa. |
| 3567 | 17 | Olympias trigeſima ſeptima, Holda mulier apud Hebræos prophetauit. Prophetabant Sophonias & Hieremias. |
| 3568 | 18 | Ioſias mundata Iudæa |
| 3569 | 19 | & Hieruſalem, templo etiam innouato, poſt abiectas idololatriæ ſordes, paſcha Domino celeberrimum facit 18 anno regni ſui. |
| 3570 | 20 | Draco legumlator, ut quibuſdam uidetur, agnoſcitur. |
| 3571 | 21 | Olympias 38. Lydorum 7, Sadaites, annis 15. |
| 3572 | 22 | Ancus Martius, Numæ ex filia nepos, Auentinum montem & Ianiculum Vrbi addidit: & ſupra mare, 16 ab Vrbe miliaria Hoſtiam cõdidit. Ad extremum, morbo periit: Cyaxares aduerſum Aſſyrios dimicãs uiuum cepit. |
| 3573 | 23 | Anno Vrbis 130. |
| 3574 | 24 | |
| 3575 | 25 | Olympias 39. |
| 3576 | 26 | |
| 3577 | 27 | |
| 3578 | 28 | Arion Methymnæus clarus habetur, qui à delphino in Tenaram dicitur aſportatus. |
| 3579 | 29 | Olympias 40. |
| 3580 | 30 | |
| 3581 | 31 | |
| 3582 | 32 | Ioſias rex Iudæorum, cum Nechaone rege Ægyptiorum congreſſus, occiditur. Ac mihi miraculum ſubiit, quomodo in præſens tempus ſibi uterque cõuenerunt: maxime quum diuina Scriptura, eũdem Pharaonem, Nechaonem appellet. Ægyptiorum, Nechao qui & Nechepſi, annis ſex regnauit. |

### IOACHAZ.

Hebræorum Iuda 20, Ioachaz filius Ioſiæ, regnauit menſibus tribus, quaſi uſque ad calendas Apriles. Quum enim ab apice mũdi, id eſt 15 calendis Aprilis annos numerauimus ab Adam uſque ad mortem Dauid, 4 calẽdis Aprilis annos integros inuenimus Ioachaz. Itaque à calendis Ianuariis incipiens, quo Dauid obiit, regnauit menſibus 3. uſque ad calendas Aprilis: quem annum Euſebius in Chronicis ſuis ſcribit, ut dicit Beda: ſed ipſe Beda non ſcribit eum, quem Nechao uinctum ducens in Ægyptum, ſeniorem fratrem eius Eliachim pro eo conſtituit regem.

### TARQVINIVS.

Romanorum 5, Tarquinius Priſcus, annis 37. Circum ædificauit Romæ: numerum Senatorum auxit: Romanis ludos inſtituit: muros & cloacas ædificauit: ad extremum, ab Anci filio occiſus eſt. Panætius, primus in Sicilia arripuit tyrannidem.

### IOACHIM.

Hebræorum Iuda 21, Eliachim, qui & Ioachim, filius Oſiæ, regnauit annis 6.

| Anni mundi, | Anni Ioac. | |
|---|---|---|
| 3583 | 1 | Olympias 41. Anno Vrbis conditæ 140. Steſichorus poëta clarus habetur. |
| 3584 | 2 | Lydorum 7, Haliattes annis regnauit 49. |
| 3585 | 3 | Anno 3 Ioachim Nabuchodonoſor rex Babyloniæ Iudæã cepit, & in ditionem ſuam rediit, & plurimos captiuos affert, in quibus erant Daniel, Ananias, Azarias, Miſahel, Ezechiel: partemq; uaſorum templi Babyloniam transfert: & Ioachim tributarium facit. |
| 3586 | 4 | Anno 4 Ioachim ſacra Scriptura regnum Nabuchodonoſor computat: quia ex eo non ſolùm Chaldæis & |

dæis & Iudæis, ſed etiam Aſſyrijs, Ægyptijs, Moabitis, alijsq́ʒ innumeris gentibus incipit regnare.

| Anni mundi. | Anni Ioac. | |
|---|---|---|
| 3587 | 5 | Olympias 42. Macedonnm 7, Europus, annis 26. Ægyptiorum Spammus, annis 12. |
| 3588 | 6 | Cyaxares Medus ſubuertit ciuitatem Ninum. Pittacus Mitilenæus, qui de ſeptem Sapientibus fuit, cum Phenone Athenienſi olympiacê congreſſus, eum interfecit. |

IECHONIAS.

HEbrǽorum Iuda 22, Ioachim qui & Iechonias, filius Eliachim, menſibus quatuor regnauit, hoc eſt uſque ad menſem Iulij. Iſte, circundata à Chaldæis ciuitate, exijt ad regem Babylonis cum matre: & ductus eſt cum populo in Babyloniam, anno 7 regni Nabuchodonoſoris, ſecũdo ueniens ad Iudæam. Timuit enim Nabuchodonoſor, ne non obediret ei, quia occidit patrem eius Ioachim: & conſtituit pro eo patruum ſuum Sedechiam, qui annis octo obediuit: deinde ad Ægyptum uertit.

| | | |
|---|---|---|
| 3589 | 0 | |

SEDECHIAS.

HEbræorum Iuda 23, Sedechias qui & Mathan, filius Ioſiæ, annis undecim regnauit.

| Anni mundi. | Anni Sede. | |
|---|---|---|
| 3590 | 1 | Prophetabant Hieremias & Baruch. |
| 3591 | 2 | Olympias 43. Camerina & Perinthus conditæ. |
| 3592 | 3 | Maſſilia cõdita. Sappho & Alcæus poëtæ, clari habentur. |
| 3593 | 4 | Anno Vrbis 150. Medorum 8, Aſtyages, annis 38. His temporibus certantibus in agone Tragoſides, hircus in premio dabatur: unde aiunt tragos, hœdos nuncupatos. |
| 3594 | 5 | Epimenides Athenas mundari iuſsit. |
| 3595 | 6 | Olympias 44. Ægyptiorum, Vaphres annis 30. Solon Draconis legibus antiquatis, extraneas quæ ad ſanguinem pertinebant, ſua iura conſtituit. |
| 3596 | 7 | |

| Anni mundi. | Anni Sede. | |
|---|---|---|
| 3597 | 8 | Daniel propheta ſoluit uiſionem Nabuchodonoſoris, anno regni ſui decimoſexto, teſte Ioſepho. |
| 3598 | 9 | |
| 3599 | 10 | Olympias 45. |
| 3600 | 11 | Anno Vrbis 157. Templum incenſum eſt, ex quo ædificari cœpit, anno 430. Qui autẽ reliqui fuerunt, transfugerũt in Ægyptum: quæ poſt annos 5 percuſſa à Chaldæis, in Babyloniam & ipſi ſunt trãſmigrati. |

Capta igitur eſt Hieruſalem anno 11 Sedechiæ. Nabuchodonoſor rex Chaldæorum, anno 19 regni ſui, captis Hieroſolymitanis, 9 die menſis 4, ideſt Iulij, obſidens ciuitatem menſibus 8, templum menſe 5 (ideſt Auguſto) incendit: ſicut Ioſephus perhibet.

¶ Iſidorus epiſcopus ſic: Feſti autem dies in ueteri Lege, iſti ſunt:

Dies azymorum Paſchæ, 14 die menſis primi eſt, quando Luna pleniſsima, abiecto fermento agnus immolatur.

Dies Pentecoſtes in uertice montis Sinai lex data eſt Moſi, in quo de frugibus primùm panes propoſitionis offerebantur.

Dies ſabbatorum, in quo ocia celebrantur in lege: & manna non licebat colligere dies neomeniarum, ideſt celebratio nouæ lunæ. Semper autem Iudæi in menſium principio, hoc eſt prima luna, diem feſtum agebãt: ideo quia deficiente Luna tempus finitur, & naſcente incipitur.

Dies autem tubarũ, 7 menſis principium, eſt quando Iudæi ſolennitatem agentes, amplius tuba canebant, & plurima offerebant ſacrificia, quàm per ſingulos menſes.

Dies ſcenophegiæ eſt 15 dies menſis 7, in quo tabernaculorum ſolennitates ueteres celebrabant. Scenophegia enim tabernacula interpretantur.

Dies ieiunij quarti, eſt 17 dies menſis Iulij,

ſis Iulij, quando deſcendens Moſes de monte, tabulas Legis confregit. In eo etiã die Nabuchodonoſor urbis Hieruſalem muros primò deſtruxit.

Dies ieiunij quinti, in menſe Auguſto eſt, quando pro ſpeculatoribus ad terram miſſis, ſeditio in caſtris exorta eſt: & factum eſt, ut per deſertum 40 annis decurrerent laborioſè: & in annis 40 in hyeme omnes perirent. Siquidem & in eo menſe à Nabuchodonoſore, & multo poſt tempore à Cæſare Tito, templum euerſum atq; ſuccenſum eſt, & in opprobrium Iudæorum exaratum.

Dies ieiunij ſeptimi, in menſe 7 eſt, ideſt in Octobri, in quo occiſus eſt Godolias: & reliqui, qui erant in Hieruſalem interfecti ſunt: ſicut dicit Hieremias.

Dies ieiunij decimi, eſt decimo mẽſe, qui apud nos Ianuarius uocatur: quando agnouerunt cuncti in Babylonia captiui, quinto menſe templum fuiſſe deſtructum.

¶ Hæc autem beatus Hieronymus in Commentarijs Zachariæ:

A Dauid uſque ad captiuitatem quartæ ætatis, anni numerantur 473, menſes 6, dies 10. Secundum Septuaginta interpretes, 12 amplius.

Ab Adam uſque ad captiuitatem quatuor ætatum, ſimul ſunt 3363 anni, menſes 6, dies 10.

¶ Generationes autem ætatis huius, iuxta utroſque codices, ſunt 17, quas tamen Matthæus Euangeliſta, certi myſterij gratia, 14 componit.

¶ Hac ætate uelut iuuenili ætate, in populo Dei, Regum tempora cœperunt. Hæc enim in hominibus ætas, apta gubernando regno ſolet exiſtere.

ÆTATIS IIII FINIS.

*¶ Iterum claudicat prototypi noſtri calculatio in Annis mundi, amice Lector: quoniam ſi primum annum ſequentis ætatis probè numerat 3604, hic ultimus annus 3600 ætatis quartæ, deberet eſſe 3603.*

*Eadem negligentia deſunt quoq; tres anni in ſupputatione annorum Vrbis.*

*In Olympiacis, tempeſtiuè deſijt, nempe in 28. intricaturam fortè aut laborem uitans. Eos tamen perduximus uſq; ad finem huius ætatis.*

*At hoc prorſus nihil eſt, ſi ad nomenclaturam ubique corruptam conferendum eſt, & uix emendandam, ut cætera ſileam. Hoc enim debemus idiotis pigriſq; amanuenſibus.*



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

# ÆTAS V.

## CAPVT XX.

QVINTA mundi ætas à captiuitate cœpit populi Iſraël: quæ ſecundum Hieronymum 70 annis permanſit, dicēs: Quum cœperint impleri in Babylone 70 anni, reducam uos ad locum iſtum, dicit Dominus.

Primus annus captiuitatis, in quo templum Domini Nabuchodonoſor menſe Auguſti incendit, quod ab initio ædificationis ſuæ manſerat annis 442. capta Hieroſolyma ab Aſſyrijs, ad Vaphrem regem Ægypti reliqui transfugerunt. Huius Vaphris Hieremias quoquè propheta meminit. Sententiæ etiam noſtræ Clemens cōgruit, in primo Stromate, quadrageſimaoctaua olympiade, captiuitatem Iudæorum factam eſſe, conteſtans, regnante apud Ægyptios Vaphre, apud Athenas Phœnippo: & ſupputari ſeptuaginta annos deſolationis templi uſque in ſecundū annum Darij, & Hebræorum captiuitatis & templi exterminij, quod fuit in Hieruſalem, annis 70.

### CAPTIVITAS.

| Anni mundi, | Anni capti. | |
|---|---|---|
| 3604 | 1 | Anno Vrbis 161. |
| 3605 | 2 | |
| 3606 | 3 | Corinthiorum monarchia deſtructa eſt. |
| 5607 | 4 | |
| 3608 | 5 | In Babylonia prophetabant Daniel & Ezechiel. Solis facta defectio, quum futuram eam Thales prædixiſſet. |
| 3609 | 6 | Aliactes & Aſtyages dimicauerunt. |
| 3610 | 7 | |
| 3611 | 8 | |
| 2612 | 9 | |
| 3613 | 10 | Anno Vrbis 170. Macedonum 8, Algetas, annis uigintinouem. |
| 3614 | 11 | |
| 3615 | 12 | Aſtyages contra Lydos pugnauit. Anaximander Mileſius phyſicus agnoſcitur. |
| 3616 | 13 | |
| 3617 | 14 | Tarquinius occiſus à filijs Anci, cui ſucceſſit in regnum Seruius Tullus. |

### SERVIVS TVLLVS.

Romanorum 6, Seruius Tullus annis uigintiquatuor. Seruius, ancillæ ſed nobilis captiuæ filius, tres montes Vrbi addidit, Quirinalem, Eſquilinum, Viminalem, & foſſas circū muros duxit. Cenſus Romanorum ciuium primus inſtituit. Et ad extremū, Tarquinij Superbi generis ſui ſuperioris regis filij ſcelere occiſus eſt. Anno decimoquarto poſtquàm percuſſa eſt ciuitas, uiginti anno transmigrationis regis Ioachim & Ezechielis, ipſe Ezechiel uidit in uiſionibus renouationem ciuitatis ac templi & ceremoniarum.

| | | |
|---|---|---|
| 3618 | 15 | |
| 3619 | 16 | |
| 3620 | 17 | |
| 3621 | 18 | |
| 3622 | 19 | |
| 3623 | 20 | Anno Vrbis 180. Phalaris tyrannidem exercuit annis 13. |
| 3624 | 21 | |
| 3625 | 22 | |
| 3626 | 23 | Cygamō Cyreneus, qui Thelegoniam fecit, agnoſcitur. |
| 3627 | 24 | Agon gymnicus, quem Panatheon uocant, actus. |
| 3628 | 25 | Mortuo Nabuchodonoſore Babyloniorum rege ſuſcepit imperium Euilmerodach, cui ſucceſſit frater eius Balthaſar. Ægyptiorū, Amaſis annis 42 regnauit. |
| 3629 | 26 | Anno 26 poſt euerſam Hieruſalem, qui eſt 37 annus transmigrationis regis Ioachim, ſubleuauit Euilmerodach filius Nabuchodonoſoris rex Babyloniæ, anno quo regnare cœpit Ioachim regis Iudæ, de carcere, & poſuit thronum eius ſuper thro- |

per thronum regum qui cum eo erãt in Babylone.

| Anni mundi, | Anni capti. | |
|---|---|---|
| 3630 | 27 | Piſiſtratus Athenienſis |
| 3631 | 28 | tyrannus in Italiã tranſ greditur. Æſopus interimitur apud Adelphos. |
| 3632 | 29 | Lydorum, Crœſus annis 15. Anaximenes phyſicus agnoſcitur. |
| 3633 | 30 | Anno Vrbis 190. Balthaſar occiſus eſt, ſub quo Daniel eandem ſcripturam quæ in pariete apparuerat, interpretatus eſt, ſignificantem imperium Chaldæorum in Medos & Perſas transferendum. Hæc eſt uiſio: Mane, ideſt noſtrũ: thechel, ideſt pondus: phares, ideſt fragmẽtum. Septuaginta anni captiuitatis huc uſque, iuxta Aphricanum & Ioſephum, id eſt uſque ad Cyrum. |

CYRVS.

¶ Cyrus Perſarum primus, ſubuerſo rege Aſſyriorũ, & regno Medorum, regnauit per annos 30.

| | | |
|---|---|---|
| 3634 | 31 | Cyrus (ut impleretur uerbum Domini, ex ore Hieremiæ) primo anno ſui regni laxata Hebræorũ captiuitate, fermè 50000 hominum regredi fecit in Iudæam, reſtituens eis uaſa templi Domini aurea & argentea, quinque millia & quadringenta. Qui congregati in Hieruſalem menſe 7, ædificauerunt altare: & à primo die eiuſdem menſis cœperunt offerre holocauſta Domino: anno autem 2 aduentus ſui, menſe 2, templi fundamenta iecerunt. Anno uerò incenſionis eius 72, iuxta Aphricanum & Ioſephum. Sed impedientibus Samaritis intermiſſum eſt opus uſq; ad annum Darij 2. Qui etiam Aſſueri, in regno ſuo, & Artaxerxis ſcripſerunt accuſationem aduerſus Iudæos: & reſcripſit Artaxerxes, ne ædificaretur Hieruſalem. |
| 3635 | 32 | Medorum, Steſichorus eodem tempore moritur. |
| 3636 | 33 | Simonides clarus habet. |
| 3637 | 34 | Prophetabant Aggeus |
| 3638 | 35 | & Zacharias. Chilo, qui de ſeptem Sapientibus fuit. Eporos in Lacedæmone. |

| Anni mundi, | Anni capti. | |
|---|---|---|
| 3639 | 36 | Eo tempore Ieſus filius Ioſedech, & Zorobabel regij generis filius, & Salathiel habebantur: qui & principes fuerunt eorum, qui regreſsi ſunt Iudæam. |
| 3640 | 37 | Ænophenes Colophonus clarus habetur. |
| 3641 | 38 | Macedonum 9, Amyntas, annis regnauit 50. |
| 2642 | 39 | Templũ Apollinis Delphis ſecunda uice incenſum. |
| 3643 | 40 | Anno Vrbis 200. Ea |
| 3644 | 41 | quæ de Crœſo memo- |
| 3645 | 42 | rantur, quomodo ten- |
| 3646 | 43 | tarit oraculum. Traios |
| 3647 | 44 | moritur. Crœſus aduerſus Cyrum bellum iniјt. |

TARQVINIVS.

Romanorum 7, Tarquinius, annis 35. Crœſus à Cyro captus eſt, & Lydorum regnum deſtructum, quod ſtetit annis 231. Tarquinius Superbus ſocero Seruio occiſo arripuit imperium: Volſcos, Veios, Sueſsiam & Pometiam ſubegit: & quum oppugnaret Ardeam, cauſa Tarquinij iunioris filij ſui, qui Lucretiam corruperat, à regno expulſus eſt. Piſiſtratus ſecunda uice Athenis regnat. Pherecides hiſtoricus, clarus habetur.

| | | |
|---|---|---|
| 3648 | 45 | Hippicus poëta tunc temporis agnoſcitur. |
| 3649 | 46 | Cyrus, Sardos capit. Colligitur omne tempus captiuitatis Iudęorum annis 700. qui ſecundũ quoſdam à 3 anno Ioachim uſque ad 20 annum Cyri regis Perſarum computantur. Porrò ſecundum alios, à Ioſia Iudæorum rege, annis 13. Sub quo Hieremias prophetare cœpit uſq; ad primum annum ſuprà dicti Cyri regis, deſolationis uerò templi ſub Dario rege complentur anni 70. |
| 3650 | 47 | Harpagus, qui apud Cyrum primo loco habebatur, aduerſus Ioniam dimicat. |
| 3651 | 48 | Simonides Lyricus, & |

|Anni |Anni|
|mundi,|capt.|

|3652| 49| Phocyllides, & Hippius poëta, clari habentur.

|3653| 50|Anno Vrbis 210.

|3654| 51|

|3955| 52|

|3656| 53|

|3657| 54|Theognes poëta clarus eodem tempore habetur.

|3658| 55|Anacreon lyricus poëta agnoſcitur.

|3659| 56|Apud Samum tyranni-
|3660| 57| dem exercent tres fra-
|3661| 58| tres,Polycrates,Philus,
|3662| 59| & Pentagnoſius.

|3663| 60|Anno Vrbis 220. Tamiris regina Maſſagetarum Cyrum interfecit.

CAMBYSES.

¶ Perſarum 2, Cambyſes Cyri filius, regnauit annis 8. Hic deuicta Ægypto cunctam eius religionem abominatus, ceremonias eius & tēpla depoſuit:Babylonē in Ægypto ædificauit.

|3664| 61|Huc aiunt, ab Hebræis ſecundum Nabuchodonoſor uocari, ſub quo Iudith hiſtoria conſcribitur.

|3665| 62|Apud Hebræos pontifex maximus Ieſus filius Ioſedech, & princeps gentis Zorobabel, clari habentur.

|3666| 63|Pythagoras phyſicus & philoſophus clarus habetur.

|3667| 64|Hippias Athenis tyrannidem exercet.

|3668| 65|Sandice Archiam con-
|3669| 66| diderunt, quam nunc Puteolos uocant.

|3670| 67|Ægyptiorum 26 dyna-
|3671| 68| ſtia Perſarum obtinuit, quippe Ægyptum Cambyſes in anno 8 regni ſui uſque ad Darium filium Xerxis,anni 111.

MAGI.

¶ Perſarum 3.fratres Magi, menſibus ſeptem,hoc eſt uſq; ad calendas menſis Aprilis.

|3672| 69|Menſibus autem 3 Ioachas,& mēſibus 3,Ioachim, cum diebus 10,& cum mēſe Auguſto,in quo combuſtum eſt templum, iunctis ſimul diebus cum menſibus 7 Magorum,fiunt menſes 14, à 4 calendis Ianuarijs,quo Dauid obijt uſque ad calendas Apriles.

Ante Darium, templum combuſtum eſt, & Hieroſolyma fuit capta, in Auguſto.

Ante quem Sedechias regnauit annis 11, uſque ad Iulium menſem.

Ante quē regnauit Ioachim, menſibus 3,& diebus 10, uſque ad menſem Martium.

Ante Ioachim regnauit Eliachim, annis 11, uſque ad menſem Martium.

Ante Eliachim regnauit Ioachas menſibus tribus, uſque ad menſem Decembrem.

Anni igitur captiuitatis ab Auguſto ad Auguſtum numerantur, non à Martio:ab Aprili ergo,ante combuſtionem templi Salomonis,in medio anni 11 Sedechiæ uſque ad Aprilem, in fine anni primi Darij,ſunt anni 70. Et à menſe Auguſto,in fine anni 11 Sedechiæ, uſque ad menſem Auguſtum, in medio anni 2 Darij, ſicut anni 70 captiuitatis.Sed anni hiſtoriæ à menſe Aprili, aliàs à menſe Martio ad alterum menſem Martium, uſque ad CHRISTVM numerantur.

A Dauid igitur uſque ad captiuitatem,ſunt 473 anni & menſes 6 uel 7, & dies 10. teſte Hieronymo. Super annum 6 Ezechiæ, ut ſuprà eſt, ibi à captiuitate & combuſtione templi uſque ad Darium,anni 69,& menſes 7. A Dario uſque ad calendas Apriles, in anno 42 Octauiani Auguſti,in cuius fine natus eſt Dominus,teſte Euāgelio,ſunt 519 anni:hoc eſt,à Dauid uſque ad captiuitatem,473 anni:& à captiuitate ad CHRISTVM, 589 anni. A Dauid etiam uſque ad Emmanuelem ſunt anni 1062, iuxta ipſam Hebraicam ueritatem.

|Anni |Anni|
|mundi,|capt.|

|3673| 70|Anno Vrbis 230. Ageus,Zacharias & Malachias prophetæ clari habentur.

DARIVS

### DARIVS.

PErſarum 4, Darius, filius Hyſtaſpis, annis 36 regnauit.

| Anni mundi, | Anni Dar. | |
|---|---|---|
| 3674 | 1 | In anno primo Darij, filij Aſſueri de ſemine Medorum, qui imperauit ſuper regnum Chaldæorum, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus eſt ſermo Domini ad Hieremiā prophetam, ut complerentur anni deſolationis Hieruſalem, uſq; ad initium Cyri regis Perſarum. Beda autem dicit, annos 70 uſque ad perfectam reſtaurandi licentiam, ideſt uſque ad primum annum Darij, eſſe computandos. Primo anno captiuitatis, ignis ab altare ſublatus, & abſconditus in puteo: poſt 70 reuerſionis annum, aſſumitur, inuentus uiuus. Inter Darium & Cambyſem regnaſſe duos fratres Magos, in libris Chronicorum Euſebij reperimus. Verum Hieronymus in expoſitione Danielis, ſcribit, poſt Cambyſem, Smerdem Magum regnaſſe, qui Pentapten (inquit) filiā Cambyſis duxit uxorem. Qui quum à ſeptem Magis fuiſſet occiſus, & in locum eius Darius ſuſcepiſſet imperium, eadem Pentaptes nupſit Dario, & ex eo Xerxem filium genuit. |
| 3675 | 2 | Euſebius ſic: Secundo anno Darij, 70 annus captiuitatis impletur, Zacharia propheta teſte, apud quem, 2 anno Darij angelus ſic loquitur: Domine exercituū, uſquequo tu non miſereberis Hieruſalem & urbiū Iuda, quibus iratus es? Iſte 70 annus eſt. Ideo 2 annus bis ſcribitur: quia 4 annus in Magorum fratrum 7 menſibus computatur. Secundo anno Darij regis templum Hieroſolymis extruitur à Zorobabel: conſummaturq; opus annis 4. Remiſſio quidem captiuitatis Iudæorum, & uenia templi ædificandi, ſub Cyro exordium habuit. Conſummatur uerò templū ſub Dario: quia uicinæ gentes aſsiduis incurſionibus ædificationem impedierant. Clemens quoq; his congruit in primo Stromate, ita ſcribens: Et perſeuerauit captiuitas annis 70, uſq; ad 2 annum Darij filij Hyſtaſpis, qui Perſis, Aſſyrijs & Ægypto imperauit: ſub quo Aggeus & Zacharias, & unus ex duodecim qui uocatur Angelus, prophetauerunt: ſacerdotioq; functus eſt Ieſus filius Ioſedech. |

| Anni mundi, | Anni Dar. | |
|---|---|---|
| 3676 | 3 | Armodius & Ariſtogiton Hipparchum tyrannum interfecerunt: & Lemna meretrix amica eorū quum tormentis cogeretur, ut ſocios proderet, linguam ſuam morſu ſibi amputauit. |
| 3677 | 4 | Anno 4 Darij ait Zacharias propheta: Cùm ieiunaretis & plangeretis per ſeptuaginta hos annos, nunquam ieiunium ieiunaſtis mihi? |
| 3678 | 5 | |
| 3679 | 6 | Anno 6 Darij, templi ædificatio cōpletur, die 3 menſis Adar, qui eſt 46 annus, ex quo eius ſub Cyro fundamenta iacta ſunt. Vnde in Euangelio dicunt Iudæi: Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum, & tu in triduo reædificabis illud. Cœperunt autem ædificare anno 2 Darij, menſe 6, die 19. Et anno 6 (ut dictum eſt) menſe 12, die 3, compleuerunt. Ex quo apparet, opus templi, & antea non parua ex parte peractum, annos autem 70 à deſtructione illius uſque ad perfectam reſtaurandi licentiam, eſſe computandos. Vnus annus de 46 annis à Cyro uſq; in annum 6 Darij, deeſt in Chronicis. Anni enim 40 à Cyro ad Darium, & 6 anni Darij debēt eſſe: ſicut in Euangelio dicitur, Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum. |
| 3680 | 7 | |
| 3681 | 8 | |
| 3682 | 9 | |

*Reges Latinorum.*

Latinus rex regnauit annis 32. à quo Latini ſunt appellati. Huius imperij anno 25, Troia capta eſt: ad quē Æneas profugus ueniēs, factus eſt gener eius: cui ſucceſsit in regnū Æneas poſt 8 annum Troiæ captæ, & regnauit in Italia annis 3.

41. Aſcanius filius Æneæ, regnauit annis trigintaſeptem, qui Albam condidit.

70. Syluius Æneæ filius ex Lauinia, regnauit annis 9. Homerus poëta his temporibus fuit.

101. Æneas Syluius regnauit annis trigintauno.

151. Latinus Syluius regnauit annis quinquaginta. Huius temporibus Amazones Aſiam uaſtauerunt. Carthago condita eſt à Cerdone Tyrio, ut quidam dicunt. Salomon quoquè filius Dauid regnans Hieroſolymis, templum famoſiſsimum condidit.

190. Alba Syluius regnauit annis triginta nouem.

214. Ægyptus Syluius regnauit annis uiginquatuor.

242. Capis Syluius regnauit annis uigintiocto.

255. Carpentus Syluius regnauit annis tredecim.

264. Tyberinus Syluius regnauit annis octo.

303. Agrippa Syluius regnauit annis quadraginta.

232. Aremulus Syluius regnauit annis 19. Huius temporibus Lycurgus apud Lacedæmonios iura compoſuit.

359. Auentinus Syluius regnauit annis triginta ſeptem, à quo mons Romæ, quia ibi ſepultus eſt, nomen accepit.

380. Procas Syluius, regnauit annis uiginti tribus.

426. Amulius Syluius regnauit annis 43. qui fratrem ſuum Numitorem regno expulit: cuius tempora iſti ſunt applicata.

*Reges Romanorum.*

465. Romulus regnauit annis trigintaocto, à quo Roma condita eſt: & ex Latinis Romani ſunt deducti. Hic primùm conſtituit centum Senatores. Huius temporibus Syracuſa & Catina in Sicilia conditæ ſunt.

505. Numa Pompilius regnauit annis quadragintauno, qui duos menſes anno addidit, Ianuarium & Februarium, quum antea annus decem menſium ſaltem apud Romanos erat. Capitolium quoquè à fundamentis cōſtruxit. Quibus temporibus Sibylla in Samo inſignis habebatur.

537. Tullus Hoſtilius regnauit annis trigintaduobus, qui primus apud Romanos purpura uſus eſt. Cuius temporibus Chalcedon conditur, & Byzantium, quæ nunc Conſtantinopolis appellatur.

540. Ancus Martius regnauit annis 23. qui 16 miliario ab Vrbe Hoſtiam condidit.

597. Tarquinius Priſcus regnauit annis trigintaſeptem. Huius temporibus Maſsilia in Gallijs condita eſt.

631. Seruius Tullus regnauit annis trigintaquatuor, qui primus cenſum inſtituit ciuium Romanorum. His temporibus apud Perſas Cyrus primùm regnare cœpit.

666. Tarquinius Superbus regnauit annis trigintaquinque. Huius temporibus Pythagoras clarus habetur. Expulſo autem Vrbe Tarquinio, bini Conſules cœperunt pro uno Rege annis ſingulis adminiſtrare Rempublicam.

Ab anno itaque quarto Samſonis, qui eſt octauus annus poſt captam Troiam, uſque in annum nonum Darij Regis Perſarum, hoc eſt uſque in annum ſeptuageſimum octauum quintæ ætatis, ſunt ſexcēti ſexagintaſex anni, iuxta Caſsiodorum. Secundum Hebræos, ſunt ſexcenti quadraginta anni. Deſunt igitur (teſte Caſſiodoro) uigintiſex anni in tanto ſpatio, ſecundum ſupputationem Hebræorum.

CONSVLES.

| Anni mundi. | Anni Dar. | |
|---|---|---|
| 3683 | 10 | Anni Vrbis 240. L. Iunius Brutus & L. Tarquinius. Hi, annum minimè tenuerunt, ad peragendum tempus alijs ſubrogatis, id eſt Sp. Lucretio & Horatio Pulullo, & P. Valerio Publicola. |
| 3684 | 11 | P. Valerius Publicola, 2. |

T.Lu-

T. Lucretius Tricipitinus. Pulſis ab Vrbe regibus, uix ad decimumquintum lapidem Roma tenebat imperiū. Romanorum reges ſeptem, à Romulo ad Tarquinium Superbum imperauerunt annis ducenti quadraginta, ſiue (ut quibuſdam placet) ducentis quadragintatribus.

|Anni |Anni|
|mundi,|Dar.|

|3685| 12|P, Valerius 3. M. Horatius Puluillus 2. Romæ poſt actos reges primùm Conſules fuerunt, deinde Tribuni, ac Dictatores, & rurſum Conſules, qui Rempublicam obtinuerūt per annos ferè quadringentos ſexagintaquatuor, uſque ad Iulium Cæſarem, qui primus ſingulare arripuit Imperium.

|3686| 13|Sp. Largus Rufus, T. Herminius Aquilinus.

|3687| 14|M. Valerius, P. Poſthumius Tubertus.

|3688| 15|P. Valerius 4, T. Lucretius 2. Valerius adeò pauper moritur, ut ſumptu publico ſepeliretur.

|3689| 16|P. Poſthumius 2. Agrippa Menennius.

|3690| 17|Sp. Caſsius, Opiter Virginius. Cenſu Romæ agitato, inuenta ſunt hominum 120000.

|3691| 18|Poſthumius Cominius, T. Largius. Hic autem Largius fuit primus dictator creatus. Anno 9 poſt exactos reges noua dignitas eſt creata, ſcilicet Magiſter equitum, qui Dictatori obſequeretur.

|3692| 19|Ser. Sulpitius Camerinus, M. Manlius.

|3693| 20|Anno Vrbis 250. Cn. Vetuſius, T. Ebutius.

|3694| 21|T. Largius 2, Q. Clœlius. Hellanicus hiſtoriographus.

|3695| 22|A. Sempronius, M. Minutius, Heraclius & Anaxagoras philoſophi clari habentur.

|3696| 23|A. Poſthumius, T. Virginius Tricoſtus.

|3697| 24|Ap. Claudius, P. Seruilius. Pythagoras philoſophus ſummus moritur.

|Anni |Anni|
|mundi,|Dar.|

|3698| 25|A. Virginius, T. Vetuſius. Volſci uicti, Cumis bellatur.

|3699| 26|Sp. Caſsius 2, A. Poſthumius, 2.

|3700| 27|T. Geganius, P. Minutius Augurinus. Latini contra Romanos rebellauerunt.

|3701| 28|A. Sempronius, 2. P. Minutius 2. Romæ populus à Patribus facta ſeditione diſcedit.

|3702| 29|Q. Sulpitius, Sp. Largus 2. Martius qui Coriolanos ceperat, interuentu matris ſuæ, & uxoris precibus, ab oppugnatione Vrbis remouit exercitum.

|3703| 30|Anno Vrbis 260. C. Iulius Tullus, P. Pinarius. Bellum Marathone geſtum. Milius, & Ariſtides cognominatus iuſtus, uiuunt.

|3704| 31|Sp. Nautius, Sex. Furius.

|3705| 32|C. Aquilius, T. Sicinius.

|3706| 33|Sp. Caſsius, Proculus Virginius. Quum in Algido monte Romani milites obſiderentur, à Dictatore Quintio Cincinnato liberati ſunt.

|3707| 34|Q. Fabius Vibulanus, Ser. Cornelius. Ægyptus receſsit à Dario. Gelo obtinuit Syracuſas.

|3708| 35|L. Æmylius, Cæſo Fabius. Pindarus & Simonides Lyrici poëtæ inſignes habentur.

|3709| 36|M. Fabius, L. Valerius. Romæ Oppia uirgo Veſtalis deprehenſa in ſtupro, uiua defoſſa eſt.

## XERXES.

PErſarum 5, Xerxes filius Darij, annis 20 regnauit.

|Anni |Anni|
|mundi,|Xer.|

|3710| 1 |Q. Fabius, C. Iulius. Xerxes Ægyptum capit. Ariſtides cum ignominia eijcitur.

|3711| 2 |Cæſo Fabius 2, Sp. Furius Medullinus.

|3712| 3 |M. Fabius, Cn. Manlius.

|3713| 4 |Anno Vrbis 270. Cæſo

Fabius 3, T. Virginius. Diagoras agnoſcitur, & ſectatores eius phyſici philoſophi.

| Anni | Anni |
|---|---|
| mundi, | Xer. |

|3714| 5 |L. Æmylius, C. Seruilius. Xerxes cum Athenis ueniſſet, incendit urbem ſub principe Callia.

|3715| 6 |C. Horatius, T. Menenius. Bellum in Thermopyli geſtum eſt, & apud Salaminam nauale certamen.

|3716| 7 |P. Seruilius, A. Virginius. Athenienſes Pyreũ muro uallãt.

|3717| 8 |P. Valerius, C. Nautius. Hieron poſtea Syracuſis regnat.

|3718| 9 |L. Furius, C. Manlius. Æſchilus tragœdiarum ſcriptor agnoſcitur.

|3719| 10 |L. Æmylius, Opiter Virginius. Seditio agraria.

|3720| 11 |P. Furius, L. Pinarius. Hieron poſt Gelonem Syracuſis tyrannidem exercet.

|3721| 12 |T. Quintius, Appius Claudius. Pindarus clarus habetur.

|3722| 13 |L. Valerius, T. Æmylius.

|3723| 14 |Anno Vrbis 280. A. Virginius, L. Numitius. Themiſtocles ad Perſas fugit.

|3724| 15 |T. Quintius 2. Q. Seruilius. Sophocles tragœdiarum ſcriptor, primûm ſui ingenij opera publicauit.

|3725| 16 |Æmylius 2. Q. Fabius. Romæ Virbinia deprehenſa in ſtupro, uiua defoſſa eſt.

|3726| 17 |Q. Seruilius 2. Sp. Poſthumius. Sophocles & Euripides clari habentur.

|3727| 18 |T. Quintius, Q. Fabius. Herodotus hiſtoriographus agnoſcitur.

|3728| 19 |A. Poſthumius, Sp. Furius. Heraclides & Diagoras celebres.

|3729| 20 |P. Seruilius, L. Ebutius. Zeuxis pictor agnoſcitur: inter alias imagines lauacrum Byzantium fecit. Socrates naſcitur. Lapis ingens de cœlo ruit in Thraciæ partibus, olympiade 78. anno 2. colore aduſto: qui lapis etiam nunc oſtenditur.

ARTABANVS.

PErſarum 6, Artabanus regit ſaltem menſibus 7.

ARTAXERXES.

PErſarum 7, Artaxerxes, qui Longimanus appellabatur, à longa manu, regnauit annis 40.

| Anni | Anni |
|---|---|
| mundi, | Art. |

|3730| 1 |L. Lucretius, T. Veturius. Ea quæ de Heſter & Mardocheo ſcripta ſunt, quidam affirmãt ſub hoc rege geſta: quod non puto. nunquam enim Eſdras de Heſter ſiluiſſet, qui ſcribit, hoc tempore Eſdram & Nemiam reuerſos ex Babylone: & ea deinceps conſequuta, quæ ab ijs geſta referuntur.

|3731| 2 |P. Volumnius, Ser. Sulpitius. Sicilia à populo regebatur.

|3732| 3 |P. Valerius, C. Claudius. Cymon iuxta Eurimedontem Perſas nauali pedeſtriq; certamine ſuperat: & Medorum bellum conquieſcit.

|3733| 4 |Anno Vrbis 290. Q. Fabius, L. Cornelius. Medorum 10, Perdicca annis 28.

|3734| 5 |L. Minutius, C. Nautius 2. Anaxagoras moritur. Heraclitus clarus habetur.

|3735| 6 |Q. Minutius, C. Horatius 2. Eſdras ſacerdos apud Hebręos inſignis habetur: cuius ætate pontifex maximus habitus eſt Eliſab filius Ioachim, filij Ieſu, filij Ioſedech.

|3736| 7 |M. Valerius, Sp. Virginius. Annis 7 Artaxerxis, prima die menſis primi, Eſdras ſacerdos & ſcriba Legis Dei deſcendit de Babylone cum epiſtolis regis in prima die menſis quinti, uenit in Hieruſalem cum uiris 700. Qui inrer alia ſtrennuè geſta caſtigauit filios tranſmigrationis ab uxoribus alienigenis. Fuit autem eruditiſsimus Legis diuinæ, & clarus omnium Iudæorum magiſter, qui de captiuitate regreſsi uenerãt in Iudæã.

|3737| 8 |T. Romulius, C. Veturius. Pherecides hiſtoricus agnoſcitur.

|3738| 9 |Sp. Tarpeius, A. Aternius. His conſulibus, teſte Caſſiodoro, le-

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

ro, legati Athenis miſsi ad leges deſcribendas. Cratinus & Plato, comœdiarum ſcriptores clari habentur. Ariſtarchus tragœdiographus agnoſcitur. Romæ ludi ſeculares primũ acti.

*Anni mundi,* | *Anni* Art.

3739 | 10 | P.Horatius, Sex.Quintilius. Famis peſtem adduxit.

3740 | 11 | L.Menenius, P.Seſtius. Hoc tempore à Conſulibus ad Decemuiros translatũ eſt Imperium: per quos, quadraginta annis adminiſtrata reſpublica fuit: ſed iterum Conſules creati ſunt.

3741 | 12 | Anno 302 ab Vrbe condita, Decemuiri creati, poſt annũ eiecti ſunt, propter Appium Claudium, qui Virginij cuiuſdam filiam contra Latinos in Algido militantis, uoluit abducere.

3742 | 13 | Romani per Legatos ab Athenienſibus iura petierunt, ex quibus duodecim tabulæ conſcriptæ.

3743 | 14 | Anno Vrbis 300. Cretes comicus & Theleſilla, ac Bachillides lyricus, clari habentur. Praxilla quoq; & Cleobulina, ſunt celebres.

3744 | 15 | Templũ Iunonis quod in Argis fuerat incenſum, reſtituitur. Abaris Hyperboranus ariolus agnoſcitur.

3745 | 16 | Tribuni plebis & ædiles Romæ facti, Conſulibus eiectis.

3746 | 17 | Neemias Hebræus, mi-
3747 | 18 | niſter uinarius Arta-
3748 | 19 | xerxis, filius regis, con-
3749 | 20 | cedente ſibi domino
ſuo, 20 uſque anno uenit de Babylone in Iudæã: & 32, muros urbemq; reſtituit. Scribit Eſdras ſub pontifice Iuda, filio Aſib (cui ſucceſsit Iohãnes filius ſuus, qui temporibus Alexandri Macedonis fuit) opus fuiſſe completum. Igitur Neemias ueniens de Suſis caſtro de Babylone, Ieruſalem, muros ciuitatis duobus diebus reſtituit: & ducatum 12 annos præbuit. Hucuſq; Hebræorũ diuinæ Scripturæ annales temporum continent. Ea uerò quæ poſtea hîc apud eos geſta ſunt, exhibebimus de libro Machabæorum, & Ioſephi & Aphricani ſcriptis: qui deinceps uniuerſam hiſtoriã uſq; ad Romana tempora proſequuti ſunt. Aphricanus quidẽ in libro quinto Temporum, ita dicit: Manſit itaq; imperfectum opus uſq; ad Neemiam, & uigeſimum annum regis Artaxerxis. Quo tempore regni Perſarũ 115 anni euoluti ſunt: captiuitatis primò Hieruſalẽ 185 annus erat: & nũc primùm iuſsit Artaxerxes muros Hieruſalẽ extrui. Cui operi præfuit Neemias, & ædificata eſt platea, & muri circumdati. Et ex illo tempore, ſi enumerare uelis 70 annorum hebdomades, uſq; ad CHRISTVM poteris uenire. Beda ſic. Septima ſpecie hebdomadis, qua Daniel propheta utitur, more quidẽ Legis, ſeptem annis ſingulis computans hebdomadã, ſunt ſolito more breuius ſolaribus annis. Duodenis enim menſibus Lunæ, annos ſingulos determinans. Emboliſmares autem mẽſes, qui de annis undecim epactarum creſcũt, non lege ſolita, tertio uel altero anno addicimus. Vbi mẽſes duodecim emboliſmorũ impleti fuerint, ibi eos pro anno integro interſerit. Et ita Angelus adeſt, dicens, Septuaginta (inquit) hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuũ, & ſupra urbem ſanctã tuam, ut conſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur uiſio & prophetia, & ungatur Sanctus ſanctorum. Nulli dubium eſt, quin hæc uerba, CHRISTI incarnationẽ qui tulit peccata mundi, legem & prophetiam impleuit, & unctus eſt oleo lætitiæ præ participibus ſuis. Et nulli dubium, quòd hebdomades 70 annorũ, lunarium, menſiumq; 12, in unoquoq; anno poſt ſeptenos annos diſtinctæ, 420 annos lunares, abſq; emboliſmaribus menſibus inſinuarint. Sed notandum eſt, quòd non ſimpliciter, ſed breuiter dixit, computatas, id eſt breuiores ſolitis annis. Scito ergo (inquit) & animaduerte, ab exitu ſermonis, ut iterum ædi-

ficetur Hieruſalem, uſque ad CHRISTVM ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades 62 erunt. Et rurſum dicit, Ædificabitur platea & murum in anguſtia temporis. Eſdra narrante didicimus, quòd Neemias quum eſſet pincerna regis Artaxerxis, anno 20 eius regni, menſe Aprili, impetrauit ab eo reſtaurari muros Hieruſalem: ipſumq́ opus (ut dictũ eſt) tanta temporis anguſtia eſt actum, ut ſtructores ſinguli, armis induti, una manu pugnaſſe, altera muros reparare, narratur. Ab hoc tempore, id eſt ab anno 20 Artaxerxis uſq; ad CHRISTVM, hebdomades 70 computatas, id eſt annos duodenorũ menſium lunarium 390, qui ſunt ſolares anni 475. Siquidem Perſæ à præfato anno 20 Artaxerxis uſque ad mortem Darij Arſami filij, regnauerũt annis 116. Exhinc Macedones uſq; ad mortem Cleopatræ, id eſt in annum 15 Octauiani Cæſaris, anni 300. Inde Romani ad 17 annum Tyberij, ſummam rerum poteſtatem quam Græci monarchiam uocant, tenuerũt annis 59. qui ſunt ſimul 75. & continentur cyclis decennoualibus 25 decies. Nonies enim uiceni & quini, fiunt 475 anni. Et quòd ſingulis circulis emboliſmi, 7 accreſcunt: multiplica 25 per 7, fiunt 175 menſes lunares, qui ſunt emboliſmi, menſes annorum 475. Si autem uis ſcire, quot annos menſes lunares faciunt, partire 175 menſes per 12, duodeni menſes decies, & duodeni quater, id eſt 148 anni, ſunt 14. & remanent menſes 7. His adde annos 475, fiunt 489, Adde menſes 7 ſupra, partemq́ anni 18 Tyberij, quo paſſus eſt Dominus: & fiunt ab anno 20 Artaxerxis uſque ad paſſionem Domini, hebdomades 70 abbreuiatæ, id eſt anni lunares 490. Ad eius uerò baptiſma quando unctus eſt Sanctus ſanctorum à Spiritu ſancto in ſpecie columbæ, non ſolùm hebdomadæ 7 & 62 completæ ſunt, ſed & pars 70 hebdomadis iam incohatæ præterijt. Et poſt hebdomades (inquit) ſeptem & 72 occiditur CHRISTVS, & non erit eius populus qui eum negaturus eſt. Non ſtatim poſt 7 & poſt 62, ſed in fine 70 hebdomadis occiſus eſt. Quã hebdomadam ideo ſeparauit à cæteris, quia de ea plura erat relaturus. Nam in ea CHRISTVS crucifixus eſt, & negatus à Iudæis, nõ ſolùm tempore paſſionis, ſed etiam à prædicatione Iohãnis. Quod autem ſequitur, Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populum cum duce uenturo, & finis eius uaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Hoc non ad 70 hebdomades pertinet. Prædictũ eſt enim, quòd hebdomadæ 70 ad CHRISTI uſque ducatum pertingerent, ſed Scriptura prædicto aduentu & paſſione CHRISTI: quidam etiam poſt hoc, populo negãti eueniret, oſtendit. Ducem enim uenturum dicit, qui anno 40 paſſionis, cum populo Romano ciuitatem & ſanctuarium diſſipauit, ut lapis ſupra lapidem non remaneret. Deinde ad expugnandam hebdomadam quam omiſerat, redit. Confirmabit autem pactum multis hebdomas una, id eſt ipſa nouiſſima, in qua uel Iohannes baptizat, uel Dominus & Apoſtoli prædicando, multos ad fidẽ conuerterũt, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium. Dimidium hebdomadis huius, annus 15 Tyberij erat: quando incohato CHRISTI baptiſmate, hoſtiarum purificatio fidelibus paulatim uileſcere cœpit. Itẽ quod ſequitur, Et in templo erit abominatio deſolationis, & uſque ad cõſummationem & finem perſeuerabat. Deſolatio ad ſequentia tempora reſpicit, cuius prophetiæ ueritatẽ, & hiſtoria ueterum & noſtrorum, hodieq́ temporum teſtatur euẽtus. Sciendum eſt, quòd Aphricanus curſum hebdomadarum, quem nos in annum 17 uel in 18 Tyberij Cæſaris, quo Dominũ paſſum credimus, iuxta Chronicum Euſebij, perduximus ab eodem 20 anno Artaxerxis, quo & nos incipimus, anno 15 Tyberij, quo eum paſſum credit, putat eſſe completum, ponens annos

annos regni Perſarum 115, Macedonum 30, Romanorum 40. Hæc Beda.

De hac igitur ſumma 475. ab anno 20 Artaxerxis uſq; ad paſsionem Domini, deme annos 80. quos à præfato uſque ad Aſſuerum Hieronymus numerauit: & tunc cum anno 7 menſium Sogdiani, & 3 menſium Iulij Cæſaris, qui hic non numerantur: & cum 18 Tyberij, 395. Iunges iſtis 395 annis, à prima olympiade uſq; in poſtremum Aſſueri (ut Hieronymus tractat) fiunt anni 714, uſq; in paſsionem, ideſt olympiades 190. Dimiſsis item 33 annis de hac ſumma, fiunt uſque ad natiuitatem Domini, ab olympiade prima anni 760, ideſt olympiades 190. A Dauid uſque ad olympiadem primam, ſunt anni 302. Ab olympiade prima uſq; ad captiuitatē & combuſtionem templi, anni ſunt 171 & menſes 6. Hoc modo Ioatham annos 16.

22. Achaz, annos 16.

61. Ezechias, 29.

116. Manaſſes, 155.

118. Amon, 2.

149. Ioſias, 31. & Ioatham, à 4 calendis Ianuarijs, quo Dauid obijt, regnauit mēſibus 3. uſq; ad calēdas Apriles.

140. Eliachim, 11. Iechonias menſibus 3, & diebus 10. uſque ad menſem Iulij. Sedechias, annis 11. In anno igitur primo Cyri, annus 30 deſolationis templi impletus eſt, & in medio 8 anni Cambyſis impletus eſt annus 66. Adde menſes 7 ſupra, ad dimidium annum Cambyſis, uel ad Magos, fit annus uſque ad calendas Apriles, hoc eſt uſque ad annum primum Darij. In anno ergo ſecūdo Darij (ſicut dixit Hieronymus) ideſt in Auguſto, annus ſeptuageſimus captiuitatis impletus eſt.

35. Darius, 36.

55. Xerxes, annos uiginti. Artabanus, menſes 7, uſque ad calendas Nouembres.

95. Artaxerxes filius Lagi, 40. Xerxes, menſes 2, uſque ad calendas Ianuarij.

96. Poſt quem Sogdianus, menſes 7, uſque ad calendas Auguſti. Adde menſes 7 Artabani, & 2 menſes Xerxis, fit annus & menſes 4.

115. Darius nothus, 19.

155. Aſſuerus, 40.

181. Ochus, 26.

185. Artaxerxes, 4.

191. Darius, 6.

197. Alexander, 6.

237. Ptolemæus filius Lagi, 40.

275. Ptolemæus Philippus, 38.

301. Poſt eum, 26.

318. Poſt Philopatorem, 17.

342. Poſt Epiphanem, 24.

377. Poſt Philometorem, 35.

406. Poſt Euergetem, 29.

423. Poſt Phiſcon, 17.

433. Poſt Alexandrum, 10.

441. Ptolemæus, qui Amrem fuerat dictus, annos 8.

471. Poſt Dionyſium, 30.

473 Cleopatra, 2.

478. C. Iulius, annos 4. menſes 6. uſque ad calendas Martias, adde menſes 5. ante fiunt menſes 10.

519. Octauianus Auguſtus, 41. uſque in annum in quo natus eſt Dominus, & menſe Martio incipit annus 42. His annis 519, adde annos 70 captiuitatis, fiunt anni 589 uſque ad annū natiuitatis. Hi ſunt anni quintę ætatis, ideſt olympiadis 147. atque unus annus. Adde etiam his, 171 annum à prima olympiade uſque ad captiuitatem, qui ſunt olympiades 43, minus menſibus 7, fiunt anni 761, olympiades 190, uſque ad ſolſtitium brumale, in parte 12 Capricorni: in qua Græci incipiūt annum etiam cum olympiade, ut putatur: & Dominus natus eſt in fine anni 44 Octauiani Cæſaris, in principio olympiadis 191, iuxta ueritatem Hebraicam: ad Aprilem autem ante natiuitatem Domini, ſecundum ſupputationem annorum, de eadem ipſa ſumma, à prima olympiade, deme 20 annos, ideſt 17 Ioathā, & 4 Achaz, ideſt olympiades 5. Fiunt à condita Vrbe uſq; ad annum natiuitatis Domini, anni 740. Vſque ad paſsionis annum, ab olympiade prima, ſunt 794, ideſt olympiades 198, & anni 2.

3750

| Anni mundi, | Anni Art. |
|---|---|

3750 | 21 | Athenienſes & Lacedæmonij fœdus 30 annorum ineunt. Herodotus quum Athenis libros ſuos coram Senatu legiſſet, honoratus eſt.

3751 | 22 | Meliſſus phyſicus circa hoc tempus agnoſcitur.

3752 | 23 | Euripides tragœdiarum ſcriptor, clarus cognoſcitur, & Pythagoras ſophiſta, cuius libros decreto publico Athenienſes combuſſerunt.

3753 | 24 | Anno Vrbis 310. Fidenates contra Romanos rebellant.

3754 | 25 | Phidias eburneam Mineruam fecit.

3755 | 26 | Theætenus mathemati-
3756 | 27 | cus agnoſcitur.

3757 | 28 | Ariſtophanes clarus habetur, & Sophocles poëta tragicus. Gens Campanorũ in Italia conſtituta.

3758 | 29 | Demetrius Abderites, Empedocles & Hippocrates medicus.

3759 | 30 | Gorgias, Hippias, Prodicus, Zeno & Parmenides philoſophi inſignes habentur.

3760 | 31 | Socrates plurimo ſermone celebratur. Macedonum 11, Archelaus regnauit annis 24.

3761 | 32 | Neemiã qui muros Hieruſalem cõſtruxit, conſummaſſe opus 32 anno Artaxerxis Perſarum, Eſdras memorat. Si quis autem ab hoc tempore 70 hebdomades à Daniele ſcriptas numeret, quæ faciunt 490, reperiet eas in regno Neronis expletas: ſub quo obſeſſa eſt Hieruſalem: capta autem 2 poſtea Veſpaſiani anno.

3762 | 33 | Initium belli Peloponneſiaci circa hoc tempus.

3763 | 34 | Anno Vrbis 320. Baccylides carminum ſcriptor agnoſcitur.

3764 | 35 | Athenienſes peſtilentia graui laborant.

3765 | 36 | Thucydides agnoſcitur. Pericles moritur.

3766 | 37 | Eupolis & Ariſtophanes, ſcriptores Comœdiarum, tunc agnoſcuntur.

3767 | 38 | Ex Ethna monte ignis uehemens erupit.

| Anni mundi, | Anni Art. |
|---|---|

3768 | 39 | Apud Locros Athalanta terræmotu ſciſſa, inſula facta eſt.

3769 | 40 | Plato naſcitur.

XERXES, II.

PErſarum 8, Xerxes, menſibus duobus regnauit, hoc eſt, uſque ad calendas Ianuarias.

3770 | 0 |

SOGDIANVS.

PErſarũ 9, Sogdianus, regnauit mẽſibus 7, hoc eſt eſt uſque ad calendas Auguſti. His adde menſes 7 Artabani, ſit annus & menſes 5.

DARIVS, II.

PErſarum 10, Darius Nothus, regnauit annis 19.

| Anni mundi, | Anni Darij |
|---|---|

3771 | 1 | Lacedæmones & Athenienſes fœdus percutiunt.

3772 | 2 | Eudoxus Cnidius clarus hoc tempore habetur.

3773 | 3 | Anno Vrbis 330.

3774 | 4 | Lacedæmonij Heracliã urbem condiderunt.

3775 | 5 | Clades quę Athenienſi-
3776 | 6 | bus accidit in Sicilia.
3777 | 7 |

3778 | 8 | Ægyptus à Perſarum imperio defecit.

3779 | 9 | Amaxius Stactis regnauit annis ſex.

3780 | 10 | Alcibiades profugus abijt ad Tiſaphernem.

3781 | 11 | Romæ rurſum Conſules creati fuerunt.

3382 | 12 | L. Horatius, M. Horatius, Macedonum 12, Crœſus, annis tribus. Eubœa ab Athenienſium ſocietate diſceſsit.

3783 | 13 | Anno Vrbis 340. Sp. Herminius, T. Virginius.

3784 | 14 | M. Geganius, C. Iulius.

3785 | 15 | T. Quintius 4, Agrippa Furius. Dynaſti. Ægyptiorum 28, Nephetites annis 6. Euripides apud Archelaum, & Sophocles Athenis moritur. Dionyſius in Sicilia tyrannidem exercet.

3786

|Anni |Anni|
|mundi,|Dar.|

|3786| 16 |M. Genutius Augurinus, P. Curiatius Philo.

|3787| 17 |L. Papyrius Mugilanus, L. Sempronius Atratinus.

|3788| 18 |M. Geganius Macerinus 2, T. Quintius Capitolinus.

|3789| 19 |M. Fabius, Poſthumius Ebutius Helua.

## MNEMON.

Perſarum 11, Artaxerxes, qui cognominatus eſt Mnemon, Darij Hyſtaſpis filius, annis 40. Sub hoc rege uidetur mihi hiſtoria quæ in libro Heſter continetur, expleta. Ipſe quippe eſt, qui ab Hebræis Aſſuerus, & à Septuaginta ſenioribus Græcè Artaxerxes uocatur.

|Anni |Anni|
|mundi,|Mne.|

|3790| 1 |C. Furius, M. Papyrius. Macedonũ 13, Archelaus annis 4.

|3791| 2 |Proculus Geganius, L. Menenius Lanatus.

|3792| 3 |T. Quintinus 6, Agrippa Menenius Lanatus.

|3793| 4 |Anno Vrbis 350. M. Geganius, L. Sergius. Dionyſius tyrannidem exercet. Athenienſes ſuſtinent tyrannidem. Iſocrates rhetor agnoſcitur. Macedonum 14, Amyntas anno 1. Ægyptiorum, Achoris annis 12.

|3794| 5 |L. Papyrius, M. Cornelius. Macedonũ 15, Pauſanias anno 1.

|3795| 6 |C. Iulius, L. Virginius. Alcibiadem Pharnabaſus interfecit. Tyranni Athenis oppreſſi. Cyri regis aſcenſus de quo ſcribit Xenophõ. Macedonum 16, Amyntas 2, annis 6.

|3796| 7 |C. Iulius 2, L. Virginius 2. Athenienſes 24 literis uti cœperũt, quum antea 16 tãtùm literas haberẽt.

|3797| 8 |T. Quintius, Cn. Iulius. Socrates uenenum bibit.

|3798| 9 |L. Papyrius 2, L. Iulius. Templum Epheſinum denuò incenſum. Socratici clari habentur.

|3799| 10 |L. Sergius 2, Hoſtius Lucretius. Diogenes Cynicus agnoſcit.

|3800| 11 |A. Cornelius, T. Quintius 2. Speuſippus inſignis habetur.

|Anni |Anni|
|mundi,|Mne.|

|3801| 12 |C. Seruilius, L. Papyrius. Dionyſius in tyrannide perſeuerat.

|3802| 13 |C. Sempronius, Q. Fabius. Macedonũ 17, Argæus anno 1.

|3803| 14 |Anno Vrb. 360. A. Cornelius, L. Furius. Eudoxus aſtrologus agnoſcitur.

|3804| 15 |Q. Fabius, C. Furius. Macedonum 18, Amyntas 3, annis 18.

|3805| 16 |M. Papyrius, C. Nautius. Galli Senones Romam inuaſerunt, excepto Capitolio. Plato philoſophus agnoſcitur.

|3806| 17 |M. Æmylius, C. Valerius. Ægyptiorũ, Pſammutes anno 1.

|3807| 18 |Cn. Cornelius, L. Furius. Ægyptiorum, Nepherites menſibus quatuor.

|3808| 19 |L. Lucretius, Ser. Sulpitius. Ægyptiorum, Nectanabus annis regnauit 18.

|3809| 20 |L. Valerius, M. Mãlius.

|3810| 21 | His cõſulibus poſt Vr-
|3811| 22 | bem captam redeũtes
|3812| 23 | Gallos dux Romanus nomine Camillus, extinxit: de quibus triumphans in Vrbe, quaſi & ipſe patriæ conditor Romulus meruit nuncupari. Tunc dignitates mutatæ ſunt, & in loco Conſulum per annos 17, tribuni militares fuerunt. Quibus ob inſolentiam regiminis, per annos 4 poteſtas Conſulum Tribunorumq́; ceſſauit. Deinde rurſus tribus annis per Tribunos militantes eſt adminiſtrata Reſpublica. Poſt annos 24 reuerſa eſt dignitas conſularis.

|3813| 24 |Anno Vrbis 370.

|3814| 25 |Magno terræmotu Eli-
|3815| 26 | ca & Bura Peloponeſi urbes abſorptæ ſunt.

|3816| 27 |Preneſtini à Romanis ui-
|3817| 28 | cti apud flumẽ Alcan, per Quintium Cincinnatum. Heſter hiſtoria ſcribitur, teſte Hieronymo.

|3818| 29 |Athenienſes, principes Græciæ facti.

|3819| 30 |Socrates rhetor.

Anni | Anni
mundi, | Mne.

3820 | 31 | Plato & Xenophon, nec
3821 | 32 | non & alij Socratici, clari habentur.

3822 | 33 | Macedonum 19, Alexander anno uno.

3823 | 34 | Anno Vrbis 380. Mace
3824 | 35 | donum 20 Ptolemæus, Alorites Alexandri interfector, annis quatuor regnauit.

3825 | 36 | Ægyptiorum, Theo regnauit annis duobus.

3826 | 37 | Hîc ceſſauit poteſtas Tribunorum ſimul & Conſulum per annos 4, teſtante Caſsiodoro. Dionyſius rex Siciliæ 18 anno moritur. Poſt Dionyſium regem Siciliæ iunior Dionyſius regnum inuadit.

3827 | 38 | Theo rex Ægypti fugit in Arabiam. Poſt quem Perdicca annis regnauit ſex.

3828 | 39 | Ariſtoteles 18 annum ætatis gerens, Platonis auditor fuit. Dynaſtia 30 Ægyptiorum, Nectanebus annis octodecim.

3829 | 40 | Hucuſq; à Phacea rege Iſraël, ſub quo Salmanaſſar multa millia populi uaſtauit: tractat Hieronymus captiuitatẽ decem tribuũ Iſrael annis 390 ſupra prophetam Ezechielẽ.

OCHVS.

Perſarum 12, Artaxerxes, qui & Ochus, annis 26 regnauit.

Anni | Anni
mundi, | Ochi

3830 | 1 | Hîc iterum adminiſtrata eſt à Tribunis Reſpublica per 3 annos. Tempore Ochi immenſa per continuum bienniũ Romanos peſtis afflixit: ſequentiq; anno ſequutũ eſt ſatis triſte prodigium, ſiquidem in medio urbis Romæ terra deſilijt, uaſtoq; prærupto hiantia ſubitò patuerunt inferna. Quod quum diutius ita maneret, terroremq; cunctis incuteret, tandem interpretantibus auſpicibus, quod noui hominis ſepulturam expectaret, M. Curtius eques Romanus ſeſe in id barathrum armatus proiecit: ſicq; concluſum eſt.

Anni | Anni
mundi | Ochi

3831 | 2 | Alexander Pheræus.

3832 | 3 | Camillus Gallos qui bellum Romanis intulerant, ſuperat.

3833 | 4 | Anno Vrbis 390. Hîc reuerſa eſt dignitas iterũ conſularis. Macedonum 21, Philippus annis 26.

3834 | 5 | Æmylius Mamercus, & L. Sextius, primus ex plebe conſul.

3835 | 6 | Q. Seruilius, L. Genutius. Demoſthenes orator agnoſcitur.

3836 | 7 | C. Sulpitius Peticus, C. Licinius Stolo Caluus.

3837 | 8 | C. Genutius, L. Æmylius. Captos in Hircaniã accolas tranſlatos, iuxta mare Caſpium collocauit.

3838 | 9 | Q. Seruilius Hala 2, L. Genutius Auentinenſis.

3839 | 10 | C. Sulpitius 2, C. Licinius 2. Dionyſius Sicilia pellitur.

3840 | 11 | M. Fabius 5, C. Petilius. Alexander Philippi & Olympiadis filius naſcitur.

3841 | 12 | M. Popilius 2, & Cn. Mãlius. Dionyſius Siracuſis interficitur.

3842 | 13 | C. Fabius, C. Plautius. Hipparinus Dionyſij filius, tyrannidem exercet.

3843 | 14 | Anno Vrbis 400. Caius Martius, Cn. Manlius. Hetrinna poëtrix agnoſcitur. Ochus rex, Ægyptum tenuit.

3844 | 15 | M. Fabius 2, M. Popilius Lenas 2. Nectanebo in Æthiopiam pulſo, in quo Ægyptiorum regnum deſtructum eſt.

3845 | 16 | C. Sulpitius 3, M. Valerius Publicola.

3846 | 17 | M. Fabius 3, T. Quintius. Ochus Sidoniam obuertit, & Ægyptum ſubiunxit imperio.

3847 | 18 | C. Sulpitius, M. Valerius. Demoſthenes orator, omnium rumore celebratur.

3848 | 19 | P. Valerius, C. Martius. Romani Gallos ſuperant. Dionyſius Corinthum ſub fœdere nauigauit.

3849 | 20 | C. Sulpitius, T. Quintius. Plato moritur, poſt quem academiam Speuſippus tenuit.

Anni | Anni
mundi, | Ochi.

3850 | 21 | M. Popilius 3, L. Cornelius. Romani quum Samnitas duobus prælijs cecidiſſent, uniuerſos con fines ſuos qui à ſocietate diſceſſerant, in ditionem primam redigunt.

3851 | 22 | L. Furius, Camillus, Appius Claudius Craſſus.

3852 | 23 | M. Valerius Publicola, M. Popilius Lenas 4.

3853 | 24 | Anno Vrbis 410. T. Mã lius, C. Plautius. Dionyſius è Corintho expulſus.

3854 | 25 | M. Valerius, C. Petilius. Deſcriptione Romæ facta, inuenta ſunt militum 160000.

3855 | 26 | M. Fabius, Ser. Sulpitius.

## ARSAMES.

PErſarum 13, Arſes uel Arſames, Ochi filius, regnauit annis 4.

Anni | Anni
mundi, | Arſ.

3856 | 1 | C. Martius 3, T. Manlius 2. Iudæorum pontifex maximus Ladus, clarus habetur.

3857 | 2 | M. Valerius 3, A. Cornelius. Speuſippus moritur, cui ſucceſsit Xenocrates.

3858 | 3 | Q. Seruilius 3, C. Martius Rutilius 4.

3859 | 4 | L. Æmylius, C. Plautius 2. Macedonum 22, Alexander Philippi filius, annis 12, menſibus 6.

## DARIVS III.

PErſarum 14, Darius Arſami filius, regnauit annis 6.

Anni | Anni
mundi, | Dar.

3860 | 1 | T. Manlius 3, P. Decius. Manaſſes frater Iaddi pontificis Iudæorum, templum in monte Garizim conſtituit.

3861 | 2 | T. Æmilius, Q. Publiti⁹. Alexander aduerſus Illyricos & Thraces feliciter dimicans, ſubuerſis Thebis in Perſas arma corripuit, & apud Granicum flumen, regis ducibus oppreſsis, urbem Sardis capit.

3862 | 3 | L. Furius 2, C. Menius. His conſulibus roſtra nauium de Antiatibus in foro fixa ſunt. Romanorum conſul Manlius Torquatus filiũ ſuum, quia contra imperium in hoſtes pugnauerat, uirgis cæſum ſecuri percuſsit, teſte Caſsiodoro.

Anni | Anni
mundi, | Dar.

3963 | 4 | Anno Vrbis 420. C. Sulpitius, P. Ælius. Alexander capta Tyro Iudæam inuadit, à qua fauorabiliter exceptus, Deo uictimas immolat, & pontificem templi honoribus plurimis proſequitur. Andromacho locorum cuſtode dimiſſo, quem poſtea Samaritani interfecerunt: ob quæ ab Ægypto reuerſus, Alexander Magnus eos ſupplicijs affecit: & urbem eorum captam, Macedonibus inhabitandum tradidit.

3864 | 5 | L. Papyrius Craſſus, Cæſo Duilius Helua.

3865 | 6 | M. Valerius 4, M. Attilius. Alexandria in Ægypto condita. Latini Romanis perdomiti ſunt. Alexander Babyloniam obtinuit, interfecto Dario, in quo regno Perſarum deſtructum eſt, quod ſtetit annis 231 à 20 anno Artaxerxis, id eſt poſt 25 annum. Perſæ regnauerunt hucuſque annis 116.

## ALEXANDER.

PErſarum 15, Alexander regnauit in anno 7 regni ſui ſuper Aſiam 6 annis poſt mortẽ Darij, nam antea 6. & tenet omnia 12 annis.

Anni | Anni
mundi, | Alex.

3866 | 1 | T. Veturius. Sp. Poſthumius. Aanaximenes & Epicurus clari habentur.

3367 | 2 | L. Cornelius, Cn. Domitius. His conſulibus pax cum Alexãdro rege Epiri facta eſt. Alexander Hircanos & Mardos capit reuerteſq; in Amone condidit Pareconium.

3368 | 3 | T. Valerius, M. Claudius. Alexander Ornim petram capit.

3369 | 4 | L. Papyrius 2, L. Plautius. Bellum Alexandri in India aduerſum Porum & Taxilem. Harpalus

fugit in Aſiam, ut multi putant.

Anni | Anni
mundi, | Alex

|3870| 5 |L. Æmylius, C.Plautius. Romani Samnitas ſubigunt, & colonias deducunt. Alexandri tempore luna defecit in Arabia, hora noctis 2.

|3871| 6 | P. Cornelius, P. Plautius. Alexãder uſq; oceanum uictorijs potius quàm bellis peruenit ad Babylonem: reuerſus 32 uitæ anno, regni autẽ 12 ueneni hauſtu obijt. Poſt quẽ translato in multos imperio, Ægyptũ Ptolemæus Lagi filius tenuit: Macedonas Philippus, qui & Arideus, frater Alexandri, annis 7. Syriam & Babyloniam, & omnia regna orientis, Seleucus Nicanor: Aſiæ regnauit Antigonus. Qui apud Danielem, per quatuor hirci cornua quæ arietem contererent, deſignantur.

PTOLEMÆVS.

Ægyptiorum primus, regnauit Ptolemæus, Lagi filius annis 40. Macedonibus regnauit Philippus, qui & Aridæus, frater Alexandri, annis ſeptem.

Anni | Anni
mundi, | Ptole.

|3872| 1 | L. Cornelius, Q. Publilius 2. Appius Claudius Romæ clarus habetur, qui aquam Claudiam induxit, & uiam Appiam ſtrauit. Lydiã, Thraciã & Helleſpontũ Lyſimachus tenuit. Macedonũ duces in ſeditionẽ uerſi, Agatho Syracuſis tyrannidem exercet.

|3873| 2 | Anno Vrbis 430. L. Papyrius, C. Petilius 3. His conſulibus Alexandria in Ægypto condita. Lamiatum bellum motum. Perdicca contra Ægyptum dimicat.

|3874| 3 |L. Furius 3, D. Iunius. Ptolemæus Lagi filius Hieroſolymis & Iudæa in ditione ſua redactis plurimos captiuorũ in Ægyptũ tranſtulit.

|3875| 4 |C.Sulpitius, Q. Ælius. Iudæorum pontifex maximus Onias Iaddi filius, clarus habetur. Menander primam fabulã docens ſuperat. Theophraſtes philoſophus agnoſcitur, qui ob diuinitatem loquendi (ut ait Cicero) nomen accepit.

¶ Primus Aſiæ regnauit Antigonus, annis octodecim.

Anni | Anni
mundi, | Ptol.

|3876| 5 |Q. Fabius, L. Fuluius. Demetrius Phalereus habetur illuſtris hoc tempore.

|3877| 6 | T. Veturius 2, Sp. Poſthumius 2. Romanos Samnitæ diutiſsimè contra ſe pugnantes, captis ambobus conſulibus, ad extremam ſeruitutem per annum ſubigunt.

|3878| 7 | L. Papyrius 2, Q. Publilius 3. His conſulibus (teſte Oroſio) Romani, duce Papyrio conſule Samnitas bello uicerunt, captoq; eorum duce, ſeruitutis iugum abiecerũt. Macedonum 24, Caſſander annis nouemdecim.

|3879| 8 |L.Papyrius curſor 3, Q. Ælius Cæritanus 2.

|3880| 9 |M.Follius, L.Plautius 2. Romani Marſos, Vmbros et Pelignos ſuperant. Romani colonias deducunt. Lyſimacha in Thracia condita.

|3881| 10 |Q. Æmilius, C.Iunius. Cyprum Ptolemæus inuaſit. Theodorus Acheus cognoſcitur.

|3882| 11 |Sp. Nautius Rutilius, M. Popilius Lenas.

|3883| 12 |Anno Vrbis 440. L. Papyrius 4, Q. Publilius 4. Demetrius Phalereus ad Ptolemæum ueniens impetrauit ut Athenienſibus demum in gratiam rediret.

|3884| 13 |C. Sulpitius, M. Petilius. Syriæ & Babylonis & ſuperiorũ locorum regnauit Seleucus Nicanor annis 32.

|3885| 14 |L.Papyrius 5, C.Iunius Machabæorũ Hebræa hiſtoria. Hinc Græcorum ſupputãt regnum: uerùm hi libri, inter diuinas Scripturas non recipiuntur.

|3886| 15 |M. Valerius, P. Decius. His cõſulibus per Appiũ Claudiũ cenſore uia facta & aqua inde ducta eſt, quæ ipſius nomine nuncupatur, teſte Caſsiodoro.

|Anni |Anni|
|mundi,|Ptol.|

|3887| 16| Q.Æmylius Barbula 2, C.Iunius Brutus 3.

|3888| 17| Q.Fabius Rutilianus 2, C.Martius Rutilius.

|3889| 18| Q. Fabius Rutilianus 3, P.Decius Mus 2.

|3890| 19| Appius Claudius Craſſus,L.Volumnius Flamma.

|3891| 20| P.Cornelius,Q.Martius. His conſulibus uiæ per agros publicæ factæ. Seleuchus Antiochiam,Laodiceam, Seleuciam, Apamiam, Edeſſenam, Berœam, & Pellam urbes hoc tempore condidit.

|3892| 21| L.Poſthumius Megellus,T.Minutius Augurinus.

|3893| 22| Anno Vrbis 450.P.Sulpitius,P.Sempronius.

|3894| 23| Ser. Cornelius,L.Genutius. His conſulibus Seleucus Antiochiam 12 anno regni ſui extruxit.

|3895| 24| C. Æmylius, M.Libius. Seleucus Babyloniam obtinuit.

|3896| 25| M.Valeri⁹,Q.Apuleius. ¶ Aſiæ 2,Demetrius,qui & Poliorcetes,annis 17. Iudæorum pontifex maximus Simon, Oniæ filius, clarus habetur:cui cognomentum Iuſto fuit, propter ſollicitam in Deum religionem, & in ciues pronam clementiam.

|3897| 26| T. Manlius Torquatus, & M.Fuluius.

|3898| 27| L. Cornelius, Cn. Fuluius. Macedonum,filius Caſſander annis quatuor regnauit.

|3899| 28| Q. Fabius 4. P.Decius. Demetrius rex Aſiæ cognomento Poliorcetes Samaritanorum urbem uaſtat, quã Perdicca antea conſtruxerat.

|3900| 29| Appius Claudius 2, L. Volumnius Flamma 2.

|3901| 30| Q.Fabius 5, P. Decius. Cenſu Romæ agitato inuenta ſunt ciuium Romanorum 240000.

|3902| 31| L.Poſthumius 2, M.Atilius. Legati Alexandrini à Ptolemæo primùm Romam miſſi,amicitiam impetrauerunt. Macedonum, Demetrius annis ſex regnauit.

|Anni |Anni|
|mundi,|Ptol.|

|3903| 32| Anno Vrbis 460. L.Papyrius,Sp.Caruilius. Menander comicus moritur.

|3904| 33| Q.Fabius.D.Iunius.Romani Gallos Tyrrhenosq́ ſuperant,& Sabinorum terra diuiditur.

|3905| 34| Dolabella & Domitius. Lucani, Brutij, Samnites quoq; cum Hetruſcis & Senonibus Gallis ſocietatem ineunt contra Romanos bellantes. Tunc etiam à Gallis in bello Cecilius prætor cum exercitu oppreſſus interijt: ſeptẽ præterea tribuni, multiq́ nobiles trucidati, & 18000 militum Romanorum occiſa ſunt:totis penè opibus ſuis,Roma detrita eſt.

|3906| 35| L.Poſthumius,C.Iunius. Seleucus in eas urbes quas extruxerat, Iudæos transfert,ius eis ciuium & municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens.

|3907| 36| P. Cornelius Rufinus, M.Curius Dentatus.

|3908| 37| M. Valerius, Q. Cædicius. Iudæorum pontifex Eleazarus frater Simonis ſuſcepit templi miniſterium,filio Simonis Onia paruo derelicto. Macedonum,Pyrrhus annis 7, menſibus ſex.

|3909| 38| Q. Martius 2,P.Cornelius 2. Seleucus in Sicilia capto Demetrio,Syriæ & Aſiæ pariter imperauit. Macedonum,Lyſimachus annis quinque regnauit.

|3910| 39| M. Marcellus, C.Naucius. Serapis ingreſſus eſt Alexandriam urbem.

|3911| 40| M. Valerius, C. Ælius. Condita à Romanis Ariminum & Beneuentum.

### PHILADELPHVS.

Ægyptiorum 2 Ptolemæus, Philadelphus regnauit annis 38.

|Anni |Anni|
|mundi,|Phila.|

|3912| 1| C. Claudius, M. Æmylius. Soſtratus Cnidius Pharam in Alexandriam conſtruxit. Antigonus cognomento Gonatas Lacedæmoniam

obtinuit. Romani Crotonem capiũt. Demetrius ſeipſum Seleuco tradidit.

|Anni |Anni|
|mundi,|Phil.|

|3913| 2 |Anno Vrb.470.C.Seruilius, L.Cecilius. Is Ptolemæus Philadelphus Iudæos qui in Ægypto erant, liberos eſſe permiſit: uaſa Eleazaro pontifici Hieroſolymorũ uotiua trãſmittens, diuinas Scripturas in Græcam uocem ex Hebræa lingua per Septuaginta interpretes transferri curauit. Quas in Alexandria bibliotheca habuit, quam ex omni genere literarum cõparauerat. Macedonum, Ptolemæus cognomento Ceraunus, anno 1. Meleagrus, menſibus 2. Antipater, dies quadragintaquinq;. Poſt quem Soſthenes, annis 2.

|3914| 3 |P.Cornelius Dolabella, Cn.Domitius Caluus.

|3915| 4 |C. Fabritius, Q.Æmylius. Tantæ autem potentiæ fuiſſe narratur Ptolemęus Philadelphus, ut Ptolemæum patrem uinceret. Narrant enim hiſtoriæ, eum habuiſſe peditum 200000. equitum 20000. curruum 2000. elephãtes quos primùm adduxit ex Æthiopia, 400. & his ſimilia.

Syriæ & Aſiæ poſt Seleucum regnauit Antiochus: poſt quem Sortes, annis nouemdecim.

|3916| 5 |L.Æmylius Barbula, Q. Martius Philippus.

|3917| 6 |P. Valerius, T.Coruncanus. Antigonus Gonatas, annis trigintaſex regit Macedonas.

|3918| 7 |P. Sulpitius Auerrio, P. Decius Pyrrhicus.

|3919| 8 |C.Fabritius, Q.Æmylius 2. Vna uirginum Romanarum in corruptione deprehenſa percutitur.

|3920| 9 |P.Cornelius Rufinus 2. C.Iunius Brutus 2.

|3921| 10| Q.Fabius 2, C. Genutius. Milo Tarentũ Romanis tradidit.

|3922| 11|M. Curius Dentatus 2, L.Cornelius Lentulus.

|3923| 12| Anno Vrbis 480. Ser. Cornelius, M.Curius 3. Romani Calabriam Meſſenamq; tenuerunt.

|Anni |Anni|
|mundi,|Phil.|

|3924| 13|C.Fabritius 3, C. Claudius. Aratus agnoſcitur.

|3925| 14|L.Papyrius 2, Sp.Caruilius. Argenteus nummus primùm in Vrbe figuratur.

|3926| 15|C. Quintius, L. Genutius. Polemo philoſophus moritur: poſt quem Archeſilaus & Crates clari habentur.

|3927| 16|L.Genutius Clepſina 2, Cn.Cornelius Aſina.

|3928| 17|P.Sempronius, Ap.Claudius. Romani colonias deduxerunt.

|3929| 18|M.Atilius, L.Iulius. Romanis multæ urbes in Sicilia iunctæ.

|3930| 19|M. Fabius, Decius Iunius. Sanguis è terra, & lac de cœlo uiſum eſt manare.

|3931| 20|Appius Claudius, Q.Fuluius. Romani Syracuſas capiunt.

|3932| 21| M. Valerius, M.Otacilius. Romæ uirgo Veſtalis in ſtupro detecta, laqueo uitam explet.

|3933| 22|Anno Vrbis 490. L.Poſthumius, Q.Manlius 2. Zeno Stoicus moritur: poſt quem Cleanthes.

|3934| 23|L.Valerius, L. Otacilius. Nicomedes rex Bithyniæ urbem amplians, Nicomediam nuncupauit.

|3935| 24|Cn.Cornelius. C. Duilius. ¶ Syriæ, Antiochus qui uocatur Theos, annis 15.

|3936| 25|C. Aquilius, L. Cornelius. Romani Carthaginenſes nauali certamine ſuperant, & centum Libyæ urbes capiunt.

|3937| 26|C. Sulpitius Paterculus. A.Atilius Calatinus.

|3938| 27|C.Cornelius Bleſus, M. Atilius Seranus 2.

|3939| 28|Q. Cæditius, L.Mãlius. Eraſiſtratus medicus agnoſcitur.

|3940| 29|M. Æmylius, Ser. Fuluius. Antigonus Athenienſibus reddit libertatem.

|3941| 30|C. Cornelius, A. Atilius Iudæorum pontificatum poſt Eleazarum auũculus eius Manaſſes accepit.

|3942| 31| Cn. Seruilius Cæpio, C.Sem-

C.Sempronius Blæſus.

Anni | Anni
mundi, | Phil.

|3943| 32 |Anno Vrbis 500. C.Aurelius, P.Seruilius.

|3944| 33 |L. Cecilius, M. Furius. Carthaginenſes nonaginta Romanorum naues in Sicilia capiunt. Aſdrubal Pœnus à Furio Metello conſule in fugam uerſus eſt.

|3945| 34| S. Atilius Regulus, L. Manlius Volſo.

|3946| 35 |Appius Claudius Pulcher, L.Iunius Pullus.

|3947| 36 |P. Seruilius 2, C. Aurelius 2. Parthi à Macedonum imperio recedunt.

|3948| 37 |L. Lucilius, C. Fabius. Primus regnauit Arſaces, unde & Arſacidæ dicti.

|3949| 38 |M. Fabius Licinius, M. Otacilius Craſſus 2.

EVERGETES, I.

ÆGyptiorũ 3 Ptolemæus, Euergetes, regnauit annis 26.

Anni | Anni
mundi, | Euer.

|3950| 1 |M.Fabius, C.Atilius. Iudæorum pontifex Onias Simoni iuſti filius, clarus habetur: qui conſueta tributa non reddens Ptolemæo, iram eius impulit. Verùm Ioſephus uir nobilis, inter ſuos legatus, à Iudæis ad Ptolemæam miſſus, quum familiaritatem regis, ob plurima in eum meruiſſet obſequia, dux Iudææ & regionum finitimarum conſtituitur.

¶ Syriæ, Seleucus Gallinicus, annis 20.

|3951| 2 |A. Manlius Atticus, C. Sempronius Blæſus 2.

|3952| 3 |C.Fundanus, C. Sulpitius. Cenſu Romæ agitato inuenta ſunt hominum 260000.

|3953| 4 |Anno Vrbis 510. C.Luctatius A. Poſthumius Romæ templum Veſtæ incenſum.

|3954| 5 |Luctatius, A.Manlius 2. Macedonum, Demetrius annis 10.

|3955| 6 |C. Claudius Cento, M. Sempronius. Tarenti naſcitur Q.Ennius poëta, qui à Catone quæſtore Romæ translatus habitauit.

Anni | Anni
mundi, | Euer.

|3956| 7 |C.Manlius, Q.Valerius. His autem conſulibus ludis Romanis primùm tragœdia & comœdia data, teſte Caſsiodoro.

|3957| 8 | T. Sempronius Gracchus, P.Cornelius Falco.

|3958| 9 |L.Cornelius, Q.Fuluius. Bellum Liguſticum.

|3959| 10 |C. Licinius, P. Cornelius. Portenta magna fuerunt.

|3960| 11 |T.Manlius, C.Atilius 2. Templum Iani Romæ clauſum fuit.

|3961| 12 |L.Poſthumius, Sp.Caruilius. Virgo Veſtalis à ſeruo corrupta, ſe manu interemit.

|3962| 13 |Q.Fabius Max. Verrucoſus, & M.Pomponius Matho.

|3963| 14 |Anno Vrbis 520. M.Lepidus, M. Oblitus. Iudæorum pontifex Simon Oniæ filius, clarus habetur: ſub quo Ieſus filius Sirach, Sapientiæ librum compoſuit, quem uocant Pareneton: ibi Simonis in eo fecit mentionem.

|3964| 15 |C.Papyrius, M.Pomponius. Macedonum, Antigonus annis quindecim regnauit.

|3965| 16 |M.Põponius 2, C.Papyrius. In anno 15 Ptolemæi Euergetis, dominica natiuitas ſecundũ Hebræos prouenit: ſed anni 3952 à capite mundi, hoc eſt in 15 calẽdis Aprilis, uſq; ad natiuitatem Domini iuxta Hebræos ſupputantur. Hæc Beda.

|3966| 17 |M.Æmylius, M.Iunius. His conſulibus Amilcar Hannibalis pater, in Hiſpania bellum Romanis parans, occiſus eſt: qui ſolebat dicere, quatuor filios contra prælium, uelut catulos leoninos educare: teſte Caſſiodoro ſenatore.

|3967| 18 |L.Poſthumius Albinus 2, Cn.Fuluius Centumalus.

|3968| 19 |Q.Fabius Max. Verrucoſus 2, Sp.Caruilius.

|3969| 20 |P. Valerius, M. Atilius. Fermè 40000 Gallorum à Romanis cæſa ſunt.

| Anni mundi, | Anni Euer. |
|---|---|

|3970| 21 | L. Apuſtius, M. Valerius. Pontifices Gallum, Gallam, & Græcam, uiuos defoderunt.

|3971| 22 | C. Atilius, L. Æmylius. ❡ Syriæ, Seleucus Ceraunus annis 3.

|3972| 23 | T. Mālius Torquatus 2, Q. Fuluius Flaccus 2.

|3973| 24 | Anno Vrbis 530. C. Flaminius, P. Furius. His cōſulib. uia Flaminia munita, & circus factus, qui Flaminius appellat̄, teſte Caſsiodoro. Caria & Rhodus ita ſunt cōcuſſæ terræmotu, ut coloſſus magnus rueret.

|3974| 25 | M. Marcellus, Cn. Cornelius Scipio Caluus.

|3975| 26 | P. Cornelius Aſina, M. Minutius Rufus.

❡ Syriæ & Aſiæ, Antiochus Magnus regnauit annis 36.

### PHILOPATOR.

ÆGyptiorum 4 Ptolemæus, Philopator regnauit annis 17.

| Anni mundi, | Anni Philo. |
|---|---|

|3976| 1 | M. Liuius, L. Æmylius. Hannibal Amilcaris filius, in Hiſpania bellum molitur.

|3977| 2 | P. Cornelius, T. Sempronius. Ea quæ in tertio Machabæorum libro ſcripta ſunt, ſub hoc principe geſta referuntur. Macedonum, Philippus annis 42 regnauit.

|3978| 3 | Cn. Seruilius Geminius, C. Quintius Flaminius 2.

|3979| 4 | L. Æmylius Paulus 2, C. Terentius Varro. Cannenſis pugna.

|3980| 5 | T. Sempronius, Q. Maximus 3. Victi Iudæi, & 40000 armatorum ex eorum numero cæſa.

|3981| 6 | Q. Maximus 4. M. Marcellus 2. Pœni à Maximo cæſi. Romæ uirgines Veſtæ ob ſtupri reatum terra obrutę ſunt. Marcellꝰ Syracuſas capit.

|3982| 7 | Q. Maximus 5. T. Gracchus 2. Eratoſthenes agnoſcitur.

|3983| 8 | Anno Vrbis 540. Q. Fuluius Fluccus 3. Appius Claudius.

|3984| 9 | P. Sulpitius, Cn. Fuluius. Romani ſubiugāt Capuā & Siciliam.

| Anni mundi, | Anni Philo. |
|---|---|

|3985| 10 | M. Marcellus 4. M. Valerius Leuinus 2. Antiochus rex Syriæ uicto Philopatore Iudæam ſibi ſociat. Leuinus cum rege Aſiæ Atalo, amicitiam facit.

|3986| 11 | Q. Fabius 5. Q. Fuluius 4. Tarentum receptum.

|3987| 12 | M. Marcellus 5, T. Quintius. Marcellus cadit.

|3988| 13 | C. Claudius Nero, M. Liuius Salinator, ad quem Lacedæmoniorum rex Arios legatos mittit.

|3989| 14 | L. Veturius Philus, Q. Cecilius Metellus.

|3990| 15 | P. Scipio, P. Craſſus. Scipio multas Hiberiæ urbes recepit.

|3991| 16 | M. Cornelius, T. Sempronius. Catonis quæſtura.

|3992| 17 | Cn. Seruilius Cæpio, Cn. Seruilius Geminius.

### EPIPHANES.

ÆGyptiorum 5 Ptolemæus, Epiphanes annis 24 regnauit.

| Anni mundi, | Anni Epip. |
|---|---|

|3993| 1 | Anno Vrb. 550. M. Seruilius, T. Claudius Nero. Epiphanes, Scopa principe militię deſtinato Iudęā capit. Neuius comicus Vticę moritur.

|3994| 2 | Cn. Cornelius, P. Ælius Petus. Scipio de Carthaginenſibus triumphat. Terentius pileatus poſt currum ſequutus.

|3995| 3 | Ser. Sulpitius C. Aurelius. Pulſus Roma factione nobilium ac præcipuè Metelli.

|3996| 4 | L. Cornelius, P. Iulius. Plautus ex Sarſina Vmbriæ, Romæ moritur: qui propter annonæ difficultatē ad molas manuarias piſtori ſe locauerat: ibi quoties ab opere uacaret, ſcribere fabulas, & uēdere ſolitus erat.

|3997| 5 | Sex. Ælius Pætus, T. Quintius. Iuxta Theram apparuit inſula quæ uocatur Hieras.

|3998| 6 | Cn. Cornelius, Q. Minutius. Antiochus Scopa ſuperato, Syriæ urbes recepit, & Iudęæ uoluntate coniungitur.

|Anni |Anni|
|mundi,|Epip.|

|3999| 7 |L.Furius,M. Marcellus. Seditio ſeruorum compreſſa.

|4000| 8 |Quarto millenario Mũdi.L.Valerius, M. Portius Cato. Lex Oppia abrogata.Romani Græcos liberos eſſe iuſſerunt,& uniuerſa Iberia imperata fecit.

|4001| 9 |P.Scipio 2, T.Sempronius.Antiochus Iudæorum erga ſe cognita uoluntate, magnis eos muneribus affecit,& per epiſtolas crebris laudibus proſequitur.

|4002| 10|L. Quintius Flaminius, Cn.Domitius Ænobarbus.

|4003| 11|Anno Vrbis 560.P.Scipio Naſica, M. Atilius.Poſt prælium quo in Thermopilis eſt uictus Antiochus,hîc inter Romanos tunc conuenit,ut mille talẽta per annos ſingulos uectigalis eis ſolueret.

|4004| 12|L.Cornelius Scipio Aſiaticus,C.Lælius Aphricanus.

|4005| 13|M.Fuluius,Cn.Manlius. Romani multas colonias deduxerũt.

|4006| 14|M.Meſſala,C.Liuius Salinator Antiochus in amicitiam Ptolemæi regreſſus,pacem cum eo facit,& Cleopatram filiam ſuam,uxorẽ ei tradidit,ac dotis nomine Syriam,Phœnicem,Samariam, Iudæamq; concedit.

|4007| 15|M.Lepidus,C. Flaminius.Eumenes frater regis Atali,qui Eumeniam in Phrygia condidit, clarus habetur.

|4008| 16|Sp.Poſthumius,Q.Martius.His conſulibus athletarum certamina primùm à Fuluio condita teſte Caſsiodoro . Secundus liber Machabæorum,apud Iudæos,huius temporis geſta continet.

|4009| 17|Appius Claudius.M.Sẽpronius. T. Liuius Tragœdiarum ſcriptor, Liuij Salinatoris libertus,clarus habetur.

¶ Syriæ & Aſiæ,Seleucus,qui & Philopator, annis 12.

|4010| 18| P.Claudius,L. Portius. Quum ab Antiocho per legatos Hannibal repoſceretur,cui ſe à Scipione uictus ſociauerat,ad Pluſiam regem Bithyniæ transfugit.

|Anni |Anni|
|mundi,|Epip.|

|4011| 19 |M.Claudius,Q.Fabius. His conſulibus Hannibal quum rurſus per Flaminium etiam ab eo ſenatus repeteret, & tradendus eſſet,uenenum bibit:apud Libyſſam Bithiniæ ſepultus eſt.

|4012| 20|L.Paulus,Cn.Bebius.Simon præpoſitus templi Hieroſolymorum ad Apollonium,dum cõfugiſſet, multis ei muneribus repromiſſis,ſacerdotium ſibi uendicare cœpit. Quo Seleucus audito, Heliodorũ mittit ad negocium peruidendum:qui quum in Iudæam perueniſſet,iniquè iudicans, & multa perperàm gerens,diuinis aduerſum ſe ſignis deterretur, & ad Seleucũ reuertitur.

|4013| 21|Anno Vrbis 570.P.Cornelius Lentulus,M.Bebius.

|4014| 22|A.Poſthumius Albinus, Calphurnius Piſo.

|4015| 23|L. Manlius, Q. Fuluius. Onias ſacerdos curauit ut Simon profugus fieret.

|4016| 24| M. Manlius, M. Iunius. Hircanus Ioſephi ducis Iudææ filius, quum ad Ptolemæum perrexiſſet,honorificè ab eo receptus eſt:uerùm fratres eius ſeditione contra eum mota, magnorum calamitatum Iudææ genti cauſa extiterunt.

## PHILOMETOR.

ÆGyptiorum 6 Ptolemæus,Philometor annis regnauit 35.

|Anni |Anni|
|mundi,|Phil.|

|4017| 1 |T.Sempronius,C. Claudius.Stathius Cecilius comœdiarum ſcriptor clarus habetur, qui Gallus fuit,& Ennio familiaris:& anno poſt Ennij mortem ipſe quoq; interijt.

|4018| 2 |Cn.Cornelius Scipio,Q. Petilius Spado.

|4019| 3 |M. Æmylius Lepidus, Q.Mutius Scæuola.

|4020| 4 |Sp.Poſthumius,Q.Mu-

tius

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

tius Ariſtobulus natione Iudæus,Peripateticus philoſophus agnoſcitur: qui ad Philometorem Ptolemæũ explanationum commentarios in Moſem ſcripſit.

¶ Syriæ & Aſiæ,Antiochus Epiphanes,annis 11.

|Anni |Anni|
|mundi,|Phil.|

|4021| 5 |P.Poſthumius,M.Popilius. Antiochus Epiphanes quum de regione Ptolemæorum, quam ſubitò inuaſerat,Senatus præcepto receſsiſſet,Iudæam uenit:ubiq; Ieſu qui & Iaſon fratri Oniæ tradidit pōtificatum.

|4022| 6 | C.Popilius,P.Ælius. Bellum cum Perſeo.

|4023| 7 |Anno Vrbis 580. P.Licinius,C.Caſsius.Iaſone expulſo Oniã cognomento Menelaum ſucceſſorem ei dedit.Itaq; ob ſacerdotij dignitatẽ orta ſeditione inter principes, ingentium miſeriarũ ſemina pullulauerunt.

|4024| 8 |C.Hoſtilius Mancinus, C.Atilius Serranus.

|4025|Q. Martius Philippus 2, Q. Seruilius Cæpio.

|4026| 10|L.Æmylius Paulus 2,C. Licinius Craſſus.

|4027| 11|Q.Ælius,M.Iunius.Antiochus Epiphanes,anno 145 poſt regnum Seleuci,ideſt regni Græcorum (ut Ioſephus perhibet) die 25 menſis Casleu,ideſt Decembris,ſecundũ Macedones Apellen,cepit Hieruſalem,tulit 10000 captiuorũ,deſtruxit muros: ac primùm quidem omnium,eorum prouinciam ad idololatriam compellens: qui parêre noluerant,necat in ſacrario. Tunc ſeptem Machabæi cum matre,ſub Antiocho iſto,coronati ſunt martyrio teſte Hieronymo et Euſebio. Poſtea uerò Hieroſolymam aſcendẽs, templum & uaſa Dei,quæ in myſterio fuerant congregata,uaſtat. In templo,Iouis Olympij ſimulachrũ ponit in Samaria, ſuper uerticem montis Garizim,Iouis peregrini delubrum ædificat:ipſis Samaritanis,ut id faceret,precantibus. Verùm in hoc tempore Mathathias quidem filius Aſamonæ,& de uico Modin,aduerſum Antiochi ducis arma corripuit.

|Anni |Anni|
|mundi,|Phil.|

|4028| 12 |M.Marcellus,C.Sulpitius Fultus auxilio filiorum,leges patrias uindicauit.

|4029| 13 |Cn.Octauius,T.Manlius.Ennius poëta ſeptuagenario maior, articulari morbo perijt: ſepultusq; in Scipionis monumento,uia Appia,intra primum ab Vrbe miliariũ.Quidã oſſa eius ex ianiculo trãslata affirmãt.

|4030| 14|A.Manlius Torquatus, Q.Caſsius Longinus.

|4031| 15|T.Sẽpronius Gracchus 2.M.Iuuentius Helua.

|4032| 16|P.Scipio Naſica.C.Martius.Romani interfecto Macedone,Illyrios & Galatas liberos eſſe iuſſerunt.

¶ Syriæ & Aſiæ,Antiochus Eupator, annis duobus.

|4033| 13|Anno Vrbis 590. M. Meſſala,C.Fannius.Iudæorum dux Iuda,qui & Machabæus filius Matathiæ, Antiochi duces de Iudæa expellens,et templum ab idolorum imaginibus emũdans,patrias leges poſt triennium ſuis ciuibus reddidit,olympiade 155.

¶ Syriæ & Aſiæ,Demetrius Soter,annis regnauit 12.

|4034| 18|M.Cornelius,L.Anitius. Menelao pontifice Iudæorum à iuniore Antiocho occiſo,qui prius Iudæam Epiphani Antiocho prodiderat.

IVDAS.

Iudæorũ dux Iudas,annis regnauit tribus.

|4035| 19|Cn.Cornelius Dolabella,M.Fuluius Nobilior.

|4036| 20|M.Æmylius,C.Popilius 2.His conſulibus metalla in Macedonia inſtituta.

|4037| 21|Sex.Iulius, L. Aurelius. Alchimus alienus à genere ſacerdotali,ambitione pontificatũ inuadit. Ob quod Onias filius pontificis Oniæ Ægyptum tranſmigrans in Heliopolitano pago,ciuitatem nominis ſui condidit, templo ad ſimilitudinẽ templi patrij conſtructo. Alchimus uerò aduerſus

ſus Iudam inimicitias gerens,pòſt nõ multũ temporis Dei ira percuſſus interijt: ac ſic cum omnium Iudæorũ fauore, Iudæ Machabæo ſacerdotiũ decernitur. Qui dignitate ſuſcepta,legatos Romam dirigit.Decreuit Senatus, Iudæos amicos & auxiliatores Romanorum habendos.

|Anni |Anni|
|mundi,|Phil.|

|4038| 22|L. Lentulus,C. Martius 2. Iudas aduerſum Demetrij duces inito prælio occiditur,tribus annis pontificatu geſto.

|4039| 23|P.Scipio 2,M.Claudius 2. Comœdiarum ſcriptor P. Terẽtius ob ingenium & formam libertate donatus,in Achaia moritur:qui primùm Andriam antequàm ædilibus uenderet,Cælio multum ſe miranti leget.

|4040| 24|L.Poſthumius,Q.Opimius.Ariſtarchus grammaticus tunc temporis agnoſcitur.

|4041| 25|Q. Fuluius,T. Annius. Hi conſules primò magiſtratũ inierũt calendis Ianuarij,propter ſubitum Celtiberiæ bellum:teſte Caſſiodoro.

IONATHAS.

Iudæorum dux Ionathas,frater Iudæ Bachiæ, duce Demetrij Iudæa expulſo,pontificatum ſuſcepit.

|4042| 26|M.Marcellus 3,L. Valerius.Pacuuius Brunduſinus tragœdiarum ſcriptor,clarus habetur:uixit Romæ, qui ſe ad picturam exercuit,ac fabulas uenditauit : deinde Tarentum transgreſſus, prope nonagenarius diem obijt.

|4043| 27|Anno Vrbis 600.L.Lucullus,A.Poſthumius.

|4044| 28|L.Quintius,M.Acilius. Pſeudophilippus regnauit in Macedonia anno uno.

|4045| 29|L. Martius,M. Manlius. Alexander Antiochi (qui Epiphanes cognominatus eſt)filius, Syriæ & Aſiæ imperans, Ionathan corona & multis magniſq; donis proſequitur.

¶ Syriæ & Aſiæ,Alexander annis 9, menſibus ſex.

|4046| 30|Sp.Poſthumius,L.Piſo. Romani interfecto Pſeudophilippo, Macedonas tributarios faciunt.

|Anni |Anni|
|mundi,|Phil.|

|4047| 31|P.Aphrican⁹, C. Liuius. Samaritani & Iudæi Alexandriæ,Ptolemæo iudicante,contendunt de honoribus ex utraq; parte templo ſuo deferendis, & ſuperant Iudæi.

|4048| 32|L.Cornelius,L.Mummius.Lucius poëta naſcitur.

|4049| 33|Q.Fabius Maximus,L. Hoſtilius.Deſcriptione Romæ facta, inuenta ſunt hominum 222000.

|4050| 34|Ser. Galba, L. Aurelius. Oppius Gallos capit.

|4051| 35|Appius Claudius, Q. Metellus.Carthago in ditione Romana per Scipionem redigitur,habens à conditione ſui,annos 668.ut uerò alij affirmant annos 768.

EVERGETES, II.

Ægyptiorum 7 Ptolemæus,Euergetes annis 29 regnauit.

|Anni |Anni|
|mundi,|Euer.|

|4052| 1 |L. Metellus,Q. Maximus.Ionathas dux Iudæorum pariter & pontifex,cum Romanis & Spartiatis amicitias facit.

|4053| 2 |Anno Vrbis 610. Cn. Cæpio,Q.Pompeius. Alexandro filio Balæ regis Syriæ Ptolemæus filiam ſuam tradit uxorem.

|4054| 3 |Q.Cæpio,C.Lelius.Numantini ſubuerſi.

|4055| 4 |Cn. Piſo, M. Popilius. Brutus Hiberia uſque ad Oceanum ſubegit.

¶ Syriæ & Aſiæ, Demetrius annis 3.

|4056| 5 |P.Scipio, D.Brutus.Triphon Antiochum occidit. Alexandri filium Ptolemæus Demetrio filiam ſuam tradit uxorem cum regno quod abſtulerat Alexandro.

|4057| 6 |M. Æmylius,C. Hoſtilius.Triphon Ionatham pontificem Iudæorum interfecit, & in ſacerdotium fratris Ionathæ Simon aſſumitur.

|4058| 7 |P.Furius,Sex. Atilius. Tragœdiarum ſcriptor L.Accius,clarus

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

rus habetur:natus Mancino & Serrano conſulibus, parẽtibus Tyburtinis, & ſeni iam Pacuuio Tarenti ſua ſcripta recitauit: à quo fundus Accianus, iuxta Piſaurum dicitur,quia illic inter colonos fuerat ex Vrbe deductus.

SIMON.

Iudæorum dux,Simon annis 8.

|Anni |Anni|
|mundi,|Euer.|

|4059| 8 |Ser.Fuluius,Q.Calphurnius.His conſulibus Æmylianus Scipio ad Numantinum bellũ quum candidatus non eſſet,conſul creatur. Triphon Syriæ regnum conatus inuadere,Antiocho filio Alexandri interfecto ad extremum inſuper & ipſe moritur.

❡Syriæ,Antiochus Sedetes,regnauit annis nouem.

|4060| 9 |P.Aphricanus,C.Fuluius.Poſt Demetrium imperauit uniuerſæ Syriæ frater eius Antiochus,qui cognominatus eſt Sedetes.

|4061|10 |C. Mutius,L. Calphurnius.Simon Iudæorum pontifici,pariter & principi Romani, & Spartiatę legatione eius libenter excepta,amicabilia miſerunt ſcripta.

|4062| 11|P.Popilius,P. Sulpitius. Bellum ciuile ortum in Sicilia.

|4063| 12|Anno Vrbis 620.P.Craſſus,L.Valerius.Primus liber Machabæorum huius temporis hiſtoriam continet.

|4064| 13|Appius Claudius, M. Perpenna.Antiochus Sedetes rex Syriæ aduerſus Iudæam arma corripiẽs, & Hieroſolymam uallo circundans, ad conditiones pontificem Simonem compuliſſet,recedit,olympiade 162.

|4065| 14|C.Sẽpronius,M. Aquilius. Simon Iudæorum pontifex interficitur, cui ſuccedit filius ſuus Iohannes.

|4066| 15|Cn.Octauius,T.Annius. Attalus moritur, regni ſui populum Romanum inſtituit hæredem.

|4067| 16|L.Caſſius,L.Cinna.Ptolemæus expulſus Ægypto, Arſaces Parthus Antiochum interfecit.

HIRCANVS.

Iudæorum rex, Hircanus,qui & Iohannes,annis 26 regnauit.

|Anni |Anni|
|mundi,|Euer.|

|4068| 17|M. Æmylius,L. Aurelius.Serui qui in Sicilia rebellabant,obſidionis neceſsitate compulſi,ad ſua inuicem cadauera conuerſi ſunt.

❡Syriæ & Aſiæ,Demetrius annis 4.

|4069| 18|M.Plautius,M.Fuluius. Arbeni nobiliſsima Galliarum urbs capta fuit.

|4070| 19|C.CaſsiusLõginus, Sex. Domitius Caluinus.

|4071| 20|Q.Cecilius,T. Quintius. Dux Iudæorum pontifex aduerſum Hircanum bellum gerens,Hircani nomen accipit:& à Romanis uis amicitiæ poſtulans, decreto Senatus inter amicos relatus eſt.

❡Syriæ & Aſiæ, Antiochus Gryphus, regnauit annis 12.

|4072| 21|Cn.Domitius,C.Fãnius. Sextius oppidum ædificauit, in quo Aquæ Sextiæ in Gallijs.

|4073| 22|Anno Vrbis 630.L.Opimius,Q. Fabius Maximus.

|4074| 23|P. Manlius, C. Papyrius Balbus.Gracchi interitus.

|4075| 24|L. Cecilius,L.Aurelius. Narbona colonia facta.

|4076| 25|M.Porcius Cato,Q.Martius.Hircanus pontifex Iudęorum,Samariam(quæ noſtro tempore,Sebaſte uocatur)obſidione captam,ſolo æquauit:quam poſtea Herodes inſtaurans, Sebaſten, in honorem Auguſti, appellari uoluit.

|4077| 26|L.Cecilius Metellus,Q. Mutius Scæuola.

|4078| 27|C.Licinius Geta,Q.Maximus Eburnus.

|4079| 28|M.Æmylius Scaurus,M. Cecilius Metellus.

|4080| 29|M.Metellus,Cn.Domitius.Cenſores artem ludicram ex Vrbe remouerunt,præter Lacinium tibicen cum Cantore,& ludum talarium. M. Terentius Varro philoſophus & poëta naſcitur.

So-

### SOTER.

Æ Gyptiorum 8 Ptolemæus, Phiſcon filius Cleopatræ, qui & Soter uocatur, regnauit annis ſeptemdecim.

|Anni |Anni|
|mundi,|Soter|

|4081| 1 |M. Acilius Balbus, & C. Portius Cato. Cenſus actus cenſa ſunt ciuium capita, quadringenta quatuor millia & quadringenta trigintaſex.

|4082| 2 |C. Cecilius, C. Papyrius Carbo. Thraces Romanis ſubijciuntur. Cymbri Illyricũ inuaſerunt, & Carbonem uicerunt.

|4083| 3 |Anno Vrbis 640. M. Liuius Druſus, L. Piſo.

¶ Syriæ & Aſiæ, Antiochus Cyzicęnus, annis regnauit 19.

|4084| 4 |P. Scipio Naſica, L. Calphurnius Beſtia. Antiochus Cyzicænus Grypho eiecto Syriã obtinuit: ac rurſum Gryphus ſuperato Cyzicæno, tandem recepit: ita ex ſucceſsione regnabant, aduerſum ſeſe dimicantes inuicem. Bellum Iugurthinum hîc cœptum.

|4085| 5 |Sp. Poſthumius Albinus, M. Minutius Rufus.

|4086| 6 |Q. Cecilius Metellus, M. Iunius Syluanus. Iugurtha contra Romanos dimicans capitur: & Numidia Romanis addita.

|4087| 7 |Ser. Sulpitius, M. Æmylius. Rhodus terræmotu concuſſa coloſſus ruit.

|4088| 8 |L. Caſsius, C. Marius. Ionathas glorioſè apud Iudæos principatum gerit. Is Marius Sicambros uicit.

|4089| 9 |Q. Seruilius, Cæpio C. Atilius Seranus. His conſulibus per Seruilium Cæpionem conſules iudicia equitibus & ſenatoribus communicant. Cicero Arpini naſcitur, matre Belbia, patre uerò equeſtris ordinis.

|4090| 10| P. Rutilius Rufus, C. Manlius Maximus.

|Anni |Anni|
|mundi,|Soter|

|4091| 11| C. Marius Nepos ſecundò, & C. Fimbrius. Cneus Pompeius oritur.

|4092| 12|C. Marius Nepos 3, & L. Aurelius Oreſtes.

### ARISTOBVLVS.

Iudæorum primus rex, Ariſtobulus, filius Ionathæ, regnauit anno uno. Qui rex, pariter & pontifex, primò apud Iudæos diadematis ſupra ſit inſignitus, poſt quadringentos octogintaquatuor annos Babyloniæ captiuitatis.

|4093| 13| Anno Vrbis 560. C. Marius Nepos quartò, & Quintus Luctatius. Euſebius ſcribit ſub his conſulibus natum fuiſſe Pompeium Magnum.

### IAMNEVS.

Poſt Ariſtobulum regnauit Iamneus, cognomento Alexander: qui pontificatum quoque adminiſtrans crudeliſsimè ciuibus præfuit. Turpilius, comicus ſenex admodũ, moritur. C. Lucilius ſatyrarum ſcriptor Neapoli moritur, ac publico funere effertur, anno ætatis eius quadrageſimoquinto.

|4094| 14|C. Marius Nepos 5. M. Aquilius. Purius poëta, cognomento Bibaculus, Cremone naſcitur. Cymbrorum ducenta millia cæſa, & octoginta millia capta, per Marium. Is fuit quinquies conſul, & iuxta Eridanum Cymbros ſuperat, & de his cum Catulo triumphat.

|4095| 15|C. Marius Nepos 6, & L. Valerius Flaccus.

|4069| 16|M. Antonius, A. Poſthumius Albinus.

|4097| 17|Q. Cecilius Metellus, T. Didius Viuius. Thraces à Romanis uicti: rurſum in Sicilia bellum ſeruile conſurgit.

### ALEXANDER.

Æ Gyptiorum nonus Ptolemęus, qui & Alexander, regnauit annis decem.

|Anni |Anni|
|mundi,| Ale.|

|4098| 1 |Cn. Cornelius Lentulus, P. Licinius Craſſus. Expulſo de regno Ptolemæo Phiſcone, matrem timens Cleopatram in Cyprum ſe recepit.

|4099| 2 |Cn. Domitius Ænobarbus, C. Caſsius Longinus. His conſulibus, Ptolemæus rex Ægypti populum Romanum hæredem reliquit.

|4100| 3 |L. Licinius Craſſus, Q. Mutius Scæuola. Aquilius in Sicilia bellum ſeruile compeſcuit.

|4101| 4 |C. Cælius Caldus, L. Domitius Ænobarbus. Seuleucus ab Antiocho filio Cyzicæni, uiuus exuritur.

|4102| 5 |C. Valerius Flaccus, M. Herennius, T. Lucretius naſcitur, qui poſtea amatorio poculo in furorem uerſus, quum aliquot libros per interualla inſaniæ ſcripsiſſet, quos poſtea Cicero emendauit, propria ſe manu interfecit, anno ætatis quadrageſimo quarto.

¶ Syriæ, Philippus annis duobus regnauit.

|4103| 6 |P. Claudius Pulcher, M. Pulcher Perpenna. Antiochus in Parthos fugiens, Pompeio ſe deinceps tradidit. Poſt quem Philippus captus eſt à Gabino.

¶ Syriæ & Aſiæ regnũ defecit. Hucuſq; Syriam poſſeſſa à regibus. poſtea in Romanam ditionem ceſſit.

|4104| 7 |L. Martius Philippus, Sex. Iulius Cæſar. Bellum aduerſus Romanos Picẽtes, Marſi, Pelignicq; mouerunt.

|4105| 8 |L. Iulius Cæſar, P. Rutilius Lupus.

|4106| 9 |Cn. Pompeius Strabo, L. Portius Cato, L. Pomponius Bononiæ uiſus. Satellinarum ſcriptor clarus habetur. Iſte conſul Pompeius Strabo, fuit pater Pompeij, cognomine Magni.

|4107| 10 |L. Cornelius Sylla, & Q. Pompeius Rufus. Cõtentio orta inter Marium & Syllam, propter Mithridaticum bellum.

PHISCON.

Ægyptiorum 10 Ptolemæus, Phiſcon, qui à matre fuerat eiectus, regnauit annis octo.

|Anni |Anni|
|mundi |Phiſ.|

|4108| 1 |L. Cornelius Cinna, Cn. Octauius. Ptolemæus regreſſus de fuga, regnum obtinuit: quia Alexandrum qui ante eum fuerat, ob interfectionem matris ciues populantur. Plotius Gallus primò Romæ Latinam rhetoricam docuit: de quo Cicero ſic refert: Memoria teneo prius nobis primùm Latinè docere cœpiſſe Plotium quendam. Cinna & Marius in ciuitatem recepti, Octauiũ & optimates interfecerũt.

|4109| 2 |L. Cornelius, Cinna 2, C. Marius Nepos ſeptimò, C. Valerius Catullus, ſcriptor lyricus, Veronæ naſcitur. Die decimaſeptima huius conſulatus Marius diem obijt.

|4110| 3 |L. Cornelius Cinna 3, Cn. Papyrius Carbo. P. Saluſtius ſcriptor hiſtoricus in Sabinis Aminternini naſcitur. Sylla Athenienſes uaſtat.

|4111| 4 |L. Cornelius Cinna 4, Cn. Papyrius Carbo 2. Deſcriptio Romæ facta inuenta ſunt 463000. hominum. His conſulibus Aſiam in quadragintaquatuor regiones Sylla diſtribuit.

|4112| 5 |L. Scipio Aſiaticus, C. Norbanus Bulbus. His conſulibus Capitolium, cuſtodum negligentia concrematur. Templum apud Delphos à Thracibus incenſum. Pompeius primò ducis partes egit.

|4113| 6 |Anno Vrbis 670. Cn. Papyrius Carbo tertiò, C. Marius Gratidianus. L. Annius plurimas ciuitates capit. Cicero uigeſimoſeptimo anno ætatis ſuæ, Quintiũ defendit. Pompeius ob uictoriam Apricanam, Magnus appellatus eſt.

| Anni | Anni |
| mundi, | Alex. |

|4114| 7 |M.Tullius,Cn.Dolabella.P.Terentius Varro uico Actiate, in prouincia Narbonenſi naſcitur: poſtea triginta quinque annos agẽs, Græcas literas cum ſummo ſtudio didicit. Cicero Quintium defendit.

|4115| 8 |L. Cornelius Sylla 2, Q. Metellus Pius. Volcatius Plotius Latinus rhetor, Cn. Pompeij libertus & doctor, ſcholam Romæ aperuit. Syllæ tyrannis. Sextus Roſcius à Cicerone defenditur.

DIONYSIVS.

ÆGyptiorum 11 Ptolemæus, Dionyſius regnauit annis triginta.

| Anni | Anni |
| mundi | Dion |

|4116| 1 |P.Seruilius Vatia Iſauricus, Appius Claudius Pulcher, Sylla Romam obtinuit, & poſt biennium moritur. Roſcius contra Triphonem agit.

|4117| 2 |M.Æmylius Lepidus, Q.Luctatius Catulus. Cicero Athenas ſecedit, & inde poſt triennium Romam regreditur.

|4118| 3 |M. Æmylius Mamercus, & D. Brutus Iulianus. Pompeius glorioſiſſimè triumphauit. Lepidus, publicus hoſtis iudicatus eſt.

|4119| 4 |Cn. Octauius, C. Scribonius Curio. T. Quintius ſcriptor tragœdiarum Romæ moritur: ſepultusq́ eſt uia Preneſtina ad miliarium ſecundum. Pompeius in Hiſpaniam miſſus Metello iungitur.

|4120| 5 |L. Octauius, L. Aurelius Cotta. Alexandra, quæ & Saloma, uxor Alexandri, qui Hieroſolymis regnauit. Ex cuius ætate, Iudæos rerum confuſio & uariæ clades oppreſſerunt.

ALEXANDRA.

¶ Iudæorum, regnauit Alexandra annis nouem.

| Anni | Anni |
| mundi | Dion |

|4121| 6 |L. Licinius Lucullus, M.Aurelius Cotta. Bellum cum gladiatoribus geſtum in Campania.

|4122| 7 |M.Lucullus, C.Caſſius Varus. M.Lucullus primus pater patriæ appellatus eſt.

|4123| 8 |Anno Vrbis 680. L. Gellius Publicola, & Cn. Cornelius Lentulus. Victa Armenia, Meſopotamia & Niſibi, cum fratre regis ſimul capiuntur.

|4124| 9 |Cn. Aufidius, P.Cornelius Lentulus. Cneus Pompeius uniuerſam Iberiam ſubiugauit, & de ea triumphauit.

|4125| 10 |M. Craſſus, Cn. Pompeius. M. Licinius de Beſsis triumphauit, capta Cabile & Tomis & cæteris urbibus. Craſſus triumphauit de ſupradictis gladiatoribus. Publius Virgilius Maro in pago qui Andes dicitur, haud procul à ciuitate Mantua naſcitur.

|4126| 11 |Q. Cecilius Metellus, Q.Hortenſius Nepos. His conſulibus reparatum dedicatumq́ eſt Romæ Capitolium.

|4127| 12 |L. Cecilius Metellus Creticus, & Quintus Martius Vatia. Marcus Portius Cato philoſophus agnoſcitur.

|4128| 13 |C. Calphurni⁹ Piſo, M. Acilius Glabrio. Antiochia Syriæ capta à Romanis. Pompeius contra Mithridatem. Creticũ bellum motum, unde Metellus dictus eſt Creticus. Lucus Daphneſius iuxta Antiochiam à Pompeio Apolloni conſecratur. Bellum pyratarum à Pompeio confectum.

|4129| 14 |M. Æmylius Lepidus, L.Manlius Torquatus.

HIRCANVS.

¶ Ariſtobulus & Hircanus filij Alexandræ, contra ſe pro imperio dimicantes, occaſionem præbuerunt Romanis, ut Iudæam inuaderent. Itaque Pompeius Hieroſolymam ue-

niens,capta Vrbe,& templo reſerato,uſque ad Sanctaſanctorum acceſſit. Iudæi Romanorum uectigales facti,& pontificatum apud eos ſuſcepit Hircanus, & regnauit annis triginta quatuor.

Anni mundi, | Anni Dion.

4130 | 15 | L. Iulius Cæſar,Q.Martius Figulus. Pompeius Ariſtobulum uictum ſecum adducit, pontificatúmque confirmat Hircano: deinde Antipatrum Herodis Aſcalonitæ filium, procuratorem in terra Palæſtinæ fecit.

4131 | 16 | M. Tullius Cicero, M. Antonius. Libya per teſtamentum Appionis regis,Romanis relicta. Horatius Flaccus ſatyricus & lyricus poëta Libertino patre Venuſiis naſcitur. Catilinæ coniuratio hîc cœpit. Cicero Murenam defendit.

4132 | 17 | D. Iunius Syllanus,L. Murena. Apollodorus Pergamenus Græcus orator, præceptor Callidij & Auguſti, clarus habetur. Catonis Vticenſis tribunatus.

4133 | 18 | M. Pupius Piſo Calphurnius, M. Valerius Meſſala. His conſulibus Catilina in agro Piſtorienſi, ac Antonij bello peremptus eſt. Pompeius captis Hieroſolymis tributarios Iudæos facit: unde tertium triumphum excellentiſſimum habuit Pompeius.

4134 | 19 | Q. Cecilius Metellus Celer,L. Afranius. Ea quæ de Catilina & Cethego Lentulo & conſule Cicerone Saluſtius & Liuius ſcribũt, hoc tempore geſta ſunt.

4135 | 20 | C.Iulius Cæſar,M. Calphurnius Bibulus. Clodij rogatione Cicero in exilium eſt profectus anno uno,teſte Caſſiodoro.

4136 | 21 | L. Piſo Cæſonianus,& A. Gabinius. His conſulibus, teſte Caſſiodoro,Pompeius imperator appellatur Cæſar. Luſitaniam & quaſdam inſulas in Oceano capit.

4137 | 22 | P.Cornelius Lentulus, Q.Metellus Nepos. Hîc propter ciuiles diſſenſiones per Scaurum de exilio reuocatur Cicero. Meſſala Coruinus orator naſcitur, & T. Liuius ſcriptor hiſtoricus Patauinus, iuxta Euſebium Cæſarienſem.

Anni mundi, | Anni Dion.

4138 | 23 | Cn.Lentulus Marcellinus,L.Martius Philippus. Virgilius Cremonæ ſtudijs eruditur. Catulus 30 ætatis ſuæ anno Romæ clarus habetur. C.Iulius Cæſar contra Gallos miſſus eſt.

4139 | 24 | Cneus Pompeius Magnus ſecundò, & Marcus Licinius Craſſus etiam ſecundò. Clodius orator clarus habetur: qui poſtea ciuili bello Cęſarianas partes ſequutus eſt, quum Togatã Galliam regeret, Placentiæ obijt.

4140 | 25 | Appius Claudius Pulcher,L.Domitius Ænobarbus. Cæſar Rhenum tranſiens Germanos uaſtat. Craſſus conſul apud Carras cum filio captus.

4141 | 26 | Cn. Domitius,M. Valerius Meſſala. Ventidius primus Romanorum Parthos ſuperat. Clodius interemptus. Seditio à Milone Clodij interfectore ſuſcitata.

4142 | 27 | Cn.Pompeius Magnus tertiò,Metellus Scipio Curio promptus popularis orator,Romæ habetur inſignis: qui deinceps in Phrygia pudore amiſſi exercitus,mori maluit quàm euadere.

4143 | 28 | Anno Vrbis 700. & M. Claudius Marcellus, Ser. Sulpitius Rufus. Virgiliꝰ ſumpta toga Mediolanum tranſgreditur,& poſt breue tempus Romam pergit.

4144 | 29 | Lucius Æmylius Paulus, Caius Claudius Marcellus. Simulachrum Iouis Olympiaci,fulmine tactum.

4145 | 30 | C. Lentulus Cruſcellus C.Claudius Marcellus ſecundò. Meſſala Coruinus Cæſar, Germanos capit.

Cleopa-

CLEOPATRA.

ÆGyptiorum 12, regina Cleopatra, ſoror Ptolemæi, regnauit annis uigintiduobus in Ægypto: ex quibus, duo tantùm numerantur: regnauit enim uſque in annum decimum quintum Octauiani Cæſaris, in quo obijt.

| Anni mundi, | Anni Cleo. | |
|---|---|---|
| 4146 | 1 | Principium belli ciuilis, Cæſaris & Pompeij. Victus Pompeius Alexandriam perijt: ibiq; ab ipſo à quo ſperabat auxilium Ptolemæo, occiditur. Mox Cæſar Alexandriam uenit: cui Ptolemæus parare uoluit inſidias: unde bello ei illato, uictus in Nilo perijt. Cæſar uerò Alexandria potitus, regnum Cleopatræ dat, ob gratiam ſtupri, ut dicitur. |
| 4147 | 2 | Computantur ab hoc loco Antiocheni ſua tempora. |

Reſpublica Romana oppreſſa.

# ROMANVM IMPERIVM.

## CAPVT XXI.

### IVLIVS CÆSAR.

ROMANORVM primus, Caiꝰ Iulius Cæſar, regnauit annis quatuor, menſibus ſex, hoc eſt uſque ad calẽdas Martias. Sed Iulius Cæſar de Gallijs ueniens, Pompeium fugauit ex Italia. Aurum atque argentum Romæ de ærario ſuſtulit, ac primus Romanorum ſingulare obtinuit imperiũ: à quo poſtea Cæſares, Romani Principes appellati ſunt.

| Anni mundi, | Anni Iulij. | |
|---|---|---|
| 4148 | 1 | C. Iulius Cæſar ſecundò, P. Seruilius. Pompeius Pharſalico prælio uictus, & fugiens in Ægyptum, à ſpadonibus Ptolemæi regis occiditur. |
| 4149 | 2 | Q. Fuluius, P. Vaticanus. Ptolemæi cadauer cum lorica aurea, in Nilo flumine repertum eſt. Cæſar in Ægypto regnum Cleopatræ confirmat. |
| 4150 | 3 | C. Iulius Cæſar tertiò, M. Lepidus. Romę baſilica Iulia dedicata. Decretum Senatus & Athenienſium ad Iudæos mittitur, qui per legationem, amicitiam poſtularant. Cleopatra, regio comitatu Vrbem ingreſſa, prohibuit, mulieres lecticis margaritisq́ꝫ uti, quæ nec uiros nec liberos haberent, & minores eſſent annis quadragintaquinq́ꝫ. Nigidius Figulus in exilio moritur, Pythagoricus & Magus. Antonius decreuit, Quintilem menſem Iulium debere dici, quia in eo fuiſſet natus Iulius Cæſar. |

| Anni mundi, | Anni Iulij. | |
|---|---|---|
| 4151 | 4 | C. Iulius Cæſar quartò, Fabius Maximus. Iudæa capta Caſſius tẽplum ſpoliat. Idibus Martijs C. Iulius Cæſar ob inſolentiam inimicorum, coniurantibus in eum ſexaginta uel amplius ſenatoribus equitibus Romanis, in curia occiditur, & faſces ſtatim ſuſcepit Dolabella. Cæſaris corpus in roſtris ob honorem concrematum, Ser. Sulpitius iuris conſultor, & P. Seruilius Iſauricus publico funere elati. Romæ tres ſimul exorti ſoles paulatim in eundem orbem coierunt. Inter cętera portenta, quæ toto orbe facta ſunt, bos in ſuburbano Romæ ad arantem loquutus eſt, fruſtra ſe urgeri, non enim frumenta, ſed homines breui defuturos. Hæc autem iuxta Caſſiodorum. |
| 4152 | 5 | C. Iulius Cæſar quintò, M. Antonius. Sella aurea ſedenti Cæſari Lupercalibus, M. Antonius diadema impoſuit renitenti: atque idibus Martijs Cæſar in Pompeia curia occiſus eſt. Cui ſucceſſit Octauianus Cæſar, qui regnauit annis quinquagintaſex, menſibus ſex. Per quæ tempora, hi ſequentes conſules extiterunt. |

### OCTAVIANVS.

Romanorum ſecundus, C. Octauianus Cæſar Auguſtus, regnauit annis quinquaginta ſex, menſibus ſex, aliquantisq́ꝫ diebus, teſte Ioſepho, hoc eſt uſque ad calendas Octo-

Octobres, in anno decimoſexto incarnationis, ſecundum rationem ſupputationis. Ab iſto, reges Romanorum Auguſti appellantur. Viuente Cleopatra regnauit annis quindecim, & poſtea quadraginta uno, & menſibus ſex. Antonius aduerſum Cæſarem Auguſtum, bellum mouet. Laberius mimorum ſcriptor, decimo menſe poſt C. Cæſaris interitum Puteolis moritur. Publius Mimographus, natione Syrus, Romæ ſcenam tenet. Cicero in Firmiano ſuo ab Herennio & Pompilio occiditur, ſexageſimoſeptimo anno ætatis ſuæ.

|Anni |Anni|
|mundi,|Oct.|

|4153| 1 | Anno Vrbis 710. C. Cæſar Octauianus Auguſtus, & Quintus Pædius.

|4154| 2 |C. Panſa, A. Hirtius. Octauianus, Antonius & Lepidus amicitiæ fœdus inierunt. Octauianus forum Auguſtum ædificauit. Ciceronis caput cum manu dextra pro roſtris poſitum: iuxtaq; nouies coronata imago Popilij, qui eum occiderat. Ouidius Naſo naſcitur in Pelignis. C. Salonius tribunus plebis legem tulit, ne quis teſtamento legaret plus, quàm ut quarta plus hęredibus ſupereſſet. Curtius Saluſſus in inſula Arado cum quatuor cohortibus, uiuus combuſtus eſt, propterea quòd tributa ſolitus erat grauius exigere.

|4155| 3 |M. Lepidus, L. Plancus. Oleum è terra erupit trans Tiberim, fluxitq; toto die ſine intermiſſione, ſignificans CHRISTI gratiam ex Gentibus. Antonium ſuperat Auguſtus, & interuiente Senatu, in amicitiam cum eo regreditur. Cornificius poëta, à militibus deſertus interijt, quos ſæpe fugientes, galeatos lepores appellarat. Huius ſoror fuit Cornificia, cuius inſignia exiſtãt epigrammata. Templa Rhodiorũ depopulatus eſt Caſsius. Secunda ſeceſſio Auguſti & Antonij. Stella crinita apparuit.

|Anni |Anni|
|mundi |Oct.|

|4156| 5 |P. Seruilius 2, L. Antonius. Cornelius Nepos hiſtoricus clarus habetur. Antiochus ſtrenuè contra Iudæos dimicans, tandem occiditur: à quo in præſens tempus, ipſum Hieroſolymorum regnum deſtructum eſt.

|4157| 5 |C. Domitius, C. Aſinius. Quidam Herodes poſt eum à Romanis conſtitutus eſt princeps alienigena, & omnino nihil pertinẽs ad totam Iudæam.

|4158| 6 |L. Cenſorinus, C. Caluiſius. Phormij pater & filius clari habentur oratores.

|4159| 7 | Appius Claudius, C. Norbanus: quorum filius conſularis ante patrem moritur.

|4160| 8 |M. Agrippa, L. Canidius. Lacus Lucrinus in portum conuerſus eſt. Saluſtius obijt ante Actianum bellum.

|4161| 9 |L. Gellius, M. Cocceius. M. Varius poeta, quem Virgilius in Bucolicis notat, in Cappadocia moritur.

|4162| 10 |L. Cornificius, Sex. Pompeius. Herodes, Antipatri Aſcalonitæ & matris Cypridis Arabicæ filius, à Romanis Iudæorum ſuſcepit principatum, annis trigintaſeptem. Cuius tempore, CHRISTI natiuitate uicino, regnum & ſacerdotium Iudææ, quod prius per ſucceſsiones minorum tenebatur, deſtructum eſt: completa prophetia quæ ita per Moſen loquitur, Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec ueniat cui repoſitum eſt: & ipſe erit expectatio Gentium. Vſque ad Herodem, idem erant ſacerdotes & reges Iudæorum, qui imperare cœperant à quadrageſima quinta olympiade, & ab inſtauratione templi ſub Dario uſque ad Hircanum centeſi-

ma octuageſima quinta olympiade, annis quadringentis octoginta quatuor, in medio tranſactis, quos Daniel quoq; ſignificat, dicens: Et ſciẽs & intelligens ab initio ſermonis reſpondendi, & ædificandi Hieruſalem uſque ad principatum, hebdomadæ ſeptem, & hebdomadæ quadraginta duæ. Quæ ſexaginta nouẽ hebdomadæ faciunt annos quadringentos ſeptuaginta tres, in quibus ſacerdotes per unctionem conſecrati regnauerunt uſque ad Hircanum: quo extremo omnium, à Parthis capto, Herodes Antipatri filius, nihil ad ſe pertinentem Iudæã, ab Auguſto & Senatu accepit: filijq; eius poſt eum regnauerunt uſq; ad nouiſſimam Hieroſolymorum captiuitatem: nequaquam ex ſuceſſione ſacerdotalis generis pontificibus conſtitutis, neque perpetuitatem uitæ, ſecundum legem Moſis, ſeruientibus Deo: ignobiles uerò quidam, & alio tempore alij, & nonnulli unius anni, ſiue modico, amplius à Romanis imperatoribus ſacerdotium emebant. Quæ omnia etiam Daniel propheta uaticinatur, ita dicens: Et poſt hebdomades ſeptem & ſexagintaduas interibit criſma, & iudicium non erit in eo, & templum & ſanctum corrumpet populus, duce ueniente: & cedentur in cataclíſmo belli. Et in conſequentibus: Et ſuper templum (inquit) abominatio deſolationum. Quidam tamen numerant à morte Alexandri Magni uſque ad imperium Auguſti Cæſaris, annos ducentos & nonagintaquatuor.

| Anno mundi, | Anno Oct. | |
|---|---|---|
| 4163 | 11 | Anno Vrbis 720. L. Scribonius Libo, L. Atratinus. Iapidæ, Dalmatæ, & Pannonij in poteſtatem Romanorum à Cæſare redacti. Et anno undecimo Auguſti iſte Herodes, ne ignobilis fortè, & à Iudæorum ſemine argueretur extraneus, combuſſit omnes libros, quibus nobilitas Iudæorum in templo ſeruabatur adſcripta: ut deficientibus probamentis, & ipſe ad hanc pertinere putaretur. Inſuper etiam & ſuam ſobolem regio illorum genere commiſcuit, proiecta Doſide fœmina Hieroſolyma propria uxore, & nato ex ea filio Antipatro ſociat ſibi Mariamnen, filiam Alexandri, neptem Ariſtobuli fratris Hircani, qui ante eum rexerat in Hieruſalem. Hæc quinque filios ei genuit: quorum duos Alexandrum & Ariſtobulum ipſe necauit in Samaria. Huius Ariſtobuli ex Beronice filia Salome, ſororis magni Herodis, ſunt filij, Agrippa Maior, & Ariſtobulus, atque Herodes: qui in Actibus Apoſtolorum, ab angelo legitur percuſſus: & duas filias, Mariamnen & Herodiaden. Quæ Herodias (ſicut Ioſephus perhibet) Herodi, filio Magni Herodis, & Mariamne filiæ Alexandri pontificis, uiro ſuo uiuente. Fortè ipſa eſt, quæ & Philippus nupſit Herodi filio Cleopatræ Hieroſolymis, & Herodi cognomento Magno. |

| Anni mundi, | Anni Oct. | |
|---|---|---|
| 4164 | 12 | C. Cæſar Octauianus ſecundò, L. Volcatius. Lunæ ſecundum Romanos curſus inuentus. Colonias deduxêre Romani. Auguſtus triũphauit pedeſtris certaminis triumpho. Antonius, Cleopatræ Arabiam tradidit. |
| 4165 | 13 | Cn. Domitius Ænobarbus, C. Soſſius. Arcorius Auguſti medicus clarus habetur. |
| 4166 | 14 | C. Cæſar Octauianus tertiò, M. Valerius Meſſala. Hoc anno uerum Auguſti imperium incohatur, quo bellis ciuilibus finis impoſitus eſt. |
| 4167 | 15 | C. Cæſar Octauianus quartò, M. Licinius Craſſus. Tertiò inter Auguſtum & Antonium orto bello, quod Antonius qui Aſiam |

&

rore Auguſti, Cleopatram duxiſſet uxorem, Necapolis iuxta Acticum littus à Cæſare bello ſuperatur, & perimitur: Alexādriæ poſtea in Mauſoleo reconditur. Quum autem Auguſtus Antonium & Cleopatram uiciſſet calendis Auguſti, & imperium Romani populi firmauit: Sextilis menſis, ex Senatuſconſulto, ob memoriam Auguſti, Auguſtus eſt appellatus. Cum ingenti triumphorum pompa Auguſtus Cæſar Romam eſt ingreſſus, & Cleopatra & liberi ante currum eius conducti ſunt. Antonio occiſo, regina Cleopatra ad pedes Auguſti prouoluta, tentauit in ſe inclinare oculos ducis: at fruſtra quidem: nam pulchritudinem eius recuſauit Auguſtus, & præcepit eam cuſtodiri. Nec autem illa, de uita quæ auferebatur, ſed de parte regni laborabat. Quod ubi deſperauit, & à principe ſeruari ſe triumpho cognouit, incautiorem factam cuſtodiam fugit, & in Mauſoleo regum ſe recepit: ibiq; maximos ut ſolebat cultus in referto horroribus ſolio, iuxta ſe ſuum collocauit Antonium, amotisq; ad uenas ſerpentibus, ſic morte quaſi ſomno reſoluta eſt. Ægyptus deinde fit Romana prouincia, quam primus tenuit C. Cornelius Gallus, (de quo ſcribit Virgilius in Bucolicis) uſque ad Cleopatram, qui uocabantur Lagidæ, in Ægypto regnauerunt annis ducentis nonagintaquinque. Arcorius ille Auguſti medicus poſt Actiacam uictoriam naufragio perijt. Quidā ab hoc loco primum annum Auguſti monarchiæ ſupputant: quod Beda confirmat, dicens ſuper Danielem, Romanos hinc annos quinquaginta nouē, cū anno decimoſeptimo Tiberij regnaſſe. Omnes hiſtorici & Beda etiam dicunt, Cleopatram regnaſſe annis uiginti duobus, hoc eſt, annis tribus ante Iulium Cæſarem & quinque, Iulij Cæſaris, & quindecim Octauiani Auguſti, in quo ipſa ſe interfecit.

| Anni mundi, | Anni Oct. |

|4168| 16| C. Cæſar Octauianus quintò, & Sex. Apuleius. Cenſu Romæ agitato, inuenta ſunt ciuium Romanorum quadraginta & unum centum, & ſexagintaquatuor millia coloniæ deductæ.

|4169| 17| C. Cæſar Octauianus 6, & M. Agrippa ſecūdò. Parthorum ſeditiones per Cæſarem ſedatæ. M. Terentius Varro philoſophus, prope 90 moritur. Thebea Ægyptusq; ad ſolum erutæ. Cornelius Gallus Foro Iuliacenſi poëta, à quo primus Ægyptus tenebatur, 43 ætatis ſuæ anno propria ſe manu interfecit. Valles terræmotu conſederūt. Templum Iani à Cæſare clauſum.

|4170| 18| C. Cæſar Octauianus 7, & M. Vipſamus Agrippa tertiò. Cæſar leges protulit, iudices ordinauit, prouincias diſpoſuit, & ideo cognominatus eſt Auguſtus. Cuius tēporibus floruerunt Virgilius, Horatius & Ouidius, teſte Caſſiodoro. Indi per legatos ab Auguſto amicitiā poſtularunt. Meſſala Coruinus, primus præfectus Vrbis factus, ſexto die magiſtratu ſe abdicauit, in ciuilem poteſtatem conteſtans.

|4171| 19| C. Cæſar Octauianus octauò, T. Statilius. Auguſtus Calabriam & Gallos uectigales facit. Munatius Plancus Ciceronis diſcipulus, orator habetur inſignis, qui quum Galliam commotam regeret, Lugdunum condidit.

|4172| 20| C. Cæſar Octauianus nonò, & M. Iunius Syllanus. Cantabros, & Germanos, Aſtures Cęſar per L. Lanium perdomuit. M. Lollius Galathiam, Romanam prouinciam facit. Auguſtus quum ei monarchia deferretur, retinuit: teſte Caſſiodoro.

|4173| 21| Anno Vrbis 730. C. Cæſar Octauianus 10, C. Norbanus. Quintilius Cremonenſis Virgilij & Horatij familiaris. Tota Hiſpania à Cæſare ſubacta.

Anni mundi, | Anni Oct.

|4174| 22 |C. Cæſar Octauianus 11. Cn. Piſo. Auguſtus Cyzicænos libertate priuauit. Pilades Cilex pantomimus, quum ueteres ipſi canerẽt atque ſaltarent, primus Romæ chorum & fiſtulam præcinere fecit.

|4175| 23 |M. Claudius Marcellus, L. Aruntius. Tiberius ab Auguſto miſſus occupauit Armeniam. Atramius qui ſeptemdecim annos natus Cælium accuſauerat, clarus inter oratores habetur: ad extremum, morborum tædio, in balneo uoluntate exanimatus, hæredem reliquit Cæſarem Auguſtum.

|4176| 24 |M. Lollius, Q. Lepidus. Cantabri res nouas molientes opprimuntur.

|4177| 25 |M. Apuleius, P. Syllius Nerua. Herodes apud Hieroſolymas, multas & magnas ædes conſtituit. Aquilas & ſigna Craſſiana de Parthis Cæſar recepit.

|4178| 26 |C. Sentius Saturninus, Sp. Lucretius Cinna. Cæſari ex prouincia redeunti, currus cum corona aurea decretus eſt, quo aſcendere noluit. Virgilius Brunduſij moritur: oſſa eius Neapolim translata in ſecundo ab Vrbe miliario ſepeliuntur: titulo in huiuſmodi ſupra ſcripto, quem moriens ipſe dictauerat:

*Mantua me genuit, Calabri tenuère: tenet nũc*
*Parthenope: cecini paſcua, rura, duces.*

Herodes Samariam iam olim in cineribus ſedentem, à fundamentis ſuſcitans, in honorem Auguſti, Auguſtam, ideſt Sebaſten appellauit: & in Paneade, ideo quod Panoniam uocatur, extruxit.

|4179| 27 |Cn. Cornelius Lentulus, P. Cornelius Lentulus. Auguſtus Samijs dedit libertatem. In Cypro plurimæ ciuitatum partes terræ motu conciderunt. Germanos in arma uerſos M. Lollius ſuperat. Varius & Tucca, Virgilij & Horatij contubernales, poëtæ habentur illuſtres: qui Æneidũm libros poſtea emendarũt, ſub hac lege, ut nihil adderent.

Anni mundi | Anni Oct.

|4180| 28 |T. Furnius, C. Iunius Syllanus. Auguſtus C. Agrippam adoptauit in filium.

|4181| 29 |L. Domitius Ænobarbus, P. Scipio. Æmylius Macer Veronenſis poëta, in Aſia moritur. Tiberius Vindelicos & eos qui in Thraciarum confinibus erant, Romanas prouincias facit.

|4182| 30 |M. Druſus Liuius, L. Calphurnius Piſo. Tiberij Neronis quæſtura.

S. MARIA.

Sancta Maria naſcitur ex patre Ioachim, de tribu Iuda, & ex matre Anna, filia Iſſachar de genere Dauid. Beata Maria mater Domini noſtri IESV CHRISTI, erat 14 annorum, quando ſalutata eſt à Gabriele archãgelo. Mortua eſt autem 63 anno ætatis ſuæ: teſte ſancto Hieronymo in libro de infantia Mariæ. Colonia Ebericum & Patras deductæ. Boſphorum Agrippa capit.

|4183| 31 |Anno Vrbis 740. Cn. Lentulus Augur Licipinus, M. Craſſus Cercius Smyrnæus rhetor, Latinè Romæ docuit. Auguſtus à Senatu Pontifex maximus appellatur.

|4184| 32 |Cl. Tiberius Nero, Q. Quintilius Varus. Cæſaream Herodes in nomine Cæſaris condidit, quæ prius Turris Stratonis uocabatur.

|4185| 33 |M. Valerius Meſſala 2, P. Sulpitius Quirinus. Herodes deſtructo templo ab Ieſu filio Ioſedech & Zorobabel conſtructo, ædificat templum in Hieruſalem, quod à Tito combuſtum eſt anno 40 poſt paſſionem Domini. Herodes Antidonam condidit & Antipatridam atque Herodionem, in honorem Antipatris & ſuum conſtruxit.

|4186| 34 |P. Fabius Maximus, & Q. Ælius Tubero. Innumerabilia quoque opera in ſingulis Syriarum urbibus quæ regebat, ſolertiſſimè ædificauit: & imperator Auguſtus, primus

mus omnium tigrin feram manſuefactam Romæ oſtendit.

| Anni mundi, | Anni Octa. | |
|---|---|---|
| 4187 | 35 | Iulius Antoninus, Fabius Aphricanus. Tiberius Cæſar de captiuis Pannonijs triumphauit. Horatius quinquageſimo octauo ætatis ſuæ anno Romæ moritur. Paſſienus declamator inſignis obijt. C. Iulius Hircinius, cognomento Polihiſtor grammaticus habetur illuſtris. Tiberius uaſtata Germania, imperator appellatur. Claudius Tiberius, qui poſtea imperator factus eſt, hoc anno naſcitur. |
| 4188 | 36 | Druſus Nero, L. Quintius Criſpinus. Apud Lingonũ gentem, templum Cæſari Druſus ſacrauit, teſte Caſsiodoro. Herodes Hircanum regem & ſacerdotem Iudæorum occidit. Tunc CHRISTI natiuitate uicina, principatum Iudaicum, iudicium & ſacerdotium de femore Iuda, ſecundum prophetias defecit, tranſiens ad Herodem, extraneo genere: & completa eſt prophetia Moſis, ita dicens: Non deficiet princeps ex Iuda, neque iudex de femore eius, donec ueniet qui mittendus eſt: & ipſe erit expectatio Gentium: & reliqua. Herodes Hircanum qui olim ſacerdos Iudæorum fuerat, de captiuitate Parthica regreſſum: & filium eius qui ſacerdotio patris ſucceſſerat, interfecit. Herodes enim Ananehelum quendam de Babylone accitum, pontificem Iudæorum conſtituit. Et poſt exiguum tempus Ariſtobulum fratrem uxoris ſuæ, nepotem Hircani, ſuceſſorem dedit: quo poſt annum interfecto rurſum Ananehelo reddidit ſacerdotium. |
| 4189 | 37 | C. Aſinius Gallus, C. Martius Cenſorinus. Inter Albim & Rhenum Germani omnes Tiberio Neroni dediti, per Sex. Apuleium, Pannonij ſubacti. Herodes ſororem Ariſtobuli uxorem ſuam, quam nullo modo charius nouerat, cum duobus proprijs filijs iam adoleſcẽtibus & matrem ſororis occidit, ſocrum ſuam crudeliſsimè necat: Hircanum enim Babylonia à uinculis ſolutum, ut Ioſephus perhibet, tanquam principem ſacerdotum & regem Iudæorum, multitudo Iudæorum, & omnes uſq; ad Euphratem Iudæi habitantes honorabant, ipſumq; rogabant, ut apud eos maneret, dicentes, quòd officioſum aliquid ſimul & honoris in ſacerdotali uel principali dignitate, nullo modo minus apud eos haberet, quàm in Hieruſalem. Poſtquàm enim multo Herodis rogatu de Babylonia in Hieruſalem uenit, cum omni honore eum Herodes ſuſcepit: & quum uocaret ipſum patrem ſuum, primum ei locum concedat, diſponebatq; cum eo utilitates cæteras ſui principatus. Amiciſsimus enim Herodis antea erat, atq; de periculo mortis eum liberauit, quamdiu uixit. Hircanus quamuis principatum primatum non poſsidebat, tamen princeps fuit. |

| Anni mundi, | Anni Oct. | |
|---|---|---|
| 4190 | 38 | Cl. Tiberius Nero 2, Cn. Calphurnius Piſo. Tiberius de Vindelicis, Armenicis, & Pannonijs triũmphauit. Albutius Valienſis clarus rhetor agnoſcitur. Tribunitia poteſtas in quinquennium Tiberio confirmata. |
| 4191 | 39 | D. Lælius Balbus, C. Antiſtius Vetus. In inſula Choa terræmotu plurima conciderunt. Auguſtus filiam deprehenſam in adulterio, damnat exilio. Tyro, Ciceronis libertus, qui primus notas commendatus eſt in Puteolano prælio, uſque ad centeſimum annum conſeneſcit. |
| 4192 | 40 | C. Cæſar Octauianus 12, L. Sylla. Auguſtus gladiatorum ludum, & nauale certamen exhibuit. Meliſſius Poletinus grammaticus agnoſcitur. M. Porcius Latro declamator, tædio duplicis quartanæ febris ſemet interfecit. |

| Anni mundi, | Anni Octa. | |
|---|---|---|
| 4192 | 40 | Anno Vrbis 749. |

C. Caluiſius Sabinus ſecundò, & L. Paſsienus Rufus. Herodes crudelis etiam uirum ſororis ſuæ Salomę interfecit: & quum eam alio tradidiſſet, uxorem etiam ſuam necat. Scribas quoque & interpretes diuinæ Legis, ſimili ſcelere occidit.

Iohannes Baptiſta naſcitur, beata Maria præſente, feria quinta, luna undecima menſis ſeptimi, ideſt Octobris (ſicut legitur) & CHRISTVS concipitur, quum beata Maria eſſet annorum quatuordecim.

Cyclus magnus paſchalis incipit hinc: in cuius anno ſecundo (iuxta Dionyſium) indictione tertia, natus eſt Dominus.

QVINTÆ ÆTATIS FINIS.

*¶ Et hîc quoq; abbreuiator noſter omiſit tres numeros, ſi natiuitas Domini fuit anno Vrbis 752.*

*Hic autem primus liber, quinque ætates complens, ceſſat cum numeris annorum Mundi & Vrbis, naſcente* CHRISTO: *ſub quo, ſexta ætas & Liber ſecundus, ſimul auſpicantur.*

# MARIANI SCOTI, HISTORIOGRAPHI SVI TEMPORIS CLARISSIMI, AC MONACHI FVLDENSIS, CHRONICORVM LIBER SECVNDVS.

# ÆTAS SEXTA.

## CHRISTVS.

### CAPVT XXII.

| Anno Chr. | Anno Oct. |
|---|---|
| 1 | 41 |

C. LENTVLVS Getulicus, & M. Meſſanus.

Quirinus, ex conſilio Senatus, Iudæā miſſus, cenſus hominum poſſeſsionumq́ deſcribit.

DOMINVS noſter IESVS CHRISTVS, filius Dei, his Conſulibus (teſte Caſsiodoro) in Bethlehem Iudææ, octauo die calendarum Ianuarij, Dominica nocte naſcitur, Anno ab Vrbe condita 752. anno imperij Auguſti 41, olympiadis 194, anno tertio: anno etiam ab origine mundi 4193 indictione quarta.

Octaua etiam die Dominica circunciditur.

Decimatertia die, ſtella duce, à Magis adoratur.

Quadrageſima die, à Simone & Anna cognoſcitur.

Deinde præcepto Dominico, in Ægyptum, propter metum Herodis deducitur.

¶ Methodius epiſcopus ſic ait: Igitur tempore quo Romani imperij regnū nobilius latiusq́ conſurgeret, ipſe Imperator hoc præſtitit: anno autem 42 imperij Cæſaris, ab Ægypto ſubiugata, & Antonij uel Cleopatræ interitu, in quam nouiſsima Ptolemæorum regna ceciderunt, 28 anno, Dominus & Saluator noſter IESVS CHRISTVS, prima adſcriptione cenſus Quirino Syriæ præſidente (ſecūdum ordinem totius prophetiæ, quæ de ipſo prædicta eſt) in Bethlehem Iudææ naſcitur, Per idem tempus Herodes primus ex alienigenis ortus, regnū Iudaicæ gentis optimum, cuius teſtimonio adiudicante etiam Cæſare Auguſto ſucceſſor extiterat Archelaus, qui poſt eum decem annos imperij deuolutus eſſet, Philippus & Herodes iunior frater cum Lyſania in tetrarchias diuiſum Iudææ regnum regebant.

| Anni Chr. | Anni Oct. | |
|---|---|---|
| 2 | 42 | C. Cæſar Octauianus 13. M. Plautius. Cæſar amicitiā cum Parthis facit. Sextius Pythagoricus philoſophus claruit. |
| 3 | 43 | Coſſus Lentulus, L. Piſo. Herodes pueros necat. Auguſtus Tiberium & Agrippam in filios adoptauit. Iudas Galilæus ad rebellandum Iudæos cohortatur. |
| 4 | 44 | C. Cæſar Octauianus 14, & L. Paulus. |
| 5 | 45 | C. Vinitius, P. Alphenus. Iohannes Apoſtolus naſcitur. Aſinius Pollio orator & cōſularis, qui de Dalmatijs triumpharat, 70 ætatis ſuæ anno, in uilla Tuſculana moritur. |
| 6 | 46 | M. Seruilius, L. Lamia. Herodes morbo intercutis aquæ, & ſcatentibus toto corpore uermibus mi- |

ſerabiliter & dignè moritur. CHRISTVS de Ægypto redit.

| Anni Chr. | Anni Oct. | |
|---|---|---|
| 7 | 47 | Sex. Ælius, C. Sentius. |

In Herodis locum Archelaus ab Auguſto ſubſtituitur, & tetrarchæ fiunt fratres, Herodes, Antipater, Lyſias, Philippus. IESVS CHRISTVS Dominus noſter, ex Ægypto tertia idus Ianuarij angelico præcepto reducitur.

| 8 | 48 | Cn. Cinna, L. Valerius. His conſulibus, teſte Caſsiodoro, per dies octo Tiberis impetu, miſeranda clades hominum domorumq; fuit. Fames Romæ ita ingens facta fuit, ut quinque modij uenderentur denarijs uigintiſeptem ſemis. Aſianus Romæ clarus habetur.

| 9 | 49 | M. Lepidus, L. Aruntius. Tiberius Cæſar Dalmatas & Sarmatas in Romanam redegit poteſtatem.

| 10 | 50 | Q. Cecilius, A. Licinius. Anthenodorus Tharſenſis Stoicus philoſophus inſignis habetur.

| 11 | 51 | M. Furius, Sex. Nonius. M. Verrius & Flaccus grammaticus inſignes habentur.

| 12 | 52 | Q. Sulpitius, Cn. Pōpeius. Athenienſes res nouas contra Romanos molientes opprimuntur, autoribus ſeditionis occiſis.

| 13 | 53 | P. Dolabella, C. Syllanus. Quum eſſet IESVS annorum duodecim, hoc eſt (ſicut Hieronymus dicit) quum compleſſet annos duodecim, inuentus eſt in templo, ſedens inter doctores Legis, interrogans & audiens illos. Meſſala Coruinus orator ante biennium quàm moreretur, ita memoriam ac ſenſum amiſit, ut uix pauca uerba coniungeret: & ad extremum, ulcere ſibi circa ſacram ſpinam nato, inedia ſe confecit, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimoſecundo.

| 14 | 54 | M. Lepidus, T. Statilius. Auguſtus cum Tiberio filio ſuo cenſum Romæ agitãs, inuenit hominum nonaginta ter centena & ſeptuaginta millia, ut dicitur.

| 15 | 55 | Germanicus Cæſar, C. Fonteius. Sotion philoſophus Alexandrinus, præceptor Senecæ, clarus habetur.

| Anni Chr. | Anni Oct. | |
|---|---|---|
| 16 | 56 | L. Plancus, C. Silius. |

Archelaus nono anno regni ſui, in Vienna urbe Galliæ relegatur, non ferentibus Iudæis, ſed accuſantibus apud Auguſtum ferocitatem eius: & ad minuendam Iudaici regni potentiam, ſolentiamq; domandam, quatuor fratres eius pro eo ſunt tetrarchæ creati: Herodes qui & Antipas, Antipater, Lyſias, & Philippus. His conſulibus teſte Caſsiodoro, Octauianus Auguſtus 76 ætatis ſuæ anno, Atellæ in Campania, imperij anno quinquageſimoſexto, ſenex obijt, menſe Septembri: ſepeliturq; in cãpo Martio: cui ſucceſsit Tiberius.

## TIBERIVS.

Romanorum 3, Claudius Tiberius priuignus Auguſti, hoc eſt uxoris eius filius ex ſuperiore genitus coniuge, annis uigintitribus & aliquibus diebus regnauit, teſte Ioſepho: hoc eſt, uſque ad calendas Octobres, in anno quinto poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſsiodoro.

| Anni Chr. | Anni Tib. | |
|---|---|---|
| 17 | 1 | Sex. Pompeius, Sex. Apuleius. |

Hi primi, in uerba Tiberij iurauerunt.

| 18 | 2 | Druſus Cæſar, C. Norbanus. C. Aſinius Gallus orator, Aſini Pollionis filius, cuius etiam Virgilius meminit, diris à Tiberio ſupplicijs enecatur.

| 19 | 3 | Siſenna Statilius, L. Scribonius. His conſulibus mathematici Vrbe pelluntur, teſte Caſsiodoro. Liuius hiſtoriographus Patauinus obijt. Incarnatio Dominica iuxta Chronicas Euſebij, uel Bedæ: cyclus ſecundus decennoualis.

| 20 | 4 | L. Pomponius, C. Cælius. Ouidius poëta in exilio obijt, & iuxta oppidum Domus ſepelitur.

| 21 | 5 | Tiberius Cæſar, Germanicus Cæſar. de Parthis triumphant. Tredecim urbes terræmotu corruerunt, Epheſus, Magneſia, Sardis, Moſthene, Æges, Hiero, Cæſarea, Philadelphia, Tmolus, Temis, Cimemyrrhina, Apollonia, Diahircania. Hucuſq; ideſt ad magnum cyclum paſchalem, ſunt anni ab initio mundi 4203.

| Anni | Anni |
| Chr. | Tibe. |

| 22 | 6 | M. Syllanus, L. Norbanꝰ. His conſularibus Germanicus Cæſar in Syria mortuus eſt, teſte Caſsiodoro. Feneſtella hiſtoriarũ ſcriptor & carminum, ſeptuagenarius obijt, ſepeliturq; Thumis. Incipit magnus cyclus paſchalis, in cuius anno ſecundo, iuxta Dionyſiũ, natus eſt Dominus, concurrentibus quinque.

| 23 | 7 | M. Valerius, M. Aurelius. Tiberius multos reges ad ſe per blanditias euocatos, nũquam non remiſit: in quibus & Archelaum Cappadocem, cuius regno in prouinciã uerſo, Mazacham nobiliſsimam ciuitatem, Cæſaream appellare iuſsit.

| 24 | 8 | Tiberius Cæſar, Druſus Cæſar. Pompeij theatrum incenſum.

| 25 | 9 | D. Heterius, C. Sulpitius. Tiberius Druſum cõſortẽ regni facit.

| 26 | 10 | C. Aſinius, C. Antiſtius. Druſus Cæſar apud Maguntiã ueneno obijt, & foris murum ſepelitur. Q. Atherius promptus & popularis orator, uſq; ad 90 annum propè, in ſummo honore conſeneſcit.

| 27 | 11 | Sex. Corneliꝰ, L. Viſellius. Seruius Plautus, corrupti filij reus, ſemet in iudicio interfecit. Methodius hæc: Vndecimo anno imperij Tiberij Cæſaris, qui Auguſto 57 annis principatu potito ſucceſſerat, Iudææ procurationem Pontius Pilatus ſuſcepit: atque inibi per decem annos continuos uſque ad ipſum penè finem Tiberij perdurauit. Conſonantia autem Euangelij his concordat.

| 28 | 12 | M. Aſinius Agrippa, Coſſus Cornelius. Philippus tetrarcha Paneaden, in qua plurimas ædes cõſtruxerat, Cæſareã Philippi uocauit, & Iuliaden, aliã ciuitatem. Beda ſic. Anno 12 Tiberij Pilatus Iudææ procurator, ab eodem dirigitur.

| Anni | Anni |
| Chr. | Tibe. |

| 29 | 13 | C. Caluiſius Sabinus, Cn. Lentulus Getulicus.

| 30 | 14 | L. Piſo, M. Craſſus. Voticnus Mõtanus Narbonẽſis orator in Balearibus inſulis moritur: illic à Tiberio 15 anno relegatur. Herodes tetrarcha Tiberiadem condidit, & Libyadem princeps Iudæorum, regnans annis uigintiquatuor.

| 31 | 15 | Appius Syllanus, P. Syluius. Anno 15 imperij Tiberij Cæſaris ſub principibus ſacerdotum Anna & Caipha, factum eſt uerbũ Domini ſuper Iohannem Zachariæ filium in deſerto. Et uenit in omnem regionem Iordanis, prædicans CHRISTVM filium Dei, in medio eorum adeſſe. Ipſe quoq; Dominus IESVS CHRISTVS hîc in plures ſalutarem uiam annunciat, ſignis atque uirtutibus uera comprobans quæ diceret. Matthæus ſic: Tunc uenit IESVS, ut baptizaretur ab eo in Iordane, & reliqua. Auguſtinus ſic: Quod autem Matthæus ait, Tunc uenit IESVS à Galilæa in Iordanem, ut baptizaretur à Iohanne: hoc eſt ſecundum Iohannem Euangeliſtam, altera autem die: & reliqua. Marcus ſic: Et baptizatꝰ eſt à Iohanne. Et ipſe IESVS erat incipiẽs quaſi annorum 30. Hæc Lucas: hoc eſt, non plenus 30 annorum, mẽſium 12: ſed ſecundũ Hieronymum & Lucam, annum incipiebat 30, quando baptizatus eſt, in die Dominico Epiphaniæ, die 13 anni ſui 30. Secundum autem ſolares annos tunc incipiebat annum 31. Annus enim ſolis, in cuius fine natus eſt, natiuitatis eius annus eſt. Annus huius ætatis ſuæ 12 mẽſiũ, ſicut in fine anni primi natiuitatis incœpit: ita in fine anni ſuæ natiuitatis, ſiue ſolaris, compleuit. Methodius ſic: Quintodecimo dicens anno Tiberij Cæſaris, in quo quartus erat

Pilati procuratoris annus, quum Dominus & Saluator noſter annorum 30 fuit, quando ad Iohannem baptizandus uenit: qui mox poſt initium prædicationis ſuæ 12, ex omnibus diſcipulos aſſumpſit: quos & cæteris ſectatoribus ſuis præferẽs ſpeciali quodam electionis priuilegio Apoſtolos nominauit. Marcus: Et ſtatim poſt baptiſmum ſuum expulſus eſt in deſertum. Lucas ſic: IESVS plenus Spiritu ſancto regreſſus à Iordane, agebatur in ſpiritu in deſertum, in diebus 40. & reliqua. Dominus ergo feria ſecunda incœpit ieiunium, & quadrageſimo die, feria ſexta. 15 calendis Martij, in gula ac uana gloria atque auaritia diabolum ſuperauit: in quibus in eadem feria, diabolus primùm Adam cõtriuit. Ipſe Dominus IESVS CHRISTVS hinc populis prædicauit ſalutarem uiam, teſte ſancto Petro, ſicut in electione Mathiæ apoſtoli ait: Oportet ergo ex his uiris, qui nobiſcũ ſunt cõgregati, in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos Dominus IESVS, incipiens à baptiſmate Iohannis uſque in diem quo aſſumptus eſt à nobis in cœlum, uel ſignis & uirtutibus. Vera comprobat ea quæ dicit, ex quibus pauca in Euangelijs leguntur, Apoſtolos uocat, & ad prædicandum mittit.

| Anni Chr. | Anni Tib. | |
|---|---|---|
| 32 | 16 | C. Rubellius, C. Fuſius. |

Principium octuageſimi primi iubilæi, ſecundum Hebræos, hoc eſt ab Adam uſque ad præſentem annum 4000 annorũ. Iobel autem apud Hebræos quinquagenarius annus uocatur, teſte Euſebio.

| | | |
|---|---|---|
| 33 | 17 | M. Vinitius, C. Caſsius. |

Iohannes Baptiſta decollatur. Scriptũ eſt in paſsione ſancti Valentini, quòd decollatio præcurſoris Domini ſit in octaua die calendarum Aprilium: ſicut etiã ſanctus Hieronymus in Martyrologio teſtatur. Et in Euangelio dicitur, quòd prope ante paſcha paſſus ſit Iohannes pridie nonas Aprilis, in 14 luna primi menſis. Noſtrum uerò paſcha, nonis Aprilis erat, ſi hoc eſſet. Methodius ait: Poſt electionem Apoſtolorum, Iohannes Baptiſta ab Herode filio Herodis capite punitur.

| Anni Chr. | Anni Tib. | |
|---|---|---|
| 34 | 18 | Tiberius Cæſar, & Ælius Seianus. |

His conſulibus Dominus noſter IESVS CHRISTVS paſſus eſt, octaua die calendarum Aprilis: & facta eſt defectio Solis, qualis antè uel poſt modum nunquam fuit, teſte Caſsiodoro. IESVS CHRISTVS filius Dei, iuxta prophetias quæ de eo fuerant prẹloquutæ, paſſus eſt octaua die calendarum Aprilis, luna 15, iuxta quatuor Euangelia, in anno 18 imperij Tiberij Cæſaris, ſecundum Euãgelium beati Iohannis. Atque die tertia, ideſt ſexta die calendarum Aprilis, luna 17, ſecundum hiſtoriam ſancti Euãgelij, à mortuis reſurrexit. Flaccus hiſtoricus ſic: Quarto anno 202 olympiadis, ideſt ſecundum Græcos, magna & excellens inter omnes quæ ante eam acciderant defectio Solis facta, diei hora ſexta, ita in tenebroſam noctem uerſus, ut ſtellæ in cœlo uiſæ ſint. Terræmotus in Bithinia Nicenæ urbis, multas ædes ſubuertit. Hucuſq; Flaccus. Ioſephus etiam uernaculus Iudæorum ſcriptor hiſtoricus, ad hæc commemorat, die pentecoſtes ſacerdotes primùm cõmotionem locorum & quoſdam ſonitus ſenſiſſe, teſtatur: deinde ex abdito templi repentinam ſubitò erupiſſe uocẽ dicentiũ, Trãſmigremus ex his ſedibus. Scripſit quoquè Ioſephus, quòd eodem anno Pilatus præſes ſecreto noctis imaginem Cæſaris in templo ſtatuerit. Et hæc prima ſeditionis & turbarum Iudæis cauſa extiterit.

¶ Iacobus frater Domini (ideſt filius Mariæ, ſororis matris Domini) poſt paſsionem Domini ſtatim ab Apoſtolis ordinatus, 30 annis Hieroſolymæ rexit eccleſiam, hoc eſt uſque ad ſextum Neronis annum: ſicut Beda dicit in Actibus Apoſtolorum. Methodius

thodus ait:Petrus & Iacobus & Iohānes poſt aſſumptionem Saluatoris: quāuis ab ipſo fuerint omnibus prælati,tamen non ſibi uendicabatur primatus gloriam:ſed Iacobum, qui dicitur Iuſtus, Apoſtolorum epiſcopum ſtatuunt.

| Anni Chr. | Anni Tibe. |
|---|---|

35 | 19 | Furius Camillus,Cn.Domitius.Sanctus Stephanus paſſus Paulo cohortante & præſente. Quod Paulus in hoc anno conuerſus ſit,ita ad Galatas confirmatur. Quum uocauit me Deus per gratiam ſuam, ut reuelaret filium ſuum in me: & reliqua.Hieronymus ſic, ideſt ſine mora poſt reuelationem CHRISTI ad Apoſtolos,& reuelationem Domini cōferendo cum hominibus,ſed abierit in Arabiam,& rurſus de Arabia reuerſus ſit Damaſcū,poſt tres annos Euangelium prædicarit,& tūc demum in Hieruſalem uenit,ipſo ita teſte:Neq; ueni Hieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos,ſed abij in Arabiam,& iterum reuerſus ſum Damaſcum. Quæ ut uera credantur ab abſentibus,cōfirmat,dicēs:Quæ autem dico uobis,ecce coram Deo ſunt digna,quia ſunt ueriſsima.Iſti tres anni ſunt,quos Lucas dies multos dicit in Actibus Apoſtolorū,quibus Paulus in Damaſco Euāgelium audacter loquebatur.Certum eſt enim,ſtatim ut baptizatus ſit:& accepto pane confortatus fuiſſet eum cum diſcipulis qui erant Damaſci,eſſe per dies aliquot,& ſtupentibus cūctis in ſynagogis Iudæorum,prædicaſſe, quod IESVS eſſet filius Dei:& tunc iſſe in Arabiam, & de Arabia in Damaſcū reuertiſſe,& ibi fecit triennium, quos dies multos dicit Scriptura ſic: Et quum implerentur dies multi,uoluerūt Iudæi occidere eum:& reliqua. Accipientes ergo diſcipuli eius,nocte per murum dimiſerunt eum,ſubmittentes eum in ſporta:ipſo etiam teſte. Deinde poſt annos tres(hoc eſt,conuerſionis meæ)uenit Hieruſalem (inquit)uidere Petrū,& manſi apud eum diebus 15.alium autem Apoſtolorum uidi neminem,præter Iacobū fratrem Domini.Quæ autē dico uobis(inquit) ecce coram Deo, quia non mentior. Anno igitur 38 incarnationis hoſpitatus eſt Paulus apud Petrū & Hieruſalē:deinde, ideſt poſt prædictos annos & geſta prædicta,dicit ſic:Veni in partes Syriæ,& Ciciliæ,eram enim ignotus facie eccleſiis Iudææ,quæ erant in CHRISTO: tantùm autem auditū habebant,quomodo qui perſequebatur nos aliquando, nūc euangelizat fidē quam aliquādo expugnabat, & in me clarificabatur Deum.Deinde poſt annos 14 rurſum aſcendi Hieroſolymā cum Barnaba,aſſumpto & Tito:& reliqua.Hieronymus ſic ait:In principio ſuæ conuerſionis & fidei, & tranſitu, Apoſtolos uidit in Hieruſalem, hoc eſt poſt tres annos poſtquàm conuerſus fuit.Hæc dicit Hieronymus. Deinde Petrus uenit Romam,ubi prædicans Euangelium 25 annis,menſibus 5,diebus 13,epiſcopus eiuſdem ciuitatis præfuit:hoc eſt,uſq; in ultimum annum Neronis,in quo cum ſancto Paulo paſſus eſt ſub conſulibus Syllano & Ottho:teſte Caſsiodoro ſenatore.

Beata Maria obijt annorum quadragintaſeptem, feria tertia, ubi omnes Apoſtoli adfuerunt.

| Anni Chr. | Anni Tibe. |
|---|---|

36 | 20 | Sulpitius & Sylla.Pilatus ſacrum theſaurum,qui & Corbanam uocatur, in aquæductum Hieroſolymarum expendens, ſecundæ ſeditionis præbuit ſemina. Quidam etiam ſcribunt,Tiberium hoc anno à lepra ſanatum fuiſſe.

37 | 21 | L. Vitellius, Paulus Fabius Priſcus.

38 | 22 | P. Gallus, Q. Nonianus. Cycli 319, indictio undecima, Paulus ſic ad Galatas ait: Quum autem complacuit ei, qui me ſegregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiam Spiritus, ut reuelaret filium ſuum in me,ut euangelizarem illum in Gentibus, continuò non acquieui

carni & ſanguini:neque ueni Hieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos,ſed abij in Arabiam,& iterum reuerſus ſum Damaſcum:deinde poſt annos tres ueni Hieroſolymam uidere Petrum,& manſi apud eum diebus 15.alium autem Apoſtolorũ uidi neminem,niſi Iacobum fratrem Domini:& reliqua. Beda ſic: Conſtat ergo, Paulum poſt annos tres conuerſionis ſuæ, ueniſſe Hieroſolymam, & Apoſtolorum numero ſociatus, hoc eſt quod Lucas ſic dicit in Actibus Apoſtolorum, Barnabam apprehenſum, illum duxiſſe ad Apoſtolos. Agrippa filius Herodis regis magni, accuſator Herodis tetrarchæ Romã profectus, à Tiberio in uincula conijcitur. Pilato de Chriſtianorum dogmate ad Tiberium referente,Tiberius retulit ad Senatum,ut inter cætera ſacra reciperentur:uerùm quum ex conſilio patrum Chriſtianos eliminari ab Vrbe placuiſſet.

| Anni Chr. | Anni Tib. | |
|---|---|---|
| 39 | 23 | Sex. Gallienus, L. Plautianus. |

Tiberius prædictis accuſatoribus Chriſtianorum comminatus eſt mortem,ut ſcribit Tertullianus in Apologetico. Tiberius in Cãpania moritur ueneno,his conſulibus(teſte Caſſiodoro) anno 23 imperij ſui, ætatis uerò 78. Methodius ſic:Interim Tiberius circiter 22 annis ſui principatus exactis,uiuendi finem fecit:qui de Domino IESV CHRISTO, hoc apud Senatum uſus eſt conſultu: Si Deus eſt (inquit) poterit rebus nobis inutilibus prodeſſe: ſi homo eſt, reipublicæ ſubuenire. Hic lepra uexatus non modica,deſiderabat,auditis diuinis uirtutibus gratiam eius per nuncios comprobare: ſed non potuit ab hoc pertingere,quia CHRISTO iam poſt Reſurrectionem cœlo præſidente: fama compererat, Pontio Pilato adiudicante Iudæis traditum,& à ſuis militibus crucifixum,ſepultumq; tertia die reſurrexiſſe,ſed furatum à diſcipulis cuſtodibus appretiatis diffamatum eſſe. A quadam matrona,nomine Veronica, quæ ipſius Saluatoris noſtri aſpectum,ipſo exprimente, atque contradente ad euidentiam teſtificandæ ueritatis & obſeruandæ fidelitatis nicemate ſuo reconſignatũ habuit. Quæ dum nuntios conueniſſet, & ita eſſe atque ſe habere per omnia euidentiſsimè aſſeruit, Romæ ab ipſis delata eſt,atq; in præſentiam Principis adducta, ſpeciem Diuinæ teſtificationis oſtendit,& uirtutẽ perfecti medicaminis, gratia CHRISTI mirabiliter effecit. Qui dum comperiſſet Pilatum Dominici cruoris reum extitiſſe,Senatu decernẽte,utpote qui ſine audientia Romam conſultus talia præſumeret,iuſſus eſt exilij ſupremam damnationem ſubire:non multò poſt ipſe (ut dictum eſt) uiuendi finem fecit. Hucuſque Methodius.

## C. CALIGVLA.

ROmanorum 4, C.Caligula,in eodem anno quo obijt Tiberius incipiens,regnauit annis 4, menſibus 10, diebus 8. teſte Euſebio & Beda: hoc eſt,uſque ad calendas Auguſti,in anno 10 poſt paſsionem,ſub quo hi conſules fuerunt,teſte Caſsiodoro.

| Anni Chr. | Anni Cali. | |
|---|---|---|
| 40 | 1 | C.Proculus, C.Nigrinus. |

Sanctus Petrus in anno 6 poſt paſſionem primo anno Caij, cathedram Antiochiæ eccleſiæ, octaua calendis Martij tenet per annos 7. Caius Herodem Agrippam uinculis liberatũ, regem Iudææ facit annis 4. Caius ſemetipſum in deos refert. Methodius ſic:poſt Tiberiũ Caius imperiũ ſuſcepit, & cõtinuò Iudæorũ principatum tradidit Agrippæ, ſimul & Philippo. Hieronymus ſic: Quum Petrus ueniſſet Antiochiam, affirmante Paulo, tunc credendũ,ſic in faciem illi Paulus reſtitiſſe. Beda in Acta Apoſtolorum ſic:Mathias apoſtolus ante pentecoſten ordinatur: ſeptem uerò diaconi poſt pentecoſten, Apoſtolorum oratione & manus impoſitione ordinantur. Stephanus Græcè, Latinè corona

inter-

interpretatur. Euſebius ſic: Statim (inquit) poſt ordinationem ſuam, Stephanus lapidatus eſt ab his, qui & Dominum occiderunt.

| Anni | Anni |
|---|---|
| Chr. | Cali. |

41 | 2 | M. Iulianus, L. Aſprenas. Herodes tetrarcha & ipſe amicitiam Caij petijt, agente Herodiade uxore ſua Romam uenit. Sed accuſatus ab Agrippa tetrarchiã perdidit: fugiensq́ in Hiſpaniam cum Herodiade, mœrore perijt, pro lætitia quam habuit in decollatione ſancti Iohãnis Baptiſtæ.

42 | 3 | Publicola, & Nerua. Pilatus in multas incidens calamitates, propria ſe manu interfecit, ut ſcribunt Romanorum hiſtorici.

43 | 4 | Cæſar. Plurimi nobilium à Caio interfecti: ſororesq́ ſuas, quibus ſtuprum intulerat, inſularum exilio condemnat. Caius iuſsit omnes exules interfici. Matthæus in Iudæa prædicans, Euangelium ſcripſit.

44 | 5 | Cæſar & Iulianus. His cõſulibus, Caſsiodoro teſte, Caius à protectoribus ſuis occiditur in palatio anno ætatis ſuæ 39. meſe Iulio, cui Claudius ſucceſsit. Methodius ſic: Sedecim Caio annis, nec integris ſub principatu adminiſtrata, Claudius imperator ſuccedit: ſub quo fames ſatis dira uniuerſum orbem terræ obtinuit.

## CLAVDIVS.

Romanorum 5, Claudius Cæſar regnauit annis 13, menſibus 7, diebus 28. hoc eſt, uſque ad calendas Apriles, in anno 25. poſt paſsionem. Sub quo hi conſules fuerunt.

| Anni | Anni |
|---|---|
| Chr. | Clau. |

45 | 1 | Claudius Cæſar 2, Saturninus. Iſte eſt Claudius, patruus Druſi, qui apud Moguntiacum habet monumentum.

46 | 2 | Saturninus 2, Venuſtus. Euſebius ſic: Petrus apoſtolus quum primus Antiochiam fundaſſet eccleſiam, Romam mittitur: ubi Euangelium prædicans, 25 annis epiſcopus eiuſdem Vrbis perſeuerat.

| Anni | Anni |
|---|---|
| Chr. | Clau. |

47 | 3 | Tiberius & Gallus. Marcus Euangeliſta interpres Petri, Ægypto & Alexandriæ CHRISTVM prædicat. Primus poſt Petrum Antiochiæ epiſcopus ordinatur Euodius.

48 | 4 | Criſpinus & Taurus. Agrippa qui & Herodes, rex Iudæorũ, annis 7 imperans, obijt: poſtea filius ſuus Agrippa, à Claudio in regnum conſtituitur. Prophetia Agabi, qua in Actibus Apoſtolorum famem in toto orbe dixerat futuram, ſub Claudio expletur. Euſebius & Beda ſic: Quarto anno Claudij fames grauiſsima, cuius Lucas meminit, facta eſt. Methodius ſic: Sub quo Claudius ſatis dira famis uniuerſum orbem terræ obtinuit. Quo tempore 54 ætatis annum agens, regni uerò 7, Herodes uitam uiolenter abripuit. Hucuſque Methodius. Eodem enim tempore miſit Herodes rex manus, ut affligeret quoſdam de eccleſia. Occidit enim Iacobũ fratrem Iohannis, gladio. Videns autem quòd placeret Iudæis, appoſuit apprehendere & Petrum: erant autem dies azymorum: quem quum apprehẽdiſſet, miſit in carcerem: & reliqua. Sequitur Lucas: Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus quod aſſumpſi eos. Beda ſic: Paulus iuxta ordinem hiſtoriæ, 13 anno poſt paſsionem Domini, apoſtolatum cum Barnaba, Pauliq́ accepiſſe uocabulum, 14 autem anno poſt paſsionem iuxta cõdictum Iacobi, Cephæ & Iohãnis, ad Gentium magiſterium fuiſſe profectum. Hæc Beda. De hac ergo aſcenſione ſua in Hieruſalem, poſtquàm dixit (ut ſuprà diximus) poſt tres annos conuerſionis ſuæ in Hieruſalem uidiſſe Petrum: ſubiunxit, Deinde poſt annos quatuordecim aſcendit Hieroſolymam cum Barnaba, aſſumpto & Tito: & contuli cum illis Euangelium quod prædico in Gentibus: & reliqua. Hoc eſt ſecundum Lucam, Statuerunt ut Paulus & Barnabas aſcenderent & quidam alij ex illis, ad

Apoſtolos & presbyteros in Hieruſalem: & reliqua. Sequitur ergo, ut beatũ Petrum non ante eundem 14 annum poſt paſsionem Domini, quo eum Hieroſolymis alloquitur Paulus, hoc eſt quarto Claudij Cæſaris anno Romam ueniſſe credamus. Vbi numerus ipſe quem poſuit ſanctus Paulus, recenſendus eſt annorũ. Scimus enim Petrum & Paulum Apoſtolos anno 38. hoc eſt, poſt annum paſsionis, id eſt ultimo anno Neronis paſſos fuiſſe, & beatum Petrum Romæ 25 annis, menſibus 2, dies 8. à 15 calendarũ Februarij, quo cathedram tenuit uſq; ad calendas Iulij, quibus paſſus eſt, prædicaſſe. Petri autem 25 anni, & 14 ſancti Pauli, cum anno paſsionis Domini, fiunt 39 anni. Incarnationis ergo 45. Claudij uerò primo anno, Iacobus frater Iohannis gladio decollatur ab Herode 8 calendis Auguſti. Petrus autem anno ſecundo Claudij, in diebus azymorũ in carcerem mittitur, ideſt quando Herodes qui & Agrippa, ab angelo percutitur. Sãctus uerò Petrus anno 14 paſsionis, hoc eſt 4 Claudij, iuxta Chronicas, 15 calẽdis Februarijs Romę cathedrã tenuit.

| Anni Chr. | Anni Clau. | |
|---|---|---|
| 49 | 5 | Vinitius & Cornelius. Domitius orator clarus, qui ſub Nerone abundantia cibi in cœna obijt. |
| 50 | 6 | Aſiaticus & Cornelius. Deſcriptione Romæ facta ſub Claudio, inuenta ſunt ciuium Romanorũ ſexagies octies centum & 44 milia. |
| 51 | 7 | Tiberius 2, & Vitellius. Sub procuratore Iudææ Cumano, in diebus azymorum, tanta eſt Hieroſolymis orta ſeditio, ut in portarũ exitu, populo corruente, 3000 Iudæorum corruerunt. Annus paſsionis Domini, ſecundum Chronicum Euſebij & etiam Bedæ. |
| 52 | 8 | Vitellius 2, & Publicola. Palæmon Vicentius inſignis grammaticus Romæ habetur, qui quondam interrogatus quid inter ſtilla & gutta intereſſet, reſpõdit, Gutta ſtat (inquit) ſtilla cadit. Annus 15 Tiberij, iuxta Dionyſium. |

| Anni Chr. | Anni Clau. | |
|---|---|---|
| 53 | 9 | Veranius & Gallus. Antonius Liberalis rhetor, grauiſsimas inimicitias cum Palæmone habuit. Claudius omnes Iudæos diſcedere à Roma præcepit: ut Ioſephus dicit. |
| 54 | 10 | Vetus & Seruilianus. Fame facta in Græcia, modius ſex drachmis uenundatus eſt. |
| 55 | 11 | Claudius & Ophritus. |
| 56 | 12 | Syllanus & Syluius. Claudius Felicem procuratorem Iudæam mittit, apud quem Paulus apoſtolus accuſatus, in defenſionem ſui perorat. Reſurrectio CHRISTI quinto calendis Aprilis, luna uigeſimaprima, ſecundum Dionyſium. |
| 57 | 13 | Tiberius 3, & Antoninus. Lazarus obijt ſecunda morte, dum 24 annis inter duas uixit mortes, Ammulario teſte. Sub Felice procuratore in Iudæa extiterunt multi, qui populum ſuis perſuaſionibus deciperẽt iniquis. Ex Ægyptijs quidam pſeudo propheta fuit, qui plurimos ſibi aſſocians, in ipſo magnarum rerum conatu, per exercitum Felicis opprimitur: ut ſcribit Ioſephus, conſentaneus apoſtolorum Actibus, in quibus Paulo dicitur à tribuno: Nónne tu es Ægyptius, qui ante hos dies concitaſti & reduxiſti in deſertum quatuor millia uirorum. Cyclus quartus decennoualis incipit indictione 15. |
| 58 | 14 | Syllanus & Otho. Agrippam eius uxor poſtquàm Claudium ueneno occidit, ut filium ſuum Neronem faceret regem, miſit repentè Byrrhum militiæ principem cum tribunis potentibus ad caſtra: & ductus, adoratus eſt more Principis: his conſulibus, teſte Caſsiodoro. Sic Claudius in palatio anno 44 ætatis obijt, menſe Martio. Et ſic Nero imperium cępit. Methodius ſic: Claudio tredecim annis, & tredecim menſibus Romanorum perfuncto imperio, Nero ſuſcepit principatum. |

K 4

NERO.

### NERO.

Romanorum 6, Cl. Nero regnauit annis 13, menſibus 7, diebus 28. hoc eſt, uſq; ad calendas Decembres, anno 39 poſt paſsionem Domini.

| Anni | Anni |
| Chr. | Ner. |

| 59 | 1 | Syllanus 2, & Antoninus. Huius auunculus fuit C. Caligula. Felice regnãte in Iudæa, ſeditio orta eſt in Cæſarea Palæſtinæ, & magnã Iudæorum multitudinem perdidit.

¶ Linus coëpiſcopus ſub Petro apoſtolo exteriora curauit, per annos undecim, menſes tres.

| 60 | 2 | Marcellinus & Auiola. Feſtus ſuccedit Felici, apud quem præſente Agrippa rege, Paulus apoſtolus religionis ſuæ rationem exponens, uinctus Romam mittitur: his conſulibus, teſte Caſsiodoro. Anno 2 Neronis, ideſt 26 anno poſt paſsionem Domini, & poſt biennium liberæ ſuæ cuſtodiæ ad prædicandum liber dimittitur. Anno 4 Neronis, Romani dicũt, Petrum annis 15 in Roma fuiſſe, antequàm Paulus ad Romam ueniret. Methodius ſic: A quo Feſtus mittitur in Iudæam ſuccedens Felici, apud quem cauſa dicta, Paulus uinctus mittitur Romam, Ariſtarcho ſe comitante: quem conſequenter in epiſtolis ſuis concaptiuum appellat.

| 61 | 3 | Nero & Verus. Probus Romæ eruditiſsimus grammaticus, clarus habetur.

| 62 | 4 | Nero 2, & Piſo. Stathius Vrſulus Tholoſenſis celeberrimè in Gallia rhetoricam docet.

| 63 | 5 | Nero 3, & Meſſala. Nero matrem ſuam Agrippinam, & ſororem patris interfecit. Terræmotus Romæ, & defectio Solis.

| 64 | 6 | Nero 4. & Cornelius. Nero tantæ luxuriæ fuit, ut frigidis & calidis ungeretur uel lauaretur unguentis. Feſto procuratori Iudææ ſucceſſit Albinus. Methodius ſic: Quo tempore Iudæi in Iacobum fratrem Domini, immanitatem nequitiæ ſuæ uertuntur. Iacobus filius Alphæi, frater Domini, quum 30 annis poſt paſsionem, Hieroſolymorum rexiſſet eccleſiam, octauo calendis Aprilis, ſancto die paſchę, à Iudæis lapidatur, uindicantes in eo quòd Paulum interficere non potuerunt. Quoniam itaque octauo calendarum Aprilium in paſcha paſſus ſit Iacobus: & hoc in anno 30 poſt paſſionem factum eſt, iuxta totam eccleſiam, atq; omnes hiſtoricos, ſatis apparet, quia ſexto calendarum Aprilis ſurrexit Dominus. Hic itaque annus 5 Neronis, ratione temporis, ſecundum falſam ſupputationẽ olympiadarũ eius, eſt ſeptimus: in quo antea iuxta Bedam Theophilum, in octauo calendarum Aprilium, Dominum reſurrexiſſe narrauimus. Reſurrectionẽ Domini in hoc anno octauo calend. Aprilis. Beda ſic putet propter ſupputationem, in qua Chronica Euſebij, & poſt eam ſuam Chronicam compoſuit, ab incarnatione Domini, ſicut ipſe dicit. Iacobo uerò paſſo, in thronum eius ſucceſsit ſuus frater Simeon, qui & Simon, aſſumitur. Hi fratres Domini dicuntur, quia mater eorum Maria, uxor Alphæi, ſoror erat Mariæ matris Domini. Quam Mariam Cleophæ dicit Iohannes: uel quòd Alphæus Cleophas, uel poſt natum Iacobũ defuncto Alphæo, Maria nupſit Cleophæ, cui Simeon filiũ genuit: qui Cleophas fuit frater Ioſeph. Hieronymus ſic: Ipſa etiam Maria eſt, quæ Iacobi Minoris ſcribitur mater, fuit uxor Alphæi, & ſoror matris Domini: quam Mariam Cleophæ Iohannes dicit, à patre uel à gentilitate familiæ, uel alia cauſa, uel binomina fuit. Fratres Domini appellantur, filij materteræ eius Mariæ, qui antea non credentes, poſtea crediderunt: uel unus eorum ſtatim non credidit: alij diu. Et hãc eſſe matrem Iacobi Minoris, quæ eſt mater Iacobi & Ioſeph, ſecundum Matthæum.

| Anni | Anni |
| Chr. | Ner. |

| 65 | 7 | Pætus & Turpilianus. Nero Romæ cithara cõtendens, cunctos

ſuperat

ſuperat:& tantæ ſuperbiæ fuit, ut retibus aureis piſcaretur, quæ funibus purpureis extrahebantur. Igitur Neronis 7 imperij anno, poſt Marcum euangeliſtam, eccleſiæ apud Alexandriam Amanus ſacerdotium ſuſcepit.

| Anni Chr. | Anni Ner. | |
|---|---|---|
| 66 | 8 | Marinus & Gallus. |
| 67 | 9 | Craſſus & Baſſus. |

Ante menſam Neronis fulmẽ cecidit. Marcus Euangeliſta carne exuitur ſancto die paſchæ, 7 die calendarum Maij: ut legitur in Martyrologio. Natiuitas ſancti Marci Euangeliſtæ 7 calendis Maij: hic diſcipulus & interpres ſancti Petri apoſtoli, rogatus Romæ à fratribus ſcripſit Euangelium: quod quanto cæteris tardius incohauit, tanto in longiora ſcribendo tempora porrexit. Ab initio enim Euangelicæ prædicationis quod per Iohannem factum eſt, cœpit: & uſque ad tempus quo Apoſtoli prædicauere peruenit. Quod quum Petrus audiſſet, probauit: & eccleſiis legendũ, ſua authoritate tradidit. Quo Euangelio aſſumpto, idem Marcus mittente Petro perrexit Ægyptũ, & primùm Alexandriæ CHRISTVM nuncians, conſtituit Eccleſiam. Erat autem tanta eius doctrina, uitæq́ continentia, ut omnes ſectores CHRISTI, ad exemplum ſuum cogeret. Cuius Petrus prima epiſtola meminit, Romam nomine Babylonis nominans. Salutat uos Eccleſia quæ eſt in Babylone collecta, & Marcus filius meus. Quiq́ conſtitutis & cõfirmatis eccleſiis per Lybiam, Maricam, Hammonicam, Pentapolim, Alexandriam atque Ægyptum uniuerſam, ad ultimum tentus eſt à paganis, qui remanſerunt in Alexãdriam. Qui uidentes, eum miſſas facientem, die ſancto Paſchæ, 7 calend. Maij, miſerunt funem in collum eius, & trahebant eum ad loca Bucoliæ, quæ erant iuxta mare ſub rupibus, ubi erat eccleſia conſtructa, defluebãtq́ carnes eius in terram, ac ſaxa inficiebantur ſanguine. Veſpere autem facto, miſerũt eum in carcerem, ubi circa mediam noctem primò angelica uiſitatione confortatus eſt. At mane, dum traheretur ad loca Bucoliæ, gratias agens, & dicens: Domine, in manus tuas commendo ſpiritum meum: obijt, & ſepultus eſt in loco lapidis exciſi, cum gloria, à uiris ſanctis, octauo anno Neronis. Hæc in Martyrologio. Quod autem noſtrum, non Hebræorum paſcha celebrauit, Marcus teſtis eſt, & etiã Beda ſuper Acta Apoſtolorum ita: Conſtat iam apoſtolum Petrum Romæ, die Dominico reſurrectionis Domini noſtri IESV CHRISTI paſcha celebraſſe. Cõſtat etiam hoc euangeliſtã Marcum ab eo miſſum, docuiſſe in Ægypto. Hęc Beda. Quomodo igitur indictione decima incepit primus annus Neronis in 22 anno poſt paſsionem, & indictione tertia, octauus eiuſdem annus finitur. In anno 33 poſt paſsionem, in quo 7 calend. Maij dominico die paſchæ paſſus eſt Marcus: & pagani carnes eius in terram radebant, tamen adhuc ſpiritum retinens uſque mane emicat, quòd CHRISTVS 6 calend. Aprilis reſurrexit à mortuis. Paſcha enim 7 calend. Maij, non antea uel poſt prædictum annum, quàm 92 annis habetur. Poſt Marcum euangeliſtam primus Alexandriæ eccleſiæ ordinatur epiſcopus Amanus, qui præfuit annis uigintiduobus.

| Anni Chr. | Anni Ner. | |
|---|---|---|
| 68 | 10 | Syllanus & Paulinus. |

Perſeus obijt anno ætatis 28. M. Anneus Lucanus Cordubenſis, poëta, in Piſoniana coniuratione deprehenſus, brachium ad ſecandas uenas præbuit medico. Nero ut ſimilitudinem Troię ardentis inſpiceret, plurimam partem Romanæ urbis accendit. In Aſia tres urbes terræmotu conciderunt, Laodicea, Hierapolis, Coloſſe. Albino ſuccedit Florus, ſub quo contra Romanos Iudæi rebellauerunt. Iunius Gallio frater Senecæ, propria ſe manu interfecit.

| | | |
|---|---|---|
| 69 | 11 | Theleſinus, & Paulinus. |

Duæ

Duæ tamen ſub Nerone prouinciæ factæ, Pontus Ptolemaicus, & Alpes Coctiæ. Coctio rege defuncto, multi nobilium Romæ à Nerone interfecti. Nero in olympiade coronatur.

| Anni Chr. | Anni Ner. | |
|---|---|---|
| 70 | 12 | Capito & Rufus. Linus his conſulibus paſſus 9 calend. Octobris. Cletus coëpiſcopus ſucceſsit annis 12. L. Annius Seneca Cordubenſis præceptor Neronis & patruus Lucani poëtæ, inciſione uenarum & ueneni hauſtu perijt. Nero ceritas, cithariſtas, tragœdos, aurigas, uario certamine ſuperans, & rurſum Schimia, Pithia, Actia celebrans, inter ceritas, tragœdos & cithariſtas coronatur. |
| 71 | 13 | Italicus & Turpilianus. Nero in expẽſas centies centena millia decreto Senatus annua ſubminiſtrat. Nero cũ cæteris uiris inſignibus & Octauiam uxorẽ interfecit: Cornutumq; philoſophum & præceptorem Perſii in exilium fugat. Muſonius & Plutarchus philoſophi clari habẽtur. |

¶ Petrus (ſicut in geſtis pontificum habetur) Clementem epiſcopum conſecrauit, eiq; cathedram & omnem eccleſiam diſponendam commiſit, dicens, Sicut mihi gubernãdi tradita eſt à Domino IESV meo CHRISTO poteſtas ligandi ſoluendiq;: ita & ego tibi committo, ut ordinans diſpenſatores diuerſarum cauſarum per quos actus eccleſiaſticos profligatus, tu minimè in curis ſeculi deditus reperiaris: ſed ſolummodo ad orationem & prædicationem uacare ſtude. Petrus ordinauit duos epiſcopos, Linum & Cletum, qui præſentialiter omne miniſterium ſacerdotale in urbe Roma populo uel ſuperuenientibus exhiberent. Beatus autem Petrus ad orationem & prædicationem populum erudiẽs uacabat. Linus fuit tempore Neronis, à conſulatu Saturnini & Scipionis uſque ad Capitonem & Rufum conſules: martyrio coronatur, & ſepelitur iuxta corpus beati Petri in Vaticano, 9 calendarum Octobris. Cletus fuit temporibus Veſpaſiani & Titi: à conſulãu Veſpaſiani anno primo, & Titi primo, uſque ad Domitianum 4. & à Rufo conſule paſſus & ſepultus, 6 calendar. Maij, iuxta corpus beati Petri in Vaticano. Clemens fuit temporibus Galliæ & Veſpaſiani à cõſulatu Turpiliani & Italici, uſque ad tertium annum Traiani imperatoris.

| Anni Chr. | Anni Ner. | |
|---|---|---|
| 72 | 14 | Syluanus & Otho. His conſulibus teſte Caſsiodoro, Nero Petrum & Paulum, & ſe interfecit. Methodius ſic: Tunc paſsi ſunt ſanctiſsimi apoſtoli Petrus & Paulus, ut Corinthiorum epiſcopus Dionyſius Romæ de Scripturis diſputans, dicit: Sed & uos habentes communionem à Petro & Paulo plantationem, Romanæ & Corinthiorum eccleſiæ coniunxiſtis. Ambo etenim ſimul, & aduẽtantes, & in noſtra Corinthiorum eccleſia docuerunt, & per omnem ferè Italiam, atque in hac urbe ſimul docentes, ſimul martyrio pariter uno eodemq; coronati ſunt. Igitur Iudæi debitis cladibus perurgebantur. Sancti uerò apoſtoli Domini & Saluatoris noſtri Thomas, ſortitus eſt Parthos, Matthæus Æthiopiã, Bartholomæus Indiam citeriorem, Andræas Scythiã, Iohãnes Aſiam: unde apud Epheſum & commoratus & defunctus eſt: cæteriq; apoſtoli atque diſcipuli, ad prædicandum uerbũ Dei per ſingulas quaſque orbis terræ prouincias, tanquam proprijs ſedibus pulſi, & poſiti in diſperſionem dirimuntur: quorum æmulatores per ſingulos Paulus nunc auditores, nunc commilitones, nunc etiã concaptiuos & collaboratores in Euãgelio, & comites nominat: de quibus Creſcẽs quidem ad Gallias profectus eſſe, Linus uerò & Clemens in urbe Roma eccleſiæ præfuiſſe perhibetur. Sed & Dionyſium Areopagitam apud Athenas, quem Lucas deſcribit, primùm Paulo prædicante, credidiſſe, & inter ſocios eius fuiſſe, & eccleſiæ Athenienſium ſacerdotium ſuſcepiſſe, |

Igitur

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

ſe. Igitur poſtquàm beatiſsimus Petrus apoſtolus Antiochenā eccleſiam primam confeſsione Chriſtiani nominis ſuper ſolidiſsimam petram fundauerat, & Pontum, Galatiam, Cappadociam ac Babyloniam, uerbo prædicationis illuſtrauerat, anno Dominicę incanationis 47, regni autem Claudij Cæſaris anno 4, ſuperna uiſione ordināte Romam ingreſſus, ſalutare cunctis credentibus fidem conſtantiſsima aſſertione prædicauit, eandemq́; potentiſsimis ſignis atq; uirtutibus cōprobauit, & eiuſdem Vrbis pontificatum 25 annis ſtrenuiſsimè rexit, ideſt uſque in ultimum annum Neronis fundata, itaque & ædificata Romanæ urbis eccleſia ſupra firmiſsimam petram, quæ CHRISTVS eſt, fidelis, nomine Petri: & quum iam per totam Italiam pullularent germina uitæ, tandem Spiritus ſancti præmonitus inſpiratione Germaniæ atque Galliæ urbium ſalutis ordinauit inferre. A dhoc denique opus eligitur ex ſuis diſcipulis uir magnarum exiſtens uirtutum, Eucharius, qui in ordine 72 diſcipulorum Domini, legitur fuiſſe tertius. Anno igitur Dominicę incarnationis 54, regni autem Claudij Cæſaris 11, Epiſcopatus uerò beati Petri apoſtoli in Roma 8, ſanctus Eucharius cum ſocijs ſuis Valerio atque Materno, ad prædicandum Gallicis gentibus à beato Petro apoſtolo directus, demum Treuerim peruenit. Cuius infidelitatis aciem deuincens, ueræ religionis arcem obtinuit, & eiuſdem Vrbis pontificatum 23 annis tenuit. Anno autem poſt paſsionem Domini ſecundo, Stephanus à Iudæis lapidatus eſt, & à CHRISTO coronatus. Anno uerò poſt paſsionem Domini tertio, Paulus ad fidem CHRISTI conuertitur: quiq; etiam pro eadem fide Domini noſtri IESV CHRISTI, anno poſt paſsionem Domini 25, regni autem Neronis anno ſecundo. Poſt quē ab Hieruſalem uſque ad Illyricum repleuit Euangelio CHRISTI Romam unctus, miſſus eſt, Ariſtarcho ſecum comitante. Anno itaque poſt paſsionem Domini 38, regni autem Neronis anno 14. qui & ultimus eodē tempore, eodemq́; die, quo Petrus Romę crucifigitur, iubente Nerone, ſimul & beatus Paulus, pro CHRISTO, iuſſu eiuſdem Neronis condemnatur, capite & in uia Hoſtienſi, ab urbe Roma miliario ſecundo traditur ſepulturæ. Quod & paſsio ipſorum Apoſtolorum, necnon & Hiſtoria tripartita, ueriſsimè teſtatur, ſcilicet quòd ambo pariter uno die martyrio ſunt coronati. Hucuſq; Methodius epiſcopus. L. Annius Melas frater Senecæ & Gallionis, bona Lucani poëtæ filij ſui à Nerone promeretur: primùm uerò ſupra omnia ſcelera ſua, etiam primam perſequutionem in Chriſtianos facit, in qua una die beatus Petrus crucifigitur, & Paulus gladio ceditur, anno 38 poſt paſsionem. Contra Iudæos qui certè Flori auaritiam nōn ferentes, rebellant, Veſpaſianus magiſter militiæ à Nerone tranſmittitur, & multas urbes in Iudæa capit. Flauius Ioſephus ſcriptor hiſtoricus, dux belli Iudæorū, quum à Romanis interficiendus eſſet, Veſpaſiano prædixit de morte Neronis & eius imperio. Leo ſecundus ſucceſſor Agathonis papæ, in ſua Decretali epiſtola ſic: Si autem Petrus apoſtolorum princeps, adiutores ſibi aſciuit Linum & Cletum, non tamen poteſtatem pontificij animas ligandi uel ſoluendi, normam eis tradidit. Sed Clementi ſucceſſori ſuo, qui ſedem apoſtolicam poſt eum & poteſtatem pontificalem tradenti ſibi beato Petro, tenere promeruit. Linum nanq; & Cletum, nihil legimus unquā feciſſe ex pontificiali miniſterio poteſtatiue, ſed quātum eis à beato Petro præcipiebatur, hoc ſolummodo agebant. Hæc Leo papa. Clemens ergo papa primus poſt petitionem, Romanam eccleſiam tenuit, uel cum Lino & Cleto, ſicut cum Petro fuerat. Poſt Petrū, imò etiam cum Petro primus papa ſanctus Clemens Romanā regit eccleſiam, ipſo teſte, Decretalis epiſtola

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

epiſtola Clementis Romani pontificis,ſic ait:Clemens Romanæ eccleſiæ præſul,Iacobo chariſſimo Hieroſolymorũ epiſcopo:quomodo ſicut à beato Petro apoſtolo accepimus omniũ apoſtolorum principe & patre, qui clauęs regni cœleſtis accipit,ęqualiter tenere debemus de ſacramentis quæ geruntur in ſanctis, te ex ordine nos decet inſtituere. Tribus enim gradibus commiſſa ſunt ſacramenta diuinorum ſecretorum,ideſt presbytero,diacono, & ſubminiſtro: hi cum timore & tremore,reliquias corporis Dominici debent cuſtodire.Fragmentorum neque putredo in ſacrario, & neque agatur negligenter,nec portioni corporis & ſanguinis Domini grauis inferatur iniuria.Communio enim domini noſtri IESV CHRISTI ſi negligenter agatur,& non curat admonere officia,graui anathemate perculſus pro iudicio digna humiliationis prodigia feriantur. Certè tanta in altari holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debent:quòd ſi remanſerint,in craſtinum non reſeruentur, ſed cum timore & tremore clericorum conſumantur. Qui autem reſidua corporis Dominici,quę in ſacrario relicta ſunt, conſumunt,non ſtatim ad communes accipiendos cibos conueniãt,nec putent ſanctæ portioni commiſcere cibum,qui per aqualiculos digeſtus, in ſeceſſum diffunditur. Si igitur mane Dominica pars porrigatur uſque ad ad ſextam, ieiunent miniſtri, qui eam conſumpſerint: & ſi tertia uel quarta hora acceperint,ieiunent uſq; ad ueſperam.Sic ſecreta ſanctificatione æterna, cuſtodienda ſunt ſacramenta. De uaſis ſacris,ſanè ita gerendum eſt, altaris pallia,cathedra,candelabrum et uelum, ſi fuerint uetuſtate cõſumpta, incendentur:quoniã non licet ea quæ in ſacrario fiunt,malè tractari: ſed incendentur. Cineres quoq; eorum in baptiſterio inferantur,ubi nullus tranſitus habeatur,aut in pariete uel in foſſis pauimentorum iactentur,ne introeuntium pedibus inquinentur.Nemo per ignorantiam clericus palla mortuum credat obuoluendum,uel ſcapulas operire diaconus uelit de his quæ fuerunt in altari.Qui fecerit laicus leuiter,ſi diaconus triennio & ſex menſibus à Dominico erit altari graui percuſſus, anathemate remouendus. Quòd ſi clericos presbyter non admonuerit, 10 annis & 5 mẽſibus excommunicatus ſit.Qui non docuit eos,de his & poſtea cum grandi humilitate matri reconcilietur eccleſiæ.Pallas uerò & uela ſanctuarij, diaconi cum humilibus miniſtris intra ſacrarium lauent, ne fortè puluis Dominici corporis foras extra ſacrarium malè decidat.Sindone foras delata, & erit hoc operãti peccatum,ideo in ſacrario miniſtris præcipimus cum omni diligentia cuſtodire. Peluis noua,munda,nihil aliud tangat ad Dominica altaris cultum,ubi pallæ lauẽtur. Vela autem non in ipſa,ſed in alia lauẽtur.Pręcipimus etiam,ne extra eccleſiam,ſiue laico de fragmentis oblationum ponatur ad menſam. Vnde ſcis,tu qui paſſim ſacrarij panes indignus impendis? unde noſti, ſi à mulieribus mũdi ſint, hi quibus impẽdis? Hinc & Dauid interrogatus ab Abimelech ſacerdote, quum ſe mundum ante triduum profiteretur à mulieribus,panes propoſitionis mãducauit.Miniſtri altaris preſbyteri diaconi,ad Dominica tales eligantur officia, qui ante ordinationem coniuges ſuas reliquerunt. Quòd ſi poſt ordinationem miniſtro contigerit propriè inuadere cubile uxoris ſacrarij,nõ intret limina,nec ſacrarij portitor fiat,nec altare cõtingat,nec ab offerentibus holocauſti oblationem ſuſcipiat,nec ad Dominici corporis portionem accedat, aquam ſacerdotum manibus porrigat, hoſtia forinſecus claudat,minora gerat officia, urceum ſanè ad altare uel calicem non ſuggerat:ſi fortè quiſpiã presbyter ſiue diaconus ſacrarij, uel uelum uendiderit, nouiter ſe inde Scariotis ſuſcepturum pœnam. Et poſtea ita concluſit Clemens;His ergo benè paratis ſenten-

tijs, ne quis hæc præcepta minimè credat implēda, & iudicij Dei ignis ęterni tormenta ſuſtineat, qui eccleſiaſtici operis ſacra neglexit. Hæc ergo frater Iacobe, de ore ſancti Petri iubentis, audiui: Si quis hæc præcepta non integra cuſtodierit, ſit anathema uſq; ad aduentum domini noſtri IESV CHRISTI. Hæc præcepta à ſancto Petro apoſtolo audiui, accepi, & tibi chariſſime frater Iacobe inſinuare curaui, ut ſeruari omnia præcipias ſine macula. Si quis audierit te, utilis erit miniſter IESV CHRISTI. Qui autem non audierit te, immo loquentem IESVM CHRISTVM per te, ipſe ſibi damnationem acquirit. Omnipotens Deus, chariſſime frater, te ſua protectione cuſtodiat: atque ad cœleſtis remunerationem patriæ cum multiplici animarum ſitum perducat. Deus te iterum iterumq; incolumem cuſtodiat reuerendiſſime. Amen.

Alia decretalis epiſtola Clementis Romani epiſcopi, ſucceſſoris beati Petri. Clemens urbis Romæ epiſcopus, & reliqua. Et infrà: De quibus & beatus Petrus inſtructor & ordinator noſter. Et paulò pòſt: Hęc Apoſtoli à Domino acceperunt, & nobis tradiderūt. Hæc nos docemus, uobiſq; hæc omnibus abſque reprehenſione tenere & docere, quibus agendum eſt, mandamus. Et poſtea: Dominus noſter IESVS CHRISTVS mittens diſcipulos ſuos præcepit nobis, in quācunq; ciuitatem intraueritis, dicite, Pax huic domui: & reliqua. Alia epiſtola Clemētis. Dilectiſſimis fratribus & condiſcipulis Hieroſolymis cum chariſſimo fratre Iacobo epiſcopo habitātibus, Clemens epiſcopus: & reliqua. Hæc dixit ſanctus Clemens. Sanctus ergo Clemens, non tantùm ſuceſſor beati Petri apoſtoli fuit, ſed etiam uiuēte Iacobo, nouem annis ante paſſionē Petri, Romanam cathedram tenuit, iuxta Scripturam, & deinde poſt Petrū 21, ideſt 12 cum Cleto, & 9 annos poſt eos, uſque dum in exilium miſſus eſt. Si ſanctus Clemens papa fuit, tunc ante decretalem iſtam epiſtolam ſancto Iacobo conſcripſit. Nullius autem legitur Decretalis epiſtola, niſi papæ. Qui anni nouem eius imputantur, quaſi Petrus Cletum tantùm ipſe ſolus cathedram teneret, & prætermittitur Anacletus papa ſecundus, poſt Petrum ſedens decē annis, qui non poſſunt ſub regibus ſupputari uſque ad Traianū imperatorem papæ quatuor. Iacobus autem in anno trigeſimo poſt paſſionem Domini, & Petrus 39 paſſus ſit. Traianus autem in anno 66 poſt paſſionem regere cœpit. Sub quo paſſus eſt ſanctus Clemēs, non epiſcopali poteſtate ſedis Apolicæ dicendo, ſit anathema. Linus ex pręcepto beati Petri præcepit, ne mulier niſi uelato capite eccleſiam intret. Cuius Paulus in Epiſtola ad Timotheum meminit, qui etiam martyrio 6 calēd. Decembris coronatur. Romę paſſi ſunt Proceſſus & Martinianus, & 47. qui baptizati ſunt à beato Petro, & in cuſtodia Mamurtini intruſi. Apuleius, Torpetus & Marcellus paſſi ſunt in Alexandria. Marcus euāgeliſta octauo anno Neronis, Mediolanis. Nazarius, Celſus, apud Maceriam Aquilegiam, Hermagoras epiſcopus, Fortunatus diaconus, cum Conſtantia. Oroſius presbyter ſic: At uerò Nero poſtquàm Galbam in Hiſpania imperatorem creatum cum exercitu cognouit, totus animo ipſe concidit. Siquidē Petro in urbe Roma interfecto, & Chriſtianis pœnarū diuerſitate laniatis, de Hiſpania illicò Galba ſurrexit. Quumq; inde Nero incredibilia perturbandæ immo ignominioſiſſimè ſubruēdæ reipublicæ mala moliretur, hoſtis à Senatu pronunciatus, & ignominoſè fugiens, ad quartum ab Vrbe milliarium in ſuburbano Libertini ſui, inter Salariā & Numentanam uiam, ſemetipſum interfecit, ætatis 32 anno, in quo omnis familia Auguſti conſumpta eſt.

### GALBA.

Romanorum rex 7, Galba. Seruius mox ut mortē Neronis comperit, Romam uenit. Qui quum antiquiſſimæ

quiſſimæ nobilitatis ſenator, anno 63 ætatis eſſet ab Hiſpanis & Gallis electus, mox ab uniuerſo exercitu libenter ſuſceptus eſt. Nam priuata eius uita inſignis erat, militibus & militarib⁹ ac ciuilibus rebus ſæpe conſul, ſæpe proconſul, frequenter dux grauiſſimis bellis. Huius breue imperium bono cœpit exordio, niſi propenſior erat ad ſeueritatē. Oroſius ſic: Quūq́ʒ enim auaritia, ſæuitia, ſegnitiaq́ʒ offenderet, ſibi Piſonem nobilem induſtriumq́ʒ adoleſcentem in filium atq́ʒ in regnum adoptauit. Cum quo inſidijs Othonis in medio urbis Romę foro capite truncatus eſt, menſe ſeptimo, ſeptimoq́ʒ die ſui imperij: ſepultusq́ʒ eſt in ſuis hortis in uia Aurelia, non longè à Roma. Hæc Oroſius. Hic igitur regnauit uſque ad menſem Iulium, in anno 39 poſt paſsionem, iuxta temporis rationem.

| Anno Chr. | Anno Gal. | |
|---|---|---|
| 73 | 1 | Veſpaſianus & Titus. |

M. Fabius Quintilianus Romam à Galba perducitur.

OTHO.

Romanorum rex 8, Syluius qui & Otho, Galba & Piſone Romæ interfectis, inter tumultus cędesq́ʒ intrauit imperium. Hic matre erat nobilior quàm patre, neutro tamen obſcuro: in priuata uita mollis, & Neronis familiaris, in imperio documētum ſui non potuit oſtendere. Nam quum Otho Galbam occidit, à Germanis Vitellius factus eſt imperator. Otho ergo quum mox creatum imperatorem in Gallia per Germanicas legiones Vitellium compeririſſet, bellum ciuile molitus eſt. Quum autem tribus primùm leuibus prælijs, hoc eſt, uno apud Alpes, alio circa Placentiam, tertio circa locum quem Caſtoris uocant, contra Valentem & Cinnam Valentinianos duces cōgreſſus uictor extitiſſet, quarto apud Betriacum bello quum audiſſet ſuos uinci, quum ingentes tamen copias haberet, & petentibus militibus ne tam citò de euentu belli deſperaſſet, dixit: Se tanti non eſſe, ut propter eum, bellū ciuile oriretur. Anno autem 38 ætatis ſuæ, imperij autem die 90, quo imperare cœperat, ſeſe interfecit: hoc eſt, in menſe Octobri, in eodem anno quo Galba occiſus eſt.

VITELLIVS.

Romanorum rex 9, Vitellius, regnauit menſibus 8, uſq́ʒ ad Octobrem menſem, in anno 40 poſt paſſionē Domini. Nota, quòd Galba, Otto & Vitellius, fuerūt inuaſores regni. Sed Veſpaſianus apud Iudæā ab exercitu Imperator appellatus eſt. Vitelli⁹ occiſo Othone potitus imperio cū ſuis Othonisq́ʒ militibus, ingenti gloria Romam uictor aduenit. Hic familia honorata ortus, magis quàm nobilis: & quamuis patre eius non admodum claro natus, tres tamen ordinarios geſſit conſulatus. Hic cum multo dedecore & graui ſæuitia, notabilis præcipuè ingluuie & uoracitate, uitam humanā proprijs malis aggrauauit: quippe quum de die ſæpe quarto uel quinto fertur epulatus. Notiſſimę certè cœna memoriæ mandata eſt, quam & frater Vitellius exhibuit, in qua ſupra cæteros ſumptus 2000 piſcium, & 7000 auium appoſita traduntur. Hic quum Neroni ſimilis eſſe uellet, & id adeò ſæpe faceret, ut exequias Neronis, quę humiliter ſepultæ erant, honoraret. Qui quum de Veſpaſiano comperit, primùm molitus eſt deponere imperium: ſed poſtea à quibuſdam animatus, Flauium Veſpaſianum fratrem, nihil tunc mali ſuſpicantem, cum cæteris Flauianis, in Capitolium compulit. Succenſo itaque tēplo, & mixta ſimul flamma ruinaq́ʒ, omnes in unum pariter interitum atque tumultum dedit. Poſtea deficiente in Veſpaſiani nomine, & ab exercitu ſuo deſtitutus, appropinquātibusq́ʒ hoſtibus, trepidus quū ſe in quandam proximam palatellam contuliſſet, turpiſſimè inde protractus eſt, & per uiam & Vrbem publicè nudus ſupra terram, erecta coma & capite ei ſubiecto ad mentum & paſſim fimum in os eius coniectātibus carnifi-

cibus, in forum deductus eſt, & ad pectus ab omnibus obuius impetitus, poſtremò apud Gemonias ſcalas graduũ minutiſſimorũ ictuum crebriſq; compunctionibus gladio ſtercore inuoluto excarnificatus eſt, deinde unco tractus, in Tiberim proiectus. Communi ideo ſepultura caruit. Vitellius uerò occiſus eſt 3 die mẽſis Octobris, Ioſepho Iudæorum hiſtorico teſte, & tũc uiuente. Euſebius ſic: Galba 7 menſe imperij ſui, in medio Romanæ urbis foro, capite trũcatur. Otho, 7 menſe regni ſui apud Veteracum, propria manu occubuit. Vitellius 8 menſe imperij ſui à Veſpaſiani ducibus occiſus, in Tiberim proiectus. Hoc autem tempus inter Neronem & Veſpaſianum, nec Euſebius, neq; etiam Beda ſupputat. Multis autem & nepharijs modis poſt cõplures dies à Veſpaſiani militibus (ideſt ab Antonino primo, & Martio, qui Vitellium occiderunt, ducibus Veſpaſiani) aduerſum Senatũ populumq; Romanum indiſcreta cæde ſæuitum eſt. Veſpaſianus autem quum iudices in urbe Hieroſolymorum, præcipuè ob diem feſtum paſchæ congregatos obſidione concluſiſſet: cognita morte Neronis, hortatu plurimorum regum & ducum, maximè Ioſephi ducis Iudæorũ ſententia: qui captus, quũ in uincula conijceretur, conſtãtiſſimè dixit (ſicut Suetonius refert) continuò ſe ab eodem Veſpaſiano imperatore ſoluendum, imperiũ adeptus, bellum Tito filio commendans, Romam per Alexãdriam proficiſcitur. Sed cognita morte Vitellij, pauliſper Alexandriæ ſubſiſtit. Titus uerò ab exercitũ pronunciatus eſt imperator, ut Suetonius refert. Ioſephus uerò uidens, qui ipſo præfuit bello, & apud Veſpaſianum poſt prædictum imperium ueniã gratiamq; meruit, ſcribit undecies centena millia gladio & fame perijſſe. Reliquos autem toto orbe diſperſos numero noningenta millia narratur. Veſpaſianus & Titus imperatores appellati, Methodius ſic: Igitur poſt Neronem, qui 14 annis obſedit Romam, culminis dignitatem. Galba & Otho, anno & ſex menſibus detento principatu defuncti, Veſpaſiano regni gubernacula derelinquunt, poſito per idem tempus in procinctu belli, quòd Iudæis intendatur: ubi ab ipſo exercitu cum quo oppugnabat Iudęam, ſubrogatur imperio. Hucuſq; Methodius. Colligitur omne tempus in ſecũdum annum Veſpaſiani, & nouiſſimam euerſionem Hieroſolymorum, à 15 anno Tiberij Cæſaris, & ab exordio euãgelicæ prædicationis anni 42. A captiuitate, quam ab Antiocho perpeſſi ſunt, anni 238. Porrò à Darij 2 anno, ſub quo rurſum templum ædificatum eſt, anni 590. A prima autem ædificatione templi ſub Salomone, uſque ad nouiſſimam eius ruinam, quæ ſub Veſpaſiano facta eſt, anni 1102.

VESPASIANVS.

Romanorum 10, Fl. Veſpaſianus ſecundum omnes regnauit annis 9, menſibus 11, diebus 22. hoc eſt, uſque ad calendas Octobres, in anno 50 poſt paſſionem Domini.

| Anni Chr. | Anni Veſp. | |
|---|---|---|
| 74 | 1 | Veſpaſianus 3, & Nerua. |

Methodius ſic: In cuius ſcilicet Veſpaſiani exordio Eucharius Treuericę eccleſiæ culmen, ipſe superni culminis dignitatem adeptus, anno Dominicæ incarnationis 75, Valerio dereliquit. Veſpaſianus autem apud Iudęam ſubrogatur imperio: iſq; confeſtim Romam tẽdens, Tito filio ſuo curam belli & Hieroſolymorum oppugnationes iniungit. Hucuſque Methodius. Capitolium Romæ incenſum.

[*Hic iterum amanuenſis aut abbreuiator lapſus eſt in conſulibus & annis Veſpaſiani.*]

| 75 | 4 | Veſpaſianus 4, & Titus 3. |
|---|---|---|

Cyclus decẽnoualis indictione 4. His conſulibus à Tito filio Veſpaſiani Iudæa capta eſt, ut Ioſephus dicit, undecies centena millia fame & gladio perierunt, & centum millia captiuorum uenditi. Hæc Flauius Ioſephus ait.

Euangeliũ ſecundum Matthæũ ſic: Amen dico uobis, Non relinquetur

hîc

hîc lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. Hieronymus ſic:Iuxta hiſtoriam manifeſtus eſt ſenſus,quia 42 anno poſt paſſionem Domini, ſub Veſpaſiano & Tito,ipſo cum templo magnificentiſſimo ciuitas funditus eſt euerſa,ita ut ſolo coæquaretur.Hucuſque Hieronymus. In anno ergo 42 poſt paſſionē Domini,hoc eſt,cum anno paſſionis, in quo incœpit Veſpaſianus annū 2, capta eſt Hieruſalē in diebus paſchæ,Ioſepho teſte,& ibi præſente. Sanctus quoq; ſpiritus per os Dauid ſic:Quanta malignatus eſt inimicus in ſancto,& gloriati ſunt qui oderunt te in medio paſchæ,& reliqua. Quum enim noluerint uerti ad pœnitētiam,Dominus eos expectante per annos 40.dignum erat,ut in tempore quo occiderunt Dominum,etiam ipſi occiderentur.Paſcha enim Hebræorū anno prędicto cōtigit,feria quarta,in qua congregati ſunt omnes principes ſacerdotum,& ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum,qui uocabātur Caiphas,& conſilium fecerunt,ut IESVM dolo tenerent & occiderent. Noſtrum autem paſcha 8 calend.Aprilis,in quo crucifixerunt Dominum, in quibus Titus ijſdem diebus cepit ciuitatem,deinde templū incendit,muros Hieruſalem uniuerſos ſolo coæquauit,& undecies centena millia gladio & fame periſſe,ſcribit Ioſephus Iudæorum hiſtoricus & tunc præſens, & cētum millia captiuorum uendita, & nonaginta millia diſperſa. Ideo autem tanta multitudo Hieruſalem erat tunc,quia ex omni Iudęa ad templum in diebus azymorum confluebant.

| Anni Chr. | Anni Veſp. | |
|---|---|---|
| 76 | 5 | Veſpaſianus 5,& Titus 4. |
| 77 | 6 | Veſpaſianus 6,& Titus 5. Veſpaſianus Capitolium ędificare orſus eſt Romæ. |
| 78 | 7 | Commodus & Rufus. Coloſſus erectus eſt, altitudinis habens pedes centum & ſeptem. |
| 79 | 8 | Veſpaſianus ſeptimò, & Titus ſextò. Gabinius rhetor celeberrimus in Gallia docet. |

| Anni Chr. | Anni Veſp. | |
|---|---|---|
| 80 | 9 | Syluanus & Verus. Tunc tres ciuitates Cypri terræmotu corruerunt. |
| 81 | 10 | Domitianus & Meſſalinus. Veſpaſianus colonias deduxit. Apollinaris epiſcopus ad Rauennam miſſus,paſſus eſt.Veſpaſianus profluuio uentris in uilla propria circa Sabinos obijt,69 ætatis ſuæ anno:& Titus ſibi ſucceſſit, his conſulibus, teſte ſenatore Caſſiodoro. |

## TITVS.

Romanorum 11,Titus filius Veſpaſiani, iuxta hiſtoriam Romanam, regnauit annis duobus,menſibus octo, diebus uiginti.hoc eſt, uſq; ad calendas Iunij,in anno quinquageſimo tertio poſt paſſionem Domini.

| Anni Chr. | Anni Titi | |
|---|---|---|
| 82 | 1 | Domitianus 2,& Rufus 2. Titus tantæ bonitatis fuit,ut quum quadam die recordatus fuiſſet in cœna,nihil ſe in illo die cuiquam præſtitiſſe,dixit:Amici,hodie diem perdidi. Mons Cypri ruptus in uertice,tantum ex ſe iecit incendium,ut regiones uicinas & urbes cum hominib9 exureret. |
| 83 | 2 | Domitianus 3, & Sabinius. Titus Muſionū Rufum philoſophū de exilio reuocat, & amphitheatrum Romæ ædificat,& in dedicatione eius quinque millia ferarum occidit.Titus obijt in uilla,qua & pater eius,anno ætatis 42,imperij autem anno 2,menſe 8.ſecundum hiſtoriā Romanā.Cui ſucceſſit frater eius iunior Domitianus,prædictis conſulibus,teſte Caſsiodoro. Methodius ſic:Qui ſi Titus patris imperio poſt decennium regni eius ſuccedit,ſed non amplius quàm duobus annis totidemq; menſibus principatu Romani apicis miniſtrato, Domitiano fratri rerum ſummam reliquit, qui Neronianæ theomachiæ & impietatis ſucceſſor efficitur: quum utique pater ſuus Fl. Veſpaſianus, nihil omnino aduerſus |

pietatem irrogarit iniuriæ. Secundo autem regni Titi anno, Cletum papam, Petri apoſtoli ſuceſſorem, 12 annis in ſacerdotio tranſactis urbis Romæ epiſcopatum tradidiſſe Clementi ferunt. Hucuſq; Methodius.

DOMITIANVS.

ROmanorum 12, Domitianus regnauit annis 15, menſibus 5, ſecundum omnes: hoc eſt, uſq; ad calendas Nouembres, in anno 68, poſt paſſionem. Sub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro.

Anni Chr. | Anni Do.

84 | 1 | Domitianus 4, & Rufus 3. Cletus his conſulibus paſſus eſt, ſexto calendis Maij, ſecundũ geſta Pontificum. Domitiani uxor, Auguſta fuit appellata.

85 | 2 | Domitianus 5, & Dolabella. Titus inter deos refertur.

86 | 3 | Domitianus 6, & Rufus 4. Domitianus eunuchos prohibuit. Tres uirgines Veſtæ, ob ſtuprum damnatæ. Methodius ſic: Quo tempore Valerius 15 annis, quum præſideret poſt Eucharium, qui 23 præceſſit Materno, curam paſtoralem dimiſit.

87 | 4 | Flauius & Traianus. Pluri mos ſenatorum Domitianus in exiliũ mittit. Methodius ſic: Quarto igitur anno Domitiani Cæſaris apud Alexãdriã, Amanus 22 annis miniſtrato ſacerdotio defunctus eſt: in cuius locum ſuccedit Albilius.

88 | 5 | Domitianus 7, & Nerua 2. Alexãdrinę eccleſiæ epiſcopus conſtitutus Albilius, qui præfuit annis tredecim.

89 | 6 | Traianus 2, & Glabrio. Domitianus templum ſine admixtione lignorũ conſtruxit, & deum & diuum ſe appellari iuſſit. Cuius anno 6, Clemens papa in exilium miſſus, ut uidetur, quum annis 9, & menſibus 2, & diebus 10, poſt Cletum cathedram teneret. Methodius ſic:

¶ In urbe Roma Cletus 12 annis in epiſcopatu exactis, ſacerdotij ſedem Clementi tradidit.

Anno Chr. | Anno Do.

90 | 7 | Domitianus 8, & Saturninus. Duo menſes aliter appellati, September Germanicus, & October Domitianus. Anacletus papa poſt Petrũ 2, Clementi ſuceſſit, annis 10, ipſo ita teſte: Anacletus ſeruus IESV CHRISTI, in ſede apoſtolica: & reliqua. Decretalis epiſtola Anacleti papæ. Et infrà alia: Nullus, ut ait beatus Clemens, anteceſſor noſter: & reliqua. Alia: Anacletus papa uniuerſis epiſcopis in Italia conſtitutis: Quam apoſtolicæ ſedis debitam reuerentiam erga me charitas ueſtra diſtribuit: & reliqua. Et poſtea: Et ut à beato Petro principe ſumus inſtructi, à quo & preſbyter ſum ordinatus: & reliqua. Alia: Prouincię autem multo ante aduentũ CHRISTI tempore diuiſerũt, maxima ex parte: & poſtea ab apoſtolis & beato Clemente præceſſore noſtro ipſa diuiſio eſt renouata: & reliqua. Alia: Anacletus ſeruus CHRISTI IESV in apoſtolica ſede à Domino cõſtitutus, et à ſancto Petro apoſtolorum principe presbyter ordinatus. Quomodo hactenus de his à beato Petro apoſtolo & reliquis apoſtolis & beato Clemente noſtro præceſſore & martyre, nouimus, ſtatutũ denegare uobis minimè poſſumus. Illi autem qui in metropoli à beato Petro, ordinante Domino, & præceſſore noſtro prædicto ſancto Clemente, ſiue à nobis conſtituti ſunt, non omnes primates eſſe poſſunt: & reliqua. Et poſtea: Aliæ autem primates ciuitates, quas uobis conſcriptas in quodam tomo mittimus à ſanctis apoſtolis & à beato Clemente, ſiue à nobis primates prædicatores acceperũt. Hæc uerò ſacroſancta Romana & apolica Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino ſaluatore noſtro primatum obtinuit, dicens beato Petro apoſtolo: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo: & reliqua, uſq;, Erunt ſoluta & in cœlo. Adhibita eſt etiam ſocietas in eadem Romana urbe beatiſſimi Pauli apoſtoli, electionis

qui

qui uno die, unoq́; tempore glorioſa morte cum Petro ſub principe Nerone agonizans coronatus eſt. Et poſtea ait: Ergo Apoſtolorum princeps beatus Petrus de ſancto præceſſore noſtro Clemente plebibus prædicando, docens eas qualiter ei obedire deberent, eumq́; obſeruare. Si alicui eſt inimicus, Clemẽs pro actibus ſuis, uos nolite expectare, ut ipſe uobis dicat, cum illo uos nolite amici eſſe: ſed prudenter obſeruare debetis & uoluntati eius, abſque communione obſequundare & amare uos: ſeparate ab eo, cui ipſum ſentitis aduerſum: ſed nec loqui his, quibus ipſe non loquatur, ut unuſquiſque in hac culpa eſt, dum cupit omnium ueſtrûm amicitias ferre, feſtinet citius recõciliari ei, qui omnibus præeſt: & pro hoc redeat ad ſalutem, quum obedire cœperit monitis præſidentis. Si uerò quis amicus fuerit his, quibus ipſe non loquitur, unus eſt & ipſe ex illis, qui exterminare Dei eccleſiam uoluit: & reliqua. Hucuſque Anacletus papa.

Anacletum uerò omnino Euſebius prætermiſit, quoniam Linus & Cletus, qui non fuerũt papæ, & Clemens atque Anacletus à paſsione Petri, in ultimo anno Neronis uſque ad Traianum, non poſſunt ſimul ſub regibus ſtare. In loco enim annorum Clementis, quibus poſt Petrum cum Lino & Cleto, ſed ſimul poſt Petrum nouem fuerũt, uel cum Cleto tãtùm Clemens cathedrã tenuit, Linus & Cletus ſunt poſiti: & in loco Anacleti papæ, qui poſt Clementem decem annis ſucceſsit, Clemens poſitus.

| Anni Chr. | Anni Dom. | |
|---|---|---|
| 91 | 8 | Syluanus, & Priſcꝰ. Quintilianus ex Hiſpania Calaguritanus, primus Romæ publicam ſcholam & ſalarium ex fiſco accepit, & claruit. |
| 92 | 9 | Aſprenas, & Clemẽs. Domitianus plurimos nobiliũ in exilium mittit, atque occidit. Mathematicos quoquè & philoſophos ex urbe Romana pepulit. Cyclus 6 decennoualis. |

| Anni Chr. | Anni Dom. | |
|---|---|---|
| 93 | 10 | Domitianus 9, & Clemẽs 2. Multa opera Romæ facta, in quibus Capitolium, Forum trãſitorium, Veſpaſiani templum, Minerua Chalcidica, forum Traianum, thermæ Traianæ & Titianæ, ſenatus, ludus matutinus, mica, area diuorũ, porticus Iſium, ac Serapis ſtadium, horrea piperaſa. His conſulibus Anacletus papa obijt, ſecundum geſta Pontificum. Domitianus prohibuit uites in urbibus ſeri. |
| 94 | 11 | Nerua 2, & Rufus. Domitianus tãtæ ſuperbiæ fuit, ut aureas & argenteas ſtatuas ſibi in Capitolio poni iuſſerit. Maxima uirginum Veſtalium Cornelia, conuicta eſt ſtupri, & iuxta legem uiua defoſſa. |
| 95 | 12 | Sabinus & Antoninus. Fl. Ioſephus uigeſimum librum Antiquitatum huius temporis ſcribit. |
| 96 | 13 | Nerua 3, & Traianus 3. Secundus poſt Neronem Domitianus perſequitur: & ſub eo Apoſtolus Iohannes in feruentis olei doliũ miſſus ante portam Latinam, ſed non eſt læſus, quia à corruptione carnis erat immunis: deinde in Pathmũ inſulam relegatus, Apocalypſin uidit, quam Irenæus interpretatur. His conſulibus Clemens papa paſſus eſt, ſecundũ geſta Pontificum. |
| 97 | 14 | Senecio & Palma. Domitianus rurſum philoſophos & mathematicos Romæ per edictum extrudit. Apollonius Thyanæus & Euphrates inſignes philoſophi habentur. Romæ 6 calendis Maij, natale Anacleti papę & martyris: ſub Domitiano paſſus, qui memoriam beati Petri conſtruxit & cõpoſuit, ubi epiſcopi reconderentur. ¶ Euariſtus papa 4 poſt Petrum, annis 10 & menſibus 2 ſedit. |
| 98 | 15 | Traianus 4, & Fronto. Domitianus eos qui de genere Dauid eſſent, conquiri & interfici iuſsit, ut nullus Iudæorum regni reliquus foret. Scribit Brutius, plurimos Chriſtianorum ſub Domitiano feciſſe martyrium, inter quos & Flauiam Domi- |



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

cillam, Flauij Clementis cõſulis ex ſorore neptem, in inſulam Pontianam relegatam, quia ſe Chriſtianam eſſe conteſtata eſt. Multa ſigna atq; portenta Romæ & toto orbe facta: & in ſuburbano Romæ bos ad arantem loquutus eſt, Fruſtra ſe urgeri, non enim frumenta, ſed homines breui defuturos. Domitianus ſuorum coniuratione occiſus eſt in palatio, anno ætatis 35, & per ueſpiliones ignobiliter portatus: cui Nerua ſucceſſit.

### NERVA.

Romanorum 13, Nerua, Euſebio & Beda teſte, regnauit anno 1, menſibus 4, diebus 8. hoc eſt uſq; ad calendas Martias, poſt paſſionem anno 70. ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro. Methodius ſic: Domitiano 15 annis imperio potito, Nerua ſuſcepit principatũ: ſub quo omnes boni tituli, qui in Domitianum collati fuerant, detrahuntur.

| Anni Chr. | Anni Ner. | |
|---|---|---|
| 99 | 1 | Traianus 5, & Orphitus. |

Alexandriæ 3 epiſcopus Cerdo, annis 11. Senatus decreuit, ut omnia quæ Domitianus ſtatuerat, in irritum deducerentur. Itaque multi quos iniuſtè eiecerat, de exilio reuerſi ſunt, & nonnulli propria bona ſua receperũt.

| 100 | 2 | Seuerio 2, & Sura. Aiunt & apoſtolum Iohannem inter reuerſos de exilio ſolutum, Epheſum reuertiſſe: in qua urbe hoſpitiolum & amicos ſuis amantiſſimos habebat. Euangelium quoq; contra hæreticos cõſcribit. Iuſtus à Tiberiade Iudæorũ ſcriptor agnoſcitur. Romæ paſſus Eutyches, Victorinus & Marcus: apud Minturninã urbẽ Victorinus epiſcopus frater Seuerini. Nerua obijt in hortis Salluſtianis, 72 ætatis anno, quum iam Traianum adoptaſſet in filium, his conſulibus, teſte Caſſiodoro, Traianus Agrippinæ in Gallijs imperator factus, natus in Hiſpania. Methodius ſic: Nerua poſt annum plus minúſue defuncto Traianus ſuccedit imperio. Qua tempeſtate, apud Antiochiam Euodius primus fuerat: & Ignatius famæ celebritate uulgatus, poſt Petrum ſecunda ſucceſsione epiſcopatum ſortitus, quem ſermo tradit de Syriæ partibus ad urbẽ Romã trãſmiſſum, & pro martyrio CHRISTI ad beſtias datum. Poſt hunc rexit eccleſiã ciuitatis eiuſdem heros. Inter eoſdẽ ſanè floruit uir æquè inſignis Quadratus, qui unà cũ Philippi filiabus in Prophetica gratia celeberrimus fuiſſe perhibetur. Sed & alij plurimum per idem tempus Apoſtolorũ diſcipuli ſuperſtites erant, qui eccleſiæ ſanctæ ædificia cõſtruentes, regnum cœlorũ per omnem terram uerbo Dei conſecrabant, augentes perfectionis ſalutare præceptum, ut expeditis in prædicatione Euangelij electis, ad alias gentes aliasq; urbes properarẽt: & uel principes uel Euangeliſtæ uel paſtores ipſorum Apoſtolorum ſuppares, poſt primas ſucceſſiones in eccleſiis quæ per orbem terræ ſunt, fungebantur officio. De quibus poſt Maternũ, qui 40 annis Treueri prædicationis regimen tenuit, quidam Auſpicius reſedit. Deinde inſignes per legitimas ſucceſsiones & ſanctitate & gratia pollentes, extiterunt, ſanctiſſimus quiſque nomine uel meritis celſus, animo ſublimis, ſed & genere clarus, non ſegnis, patriæ ſemper ubique uigens, affectu pio, honore actuq;, Serenus, Felix, Manſuetus, Clemens, Moſes, Martinus, Anaſtaſius, Andreas, Ruſticus, & author Fabricius, & Fortunatus, atque Caſſianus, necnon & Marcus, cæteriq; quàm plurimi, qui ſuis diuerſis temporibus, non ſolùm propria prouincia, ſed & in extremis & ultimis induſtrij & illuſtres, non ſolùm confeſſione, quin & martyrio exiſtentes, regna etiam tyrannorum uicerunt. Igitur in urbe Roma, tertius poſt Petrum Clemens, pontificatum ſuſcepit anno ſcilicet poſt paſſionem Apoſtolorum Petri & Pauli, uigeſimoſeptimo, ſed temporibus Domitiani, Neruæ & Traiani. Cuius ſexto ſacerdotij

ſacerdotij anno, Domitianus quindecim annis ſui principatus exactis, uiuendi finem fecit. Poſt quem imperium Nerua ſuſcepit: quo poſt annum plus minus defuncto, Traianus ſuccedit imperio. Cuius tertio principatus anno, Clemens apud Romam annis nouem, menſibus duobus, diebus decem, ſacerdotio miniſtrato diuini uerbi tradidit miniſterium. Hucuſque Methodius.

TRAIANVS.

ROmanorum 14, Traianus regnauit annis octodecim, menſibus quindecim. hoc eſt, uſque ad calendas Septembres, in anno octuageſimo nono poſt paſſionem: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro.

| Anni | Anni |
| Chr. | Trai. |

| 101 | 1 | Traianus 6, & Max. Decreto ſenatus Nerua in deos translatus.

| 102 | 2 | Senecio 3, & Sura. Hoc anno ſcilicet centeſimo tertio incarnationis, ſecundum Dionyſium, in fine diei Dominici ſubſequente, ſexta calendis Ianuarijs, perhibetur Iohannes dormire. Methodius noſter ſic: ¶ Traiani tertio principatus anno Clemens apud Romam 9 annis, menſibus 2, diebus 10, ſacerdotio miniſtrato, Euariſto, diuini uerbi tradidit miniſterium. Hucuſque Methodius.

| 103 | 3 | Vrbanus & Marcellus. Irenæus enim epiſcopus ſcribit Iohãnem apoſtolum uſq; ad Adriani tempora permanſiſſe. Poſt quem diſcipuli inſignes fuerunt, Papias Hieropolitanus epiſcopus, & Polycarpus Smyrnæus, necnon Ignatius Antiochenus epiſcopus.

| 104 | 4 | Candidus & Quadratus. Traianus de Dacis & Scythis triumphauit Romæ.

| 105 | 5 | Commodus & Cerealis. Traianus uicto rege Decibalo Daciã fecit prouinciam. Hebræos, Sarmatas, Croneos, Arabes, Boſphoranos, & Colchos itidem accepit. Seleuciã, Cteſiphontem & Babylonem occupauit, & tenuit quoq; Perſiam & Mediam. Methodius ſic: Imperator in mari rubro claſſem inſtituit, & per eam Indiæ fines uaſtat.

| Anni | Anni |
| Chr. | Trai. |

| 106 | 6 | Gallus & Bradua. Decretalis epiſtola Euariſti papæ data eſt Gallo & Bradua uiris clariſſimis conſulibus: ſub quibus paſſus eſt Iohannes apoſtolus, 68 annis poſt paſſionem Domini, ætatis ſuæ 98, Epheſi placida morte quieuit. Romæ aurea domus inceditur.

| 107 | 7 | Aphricanus & Criſpinus. Terræmotu quatuor urbes Aſiæ ſubuerſæ, Eleamyrina, Pitanæ, & Cunæ: Galatiæ, tres: Græciæ, duæ.

| 108 | 8 | Criſpinus 2, & Solennus. Alexandriæ eccleſiæ quartus epiſcopus ordinatus, nomine primus Euariſtus papa, qui annis 12 ſedit, obijt 12 calendis Ianuarijs.

| 109 | 9 | Piſo & Ruſticus.

¶ Alexander papa quintus poſt Petrum, annis 10, & menſibus 5. Traiano Chriſtianos perſequẽte Simeon filius Cleophæ, qui poſt Iacobum Hieroſolymis tenebat epiſcopatũ, crucifigitur omnibus mirantibus & ipſo iudice, ut 120 annorum ſenex, crucis ſupplicium pertuliſſet. Cyclus ſeptimus decennoualis incipit, indictione duodecima.

Methodius ſic: Qui quum octauum ſacerdotalis adminiſtrationis annum impleſſet, decimo Traiani Cæſaris principatus anno, Alexander quinta ſucceſſione poſt Petrum Romanę plebis gubernacula ſortitus eſt.

| 110 | 10 | Traianus & Aphricanus. Ignatius quoq; Antiochenæ eccleſiæ epiſcopus, Romam perductus, beſtijs traditur: poſt quem tertius cõſtituitur epiſcopus Oron. Plinius ſecũdus, quũ quãdam prouinciam & in magiſtratu ſuo plurimos Chriſtianorum interfeciſſet, multitudinẽ eorum perterritus quæſiuit de Traiano quid facto opus eſſet. nunciãs ei quòd præter obſtinationem non ſacrificandi, & antelucanos cœtus ad canendũ cuidam CHRISTO, ut Deo: nihil apud eos reperiri: præterea

præterea ad conſiderandam diſciplinam, uetari ab his homicidia, furta, adulteria, latrocinia, & his ſimilia. Ad quem commotus Traianus reſcripſit: Hoc genus inquirendum non eſſe, oblatos uerò puniendos, Tertullianus refert in Apologetico.

|Anni|Anni|
|Chr.|Oct.|

|111| 11|Celſus & Criſpinus. Plinius ſecundus Nouocomenſis orator & inſignis hiſtoricus habetur: cuius plurima ingenij opera extant.

|112 12|Haſta & Piſo. Tres Galatię ciuitates terræmotu erutæ. Pantheon Romæ fulmine concrematum.

|113| 13|Meſſala & Pædio. Poſt Iuſtum eccleſiæ Hieroſolymitanæ epiſcopatum 4, ſuſcepit Zachæus.

|114| 14|Æmylius & Vetus. Poſt quem 5, Thobias: cui ſucceſſit 6, Beniamin: ac deinde 7, Iohannes: & 8, Matathias: poſt illum 9, conſtituitur Philippus.

|115| 15| Niger & Apronianus. Traianus Armeniã, Aſſyriam & Meſopotamiam fecit prouincias.

|116| 16|Clarus & Alexander. Iudæi, qui Lybiæ erant, aduerſus cohabitatores alienigenas dimicant: ſimiliter in Ægypto, & in Alexãdria: apud Cyrenen quoq; & Thebaiden magna ſeditione contendunt: uerũ gentilium pars ſuperat in Alexandria.

|117| 17|Adrianus 2, & Salinator. Iudæis Meſopotamiæ rebellantibus præcepit imperator Traianus Lyſiæ Quieto, ut prouinciã exterminaret: aduerſus quos Quietus, ui aciẽ inſtruẽs, infinita eorũ millia interfecit. Ob hoc procurator Iudææ ab imperatore decernitur. Salaminiã urbẽ Cypri, interfectis in ea gẽtibus ſubuerterũt Iudęi.

|118| 18|Adrianus 2, & Ruſticus. Alexandri papę paſsio, 5 nonas Maij, Romæ, uia Numentana, ab Vrbe miliario 7, cum Euentio & Theodolo presbyteris, ſub Traiano imperatore, iudice autem Aureliano decollatus. Siquidem Adrianus non adhuc imperabat, ſed in Martyrologio legitur,

¶Sixtus papa ſextus, annis decẽ, menſibus undecim. Qui cõſtituit in decretis, ut ſacra myſteria non tractentur, niſi à ſacris miniſtris: & intra actionem miſſarum, Sanctus, & Gloria in excelſis cantari. Romæ paſsi ſunt Clemens & Alexander papæ, Quirinus cum filia Balbina, Sulpitius & Seruilianus, Domicilla & Seraphia uirgines, Neræus & Achilæus, Ignatius Antiochenus epiſcopus, & diſcipulus Iohannis.

|Anni|Anni|
|Chr.|Adr.|

|119| 19|Seruilius, & Fuluius. His cõſulibus, teſte Caſſiodoro, Traianus apud Seleuciam Biſaurię obijt profluuio uentris, anno ætatis 63, menſe 9, die 4. Menſis autem 9, eſt ſecundum Latinos September. Oſſa eius in urna aurea collocata, ſub colũna fori, quod eius nomine uocitatur, recõdita ſunt: cuius columnæ altitudo 1140 pedes erigitur. Huic ſuccedit Adrianus, utraq; lingua peritiſsimus, natione Italus, ex conſobrina Traiani, qui regnauit annis 20, menſibus 10, diebus 29. Methodius ſic: Alexandri 9 papæ ſacerdotij anno, Traianus Cæſar 20 annis minus 7 mẽſibus, principatu perfuncto obijt, & Ælius Adrianus in ſceptro ſuſcipitur, & annis uiginti uno regnauit.

## ADRIANVS.

ROmanorum 15, Adrianus regnauit annis 21, mẽſibus 10, diebus 20, hoc eſt, uſq; ad calendas Auguſti, in anno 111 poſt paſsionem, ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro.

|Anni|Anni|
|Chr.|Adr.|

|120| 1 |Verus & Augur. Adrianus Alexandriam à Romanis ſubuerſam, publicis inſtaurauit expenſis.

|121| 2 |Auiola & Panſa. Adrianus Iudæos capit, ſecundò contra Romanos rebellãtes. Senatus Traianum in deos refert.

|122| 3 |Paternus & Torquatus. Adrianus reliqua tributa urbibus relaxauit chartis publicę incẽſis: plurimos tributis

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

tributis etiam liberos præſtitit. Methodius ſic: Tertio eiuſdem Ælij Adriani anno principatus, Alexander epiſcopus Romanæ urbis ſacerdotiũ ſimul ac uitã finiuit, decennio expleto. Poſt hunc 6 põtifex ab Apoſtolis ordinat̃ Sixtus. Hucuſq; Methodius. Plutarchus Cheronæus, Agathobolus & Oenomaus philoſophi clari habetur.

| Anni | Anni |
|---|---|
| Chr. | Adr. |

|123| 4 |Glabrio & Apronianus. Bellum cõtra Sauromatas geſtũ. Terræmotu facto Nicomedia ruit, & Nicenæ urbes plurimæ euerſæ ſunt, ad quarum inſtaurationem de publico eſt largitus expenſas.

|124| 5 |Aſiaticus & Aquilinus. Euphrates Stoicus philoſophus moritur. Adrianus in Lybiam, quæ à Iudæis uaſtata fuerat, colonias deducit.

|125| 6 |Verus & Ambiguus. Adrianus Athenienſibus leges petentibus ex Draconis & Solonis reliquorumq; libris iura compoſuit.

|126| 7 |Gallicanus & Titianus.

|127| 8 |Torquatus & Libo. Hieroſolymorũ 10, poſt Philippum conſtituitur epiſcopus Seneca. Poſt quem 11 Iuſtus. 12, Leui. 13, Ephres. 14, Ioſes. 15. Iudas. Hi omnes uſq; ad euerſionem quam ab Adriano perpeſſa eſt Hieruſalem, ex circunciſione epiſcopi fuerunt. Hæc Methodius.

|128| 9 |Celſus & Marcellin. Quadratus, diſcipulus apoſtolorũ, & Ariſtides Athenienſis ſupra philoſophos libros pro Chriſtiana religiõe Adriano dedere cõpoſitos. Methodius ſic: Cyclus 8 decennoualis incipit indictione prima. Anno 6 Sixti ſacerdotij, imperij autem Ælij Adriani Cęſaris 8 anno, ſanctus Maternus Treuericæ ſedis archiepiſcopus, 40 annis poſt Valerium, ſui pontificatus dignanter expletis, ad cœleſtia tranſiuit, anno Dominicæ incarnationis 128.

|129| 10 |Pontianus & Rufinus. Serenus Granius, legatus, uir apprimæ nobilitatis, literas ad imperatorem miſit, iniquum eſſe dicens, clamoribus uulgi, innocentium hominum ſanguinem ſpargi, & ſine ullo criminis nomine, tamen & rectè reos fieri.

| Anni | Anni |
|---|---|
| Chr. | Adr. |

|130| 11 |Augurinus & Sergianus. Quibus commotus Adrianus, Minutio Fũdanę proconſule Aſiæ ſcripſit, ſiue obiectu criminũ Chriſtianos nõ condemnãdos: cuius epiſtolæ uſq; ad noſtra tẽpora declarat exemplũ. Imperator Adrianus pater patrię appellat̃.

|131| 12 |Tiberius & Syllanus. Sixtus papa paſſus 8 idus April. ¶ Theleſphor⁹ papa 7 poſt Petrũ, annis 11. hic cõſtituit, ut 7 hebdomades plenas ante paſcha, omnes clerici à carne abſtinent, in nocte natiuitatis Domini miſſæ celebrentur: & ut ad miſſam Gloria in excelſis cãtaretur. Methodi⁹ ſic: Romæ autem anno 12 Ælij Adriani principatus, Sixto, 12 annis Romanæ eccleſiæ gubernalis functo, Theleſphorus 7 pontifex ab Apoſtolis ſubrogatur. Hucuſque Methodius. Antiochię conſtituitur 4 epiſcopus Cornelius.

|132| 13 |Sergius, & Verus. Alexãdrinæ eccleſiæ 6 epiſcopus Eumenes conſtituitur.

|133| 14 |Pompeianus, & Atilianus. Templum Romæ Veneris ſub Adriano in Vrbe factum eſt.

|134| 15 |Põpeianus, & Cõmodus. Adrianus inſignes & plurimas ædes Athenis quum feciſſet, agonem ædidit, bibliothecamq; extruxit.

|135| 16 |L. Ælius, & Albinus. Iudæi in arma uerſi, Palæſtinam depopulati ſunt, tenente prouinciã Tinio Ruſo, cui ad opprimẽdos rebelles Adrianus miſit exercitum.

|136| 17 |Camerinus & Niger. Chochelas dux Iudaicæ factionis nolentes ſibi Chriſtianos aduerſus militem Romanum ferre ſubſidium, omnimodis cruciatibus necauit.

|137| 18 |Antoninus & Præſens. Bellum Iudaicum quod in Palæſtina gerebatur finem accepit, rebus Iudæorum penitus compreſſis, ex quo tempore etiã introẽundi eis Hieroſolymam

lymam, licētia ablata eſt primùm Dei nutu, ſicut Prophetæ uaticinati ſunt, deinde Romanis interdictionibus.

| Anni Chr. | Anni Adr. | |
|---|---|---|
| 138 | 19 | Antoninus 2, & M. Ælius. Hieroſolymæ primus ex Gētibus conſtituitur Marcus, ceſſantibus epiſcopis, his qui fuerunt ex Iudæis numero 15 poſt paſsionem Domini per annos 107. ſicut Euſebius & Beda perhibent. Da igitur annos 34 Domini uſque in paſsionem Domini, & 107, fiunt 141 anni, uſque ad annum quo omnes Iudæi ex Hieruſalem ſunt proiecti. |
| 139 | 20 | Seuerus & Syluanus. Ælia ciuitas, ideſt Hieruſalem, ab Ælio Adriano condita eſt, & in fronte eius portæ qua Bethlehem egreditur, ſubſculptus in marmore, ſignificans Romanę poteſtati ſubiacere Iudæos. Nōnulli à Tito Æliano Veſpaſiano filij extructam arbitrantur. Hieronymus dicit: ab Adriani temporibus uſque ad imperium Conſtantini, per annos circiter 180. in loco reſurrectionis Domini, ſimulachrum Iouis in crucis rupe ſtatutum, ex more Veneris, à Gentilibus poſitum colebatur: æſtimantibus perſequutionis authoribus quòd tollentur fidem nobis reſurrectionis & crucis, ſi loca ſancta per idola polluiſſent. |
| 140 | 21 | Rufus & Torquat⁹. Hoc tempore erat Aquila Ponticus ſecundus interpres poſt Septuaginta interpretes, qui Scripturas de Hebręo trāſtulit. Theleſphorus papa paſſus nonis Ianuarijs. |

¶ Iginius papa 8 poſt Petrum annis 4. Hic conſtituit clerū, & diſtribuit eccleſiaſticos gradus. Romæ paſsi ſunt Sixtus & Theleſphorus papa. Getulius, Sabina & Seraphia uirgines, apud Meſſanam ciuitatem Apuleiæ Eleutherius epiſcopus cum Anthea matre, Dionyſius epiſcopus Areopagita apud Tiburtinam urbem Italiæ, Symphoroſa cum ſeptem filijs ſuis. Apud Athenas Quadratus & Ariſtides clareſcunt. His conſulibus Adrianus intercutis aqua morbo apud Baias in Campania moritur, anno 21, menſe 10, die 20. ſicut in Romana hiſtoria habetur: cui ſucceſsit Antonin⁹ Pius, ſub quo ſequentes conſules fuerunt, teſte Caſsiodoro. Methodius ſic: Verùm Ælius Adrianus 21 anno ſui principatus diem obijt: & Antoninus cognomento Pius, Romanum ſuſcepit imperium. Huius primo imperij anno Theleſphorus annis 11, ſacerdotio in Vrbe adminiſtrato, uita deceſſit: & Iginius epiſcopatus ſortem Romanæ eccleſiæ ſuſcepit. Veruntamen Irenæus refert, Theleſphorum martyrio uitam finiſſe. In Hieroſolymis ſanè epiſcoporum tempora ſucceſsionesq́ nullis ad integrum monumentis conſeruata reperimus: eo quòd ualde ad breue tempus, mortis celeritate prærepti, ſacerdotio functi, ſinguli quique perhibeantur: ita ut quantum ex ueterum lectione comperio, ad tempora uſque principis Adriani, ſub quo Iudæi excidium paſsi ſunt, tradunt 15 epiſcoporum ſucceſsiones eſſe decurſas, quos omnes aiunt Hebræos antiquæ originis extitiſſe, & ſcientiam CHRISTI fideliter recepiſſe: & ideo incunctanter ab his qui poterant de fidei merito iudicare ſacerdotio, quod uiſos eſſe digniſsimos: quippe quum omnis tunc eccleſia ex Hebræos fidelibus coaceruata firmataq́ uideretur, incipientibus ab apoſtolis, & perdurantibus nimirum uſque ad illud tempus excidij, quo Iudæi iterum deficientes à Romanis, magnis prælijs ſubiugati ſunt. Igitur quia per idem tempus aſſumere epiſcopos ex circunciſione ceſſatum eſt: neceſſarium uidetur, omnes à primo uſque ad id temporis enumerare pariter ſacerdotes.

Primus itaq; Hieroſolymorum epiſcopus Iacobus, qui frater Domini eſt habitus, id eſt conſobrinus.

Poſt hunc, ſecūdus, Simeon electus eſt, frater eiuſdem Iacobi, qui filij fuerant Cleophæ & Mariæ materteræ matris Domini.

Tertius

Tertius Ioſeph, qui cognominatus eſt Iuſtus, qui ad ſuppletionem apoſtolicæ perfectionis cum Mathia, qui ſortitus eſt, ſtatum indeptus eſt.

Zachæus, quartus.
Thobias, quintus.
Beniamin, ſextus.
Iohannes, ſeptimus.
Mathias, octauus.
Poſt quem Philippus, nonus.
Cui decimus, Seneca ſubrogatus eſt.
Iuſtus, undecimus.
Exinde ac duodecimus, Leui.
Poſt hunc Effrem decimustertius.
Et Ioſeph decimusquartus.
Ac finis omnium Iudas, decimusquintus.

Iſti ſunt ferè omnes, qui Hieroſolymis epiſcopi ab Apoſtolis ad illa uſque tempora, quæ ſuperius deſignauimus, plebi illi ex circunciſione præfuerunt. Hucuſque Methodius.

### ANTONINVS PIVS.

Romanorum 16, T. Antoninus cognomēto Pius, imperator 16 à Iulio Cæſare: ſegregatis à numero principem Galba & Othone & Vitellio, regnauit cum liberis ſuis Aurelio & Lucio uiginti & non plenis tribus annis. Hæc Oroſius. Menſibus item tribus, ſecundum Euſebiū & Bedam, hoc eſt, uſque ad calendas Nouembres, in anno 134 poſt paſſionē Domini. Quia autem mos erat hiſtoricorum, ut imperatori deputaretur annum, in quo moreretur, uel regno deficeret: ideo dici poteſt, quòd non plenis uigintitribus annis Antoninus Pius regnauit, quum non uſque in finem anni uixit.

| Anni Chr. | Anni Pij. | |
|---|---|---|
| 141 | 1 | Torquatus 2, & Herodes. Iſte autem Pius dictus, eſt quia in omni regno Romano hominibus debita relaxauit. |
| 142 | 2 | Auiola & Maximus. Inde Antoninus iſte. Pius pater patriæ appellatus eſt. |
| 143 | 3 | Antoninus tertiò, & Aurelius. Sub Higino Romanæ urbis epiſcopo Valentinus hæreſiarcha & Cerdo magiſter Marcionis Romam uenerunt. |
| Anni Chr. | Anni Pij. | |
| 144 | 4 | Gratus & Seleucus. Iuſtinus philoſophus librum pro noſtra religione conſcriptum Antonino tradidit. Higinus papa obijt quarto idus Ianuarijs. Pius papa, 9 poſt Petrum, annis 15. Methodius ſic: Igitur in urbe Roma quum Higinus papa 4 epiſcopatus ſui anno deceſſiſſet, Romanæ eccleſiæ ſacerdotium Pius ſuſcepit. Hucuſque Methodius. Antoninus 4, & Aurelius. Sub Pio Hermes ſcribit librum in quo præceptum angeli continetur, ut paſcha Domini, die Domino celebraretur. |
| 145 | 5 | Largus & Meſſalinus. Antiochiæ 5 epiſcopus Heros. |
| 146 | 6 | Torquatus 3, & Iulianus Alexandriæ ſextus epiſcopus, Marcus annis decem. |
| 147 | 7 | Orphitus & Priſcus. Valentinus hęreticus permanet uſque ad Anicetum papam. |
| 148 | 8 | Glabrio & Vetus. |
| 149 | 9 | Gordianus & Maximus. Marcion hæreſiarcha agnoſcitur. |
| 150 | 10 | Glabrio 2, & Romulus. Taurus Bericitus Platonicę ſectæ philoſophus clarus habetur. |
| 151 | 11 | Præſens & Rufus. Arianus philoſophus Nicomedienſis agnoſcitur. |
| 152 | 12 | Commodus & Lateranus. Apollonius Tyrius Stoicus natione Chalcedonius, & Baſilides Scythopolitanus, philoſophi illuſtres habentur. |
| 153 | 13 | Verus & Sabinus, Qui Cæſaris præceptores fuerunt. |
| 154 | 14 | Syluanus & Augurinus. |
| 155 | 14 | Barbarus & Regulus. Alexandriæ eccleſiæ 8 epiſcopus, Celadion annis 14. |
| 156 | 16 | Tertullus & Sacerdos. Creſcens Cynicus agnoſcitur, qui Iuſtino noſtri dogmatis philoſopho aduerſans & præuaricatorem philoſo- |



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

phiæ coarguens, perſequutionem ſuſcitauit, in qua ille glorioſè pro CHRISTO ſanguinem fudit.

| Anni | Anni |
|---|---|
| Chr. | Pij. |

|157| 17|Quintillus & Priſcus. Galenus medicus Pergamenſis.

|158| 18|Verus & Bradua. Pius papa obijt 5 idus Iulij. Methodius ſic: Qui 15 annis in ſacerdotio exactis Aniceto poſt ſe ſedem pōtificatus tradidit. Hucuſq; Methodius. ¶ Anicetus papa 10 poſt Petrū annis 11, menſibus 4. Hic conſtituit, ne clericus comā nutriet, iuxta præceptum Apoſtoli.

|159| 19|Antoninus 5, & Aurelius 3. Sub Aniceto papa Polycarpus Romam ueniens, multos ab hęretica labe caſtigauit, qui Valentiniani & Cerdonis fuerant nuper doctrina corrupti.

|160| 20|Antoninus 6 & Aurelius 4. Hieroſolymorum epiſcopatū poſt Marcum ſuſcepit Caſſianus, 17.
Poſt quem, Publius, 18.
Cui ſucceſſit Maximus, 19.
Poſtea, Iulianus, 20.
Deinde Gaianus, 21.
Et Symmachus, 22.
Item Gaius, 23.
Præterea Iulianus, 24.
Et Capito, 25.

|161| 21| Antoninus ſeptimò, & Aurelius quintò.

|162| 22|Proconſul Antoninus & Aurelius. Antoninus Pius apud Loriū uillam ſuam, 12 ab Vrbe milliario moritur, anno ætatis ſuæ 67. Vſq; ad hoc tempus, ſinguli Auguſti fuerunt: cui ſucceſſerunt filij ſui, i deſt Marcus Antoninus Verus, & Lucius Annius, & Antoninus Seuerus, qui regnauerunt annis 19. ſub quibus hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro. Methodius ſic: Huius itaque Aniceti 4 anno ſacerdotij, Antoninus imperator qui cognominatus eſt Pius, 22 anno ſui principatus exacto, deceſſit: & M. Aurelius Verus cum Lucio fratre ſuccedunt. Quo in tempore Polycarpus Smyrnæorum eccleſiæ ſacerdos, maximis perſequutionibus Aſiā quatientibus uitam humanam martyrio finiuit.

## M. ÆLIVS.

ROmanorum 17, M. Ælius Antoninus, qui & Verus, cum fratre L. Commodo, poſt patrem regnauerunt annis 19, menſe 1. hoc eſt, uſque ad calendas Decembris in anno 153 poſt paſſionem Domini, his conſulibus, teſte Caſſiodoro.

| Anni | Anni |
|---|---|
| Chr. | Ælij. |

|163| 1 |Duo Auguſti conſules. Hi primùm æquo iure imperium adminiſtrauerūt: quum uſq; ad hoc tempus ſinguli Auguſti fuerint.

|164| 2 |Ruſticus & Aquilinus. Lucio Cæſari & Athenis ſacrificanti, ignis in cœlo ab Occidente in Orientem ferre, uiſus eſt.

|165| 3 |Lælianus & Paſtor, Cyclus 10 decennoualis incipit, indictione 9. Vologeſus rex Parthorum uicinas ſibi Romanas prouincias depopulatus eſt.

|166| 4 |Macrinus & Celſus. Fronto orator inſignis habetur, qui Antoninum Verū Latinis literis erudiuit. Seleucia, Aſſyriæ urbs cum trecentis millibus hominum à Romanis capta.

|167| 5 |Orphitus & Pudens, Apud Piſas Peregrinus philoſophus rogo ex lignis compoſito, incendijs ſemetipſum proiecit.

|168| 6 |Pudens 2, & Pollio. Perſequutione orta in Aſia Polycarpus & Pionius paſſi ſunt, quorū ſcriptæ quoque paſſiones feruntur. Plurimi in Gallia, glorioſè ob nomen CHRISTI interfecti ſunt: quorum uſque in præſentem diem condita libris certamina perſeuerant. Alexandriæ 9 epiſcopus Agrippinus, annis 12.

|169| 7 |Verus 3, & Quadratus. Romani contra Germanos, Marcomanos, Quados, Sarmatas & Daces dimicant.

|170| 8 |Apronianus & Paulus. Anicetus papa paſſus decimaſeptima calendis Aprilis.

¶ Soter papa, 11 poſt Petrum annis nouē: qui cōſtituit, ut nulla monacha pallam

pallam ſacratam in eccleſia contingeret, atq; inceſtum poneret. Methodius ſic: Octauo itaq; ſupradicti principij Antonini Veri anno, Aniceto papæ Romæ, 11 epiſcopatus ſui anno, defuncto, ſucceſſit Soter. Apud Alexandriā uerò Celadion 13 annis, miniſtrato ſacerdotio Agrippinum ſucceſſorem reliquit. Apud Antiochiam autem per idem tempus Theophilus 6, ab apoſtolis Eccleſię pontificatum tenebat. Vbi quartus poſt Heronem fuerat Cornelius. Poſt quem 5 gradu Hero ſucceſſerat. Sed ſciendum, primus omnium poſt Petrum Euodius eiuſdem eccleſiæ Antiochenæ epiſcopatum tenebat, ſub Domitiano & Nerua. Poſt hunc ſecundus fuit Ignatius, ſub Traiano Cæſare. Poſt Ignatium autem rexit ciuitatem eiuſdem Heros tertius, ſub Ælio Adriano Cæſare. Poſt Heronem Cornelius fuit quartus: & poſt Corneliū Hero quidam fuit quintus, ſub Antonino Cæſare. Tunc etiam Egeſippus inſignis habebatur, et Dionyſius Corinthiorū epiſcopus: cuius extat epiſtola ad Athenienſes de epiſcopo eorum Publio & Quadrato, qui eidem martyri ſucceſſerat in ſacerdotium, deſignans Dionyſium Areopagitā primūm inibi ab apoſtolo Paulo epiſcopum ordinatum. Septimus autem ab apoſtolis Antiochenæ eccleſiæ ſacerdotium Maximinus ſuſcepit. Hucuſque Methodius. Antiochię 6. epiſcopus Theophilus annis 9. cuius plurima ingenij opera exiſtāt. Imperatoris anno 50, imperij autem 9. ſiue (ut quidam putant) 11, inter Concordium & Altimū apoplexia extinctus eſt, ſedēs cum fratre in uehiculo.

| Anni | Anni |
|---|---|
| Chr. | Ælij |

171 | 9 | Priſcus & Apollinaris. Antonino imperatori Melito Aſianus Apologeticū Chriſtianis tradidit. Apollinaris Aſianus Hieropolitanus epiſcopus inſignis habetur.

172 | 10 | Cethegus & Clarus. Dionyſius Corinthiorum epiſcopus clarus habetur, & primitùs Cretenſis uir eloquentiſſimus. Decretalis epiſtola Soteri papæ data eſt, Cethego & Clago uiris clariſſimis conſulibus.

| Anni | Anni |
|---|---|
| Chr. | Ælij |

173 | 11 | Seuerus & Herennianus. Pſeudoprophetia quæ Cataphrygas nominatur, accepit exordium, authore Montano & Priſcilla Maximillaq; inſanis uatibus. Tatianus hæreticus agnoſcitur, à quo Encratitæ.

174 | 12 | Orphitus & Maximus. Bardeſanes alteri⁹ hęreſeos princeps, notus efficitur. Oppianus Cilex poëta agnoſcitur, Aleutica miro ſplendore conſcripſit.

175 | 13 | Seuerus & Pompeianus. Imperator Antoninus multis aduerſum ſe naſcentibus bellis ſæpe intererat, ſępe duces nobiliſſimos mittebat: in quibus ſemel Pertinaci exercitui, et qui cum eo in Quadorū regione pugnabāt, ſiti oppreſſis, pluuia diuinitùs miſſa eſt: quum ecōtrario Germanos & Sarmatas flumina perſequerentur, & plurimos eorum interficerent. Hucuſq; Methodius martyr.

176 | 14 | Piſo & Iulianus. Extant literæ M. Aurelij grauiſſimi imperatoris, quibus illā Germanicā ſitim Chriſtianorum, fortè militum precationibus impetrato imbri diſcuſſam conteſtatur.

177 | 15 | Pollio & Aper. Soter papa obijt 11 calendis Maij.

¶ Eleutherius papa 12 poſt Petrum, annis 10, menſe uno. Methodius ſic: Igitur Soteri epiſcopo in urbe Roma 7 annis, ſacerdotio miniſtrato, 12 ab apoſtolis, ſuccedit. Eleutherius 16 anno imperij Antonini Veri. Hucuſque Methodius. Lucius Britanniæ rex, ab Eleutherio papa per epiſtolam Chriſtianum ſe fieri impetrat. Antiochiæ 7 epiſcopus Maximus.

178 | 16 | Commodus & Quintillus. Antoninus filium ſuum Commodum, regni conſortem facit.

179 | 17 | Orphitus & Rufus. Imperatores multis multam largiti ſunt pecuniam quæ fiſco debebatur prouin-

cijs concedentes: tabulas debitorum in medio Romanæ urbis facto igne incendi præcipiunt. Ac ne quid bonitati deeſſet, ſeniores quaſq; leges nouis conſtitutionibus temperauerunt. Romæ paſſus Anicetus papa, Symmetrius presbyter, Felicitas cum ſeptem filijs, Iulius, Antonius, Euſebius, Potentianus, Peregrinus, Vincentius, apud Sebaſten Armeniæ minoris: multi martyres ſub Agricola iudice apud Spoletũ: Cõcordius, apud Smyrnam: Polycarpus epiſcopus, diſcipulus Iohannis, item Germanicus & Pronius apud Apamiam Alexander & Gaius, apud Cretam urbem Cortinæ Philippus epiſcopus: apud Pergamum urbẽ Aſiæ Carpus epiſcopus, Papyrius diaconus, Iuſtinus philoſophus: apud Lugdunum Galliæ Irenęus epiſcopus cum multis, Photinus epiſcopus eiuſdem urbis, & Blandina cum alijs 68. Epipodius & Alexander in Syria, Corona & Victor. Mediolanis Fauſtus, Cabillonæ Marcellus: item in territorio Cabillonenſi caſtro Trenortio Valerianus: in Alexandria, Ptolemæus, & etiam Edutius.

| Anno Chr. | Anno Ælij | |
|---|---|---|
| 180 | 18 | Commodus 2, & Verus. |

Antoninus poſt uictoriam à Deo in editione numerum magnificus fuit, ut centum ſimul leones exhibuerit. Commodus à ſenatu Auguſtus appellatus. Smyrna urbs Aſiæ terræmotu ruit: ad cuius inſtaurationem decennalis tributorum immunitas data eſt. Alexandriæ eccleſiæ 10, epiſcopatus ſortitus eſt Iulianus annis 10. His conſulibus, teſte Caſſiodoro, Antoninus in Pannonia morbo perijt, anno ætatis 61, cui ſucceſſit Cõmodus filius ſuus, ſub quo ſequentes conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro. Methodius ſic: Idem Antoninus quum imperio, 19 annis perduraſſet, poſt exceſſum ſui, principatum Commodo deliquit: quo regni apicem gubernante pax eccleſiæ per omnem terram propagatur, & ſermo Domini ex omnium genere hominum ad agnitionẽ & ueritatẽ Dei ſummi, animas cõgregabat. Qua tempeſtate apud Antiochiam octauus ab Apoſtolis poſt Maximinũ epiſcopus cõſtituitur Serapio. Tunc apud Cæſaream Paleſtinæ Theophilus & Narciſſus in Hieroſolymis eccleſias procurabant. Apud Corinthium uerò Bathius, apud Epheſum Polycrates, nobiles in epiſcopis habebantur: & in eodem tempore author totius probitatis Treuerim rexit.

## COMMODVS.

Romanorum 18, Commodus: ſecundum omnes regnauit annis 12, menſibus 8. iuxta hiſtoriam Romanam: hoc eſt, uſque ad calendas Auguſti, in anno 167 poſt paſſionem. A prima ſtatim pueritia fuit turpis, improbus, crudelis, ita ut 12 ætatis anno balneatorẽ, qui non ſtatim audierat dicto, in fornacem ignis conijci iuſſerit. 300 cõcubinas et 300 puberes habuit.

| Anni Chr. | Anni Com. | |
|---|---|---|
| 181 | 1 | Præſens & Gordianus. Commodus de Germanis triumphauit. Methodius ſic, & Caſſiodorus, eodem anno templum Serapis Alexandriæ incenſum. |
| 182 | 2 | Mamertinus & Rufus tertiò. Irenæus Lugdunẽſis epiſcopus inſignis habetur. |
| 183 | 3 | Commodus quartò, & Victorinus. Thermæ Commodianæ Romæ factæ. |
| 184 | 4 | Marullus & Ælianus. Cõmodus Septembrem menſem nomine ſuo appellauit. |
| 185 | 5 | Maternus & Bradua. Hieroſolymis fuit ordinatus Epiſcopus |

| | |
|---|---|
| Maximus, | 26. |
| Poſt quem, Antoninus | 27. |
| Valens, | 28. |
| Dulcianus, | 29. |
| Narciſſus, | 30. |
| Dius, | 31. |
| Germanio, | 32. |
| Gordius. | 33. |
| Rurſum Narciſſus, | 34. |

Tantis apud Hieroſolymam epiſcopis

pis non potuimus diſcernere tempora, eo quòd in præſentem diem epiſcopatus eorum anni minimè reperiūtur. In Capitolium fulmen ruit, & magna inflammatione facta, bibliotheca & uicinæ quæq; ædes concrematę. Decretalis epiſtola Eleutherij papæ data eſt Materno & Bradua uiris uenerabilibus, clariſſimis conſulibus.

|Anni|Anni|
|Chr.|Com.|

|186| 6 |Cōmodus 5, & Glabrio. Commodus incommodè multos nobilium interfecit.

|187| 7 |Criſpinus & Ælianus. Commodus ſpectacula populo Romano præbet inſignia.

|188| 8 |Fuſcianus & Silanus. Theodoſio Epheſius interpres tertius tunc habetur.

|189| 9 |Duo Silani. Alexandriæ 11 cōſtituitur epiſcopus, Demetrius annis 43. Commodus imperator coloſſi capite ſublato, ſuæ imaginis caput iuſſit imponi. Cyclus 11 decennoualis incipit.

|190| 10 |Commodus 6, & Septimianus. Seraphio 9 Antiochię epiſcopus ordinatus.

|191| 11 |Apronianus & Bradua. Incendio Romę facto palatium & ædes Veſtæ, plurimaq; Vrbis pars ſolo coæquatur. Eleutherius papa obijt 8 calend. Iunij.

¶ Victor, 13 poſt Petrū, annis 9. Methodius ſic: In urbe autem Roma, Eleutherio ſub prædicti principis Commodi principatu, tredecim annis pro ſacerdotio functo Demetrius ſubſtituitur epiſcopus.

|192| 12 |Commodus 7, Grauius. Victor Romæ ac uniuerſalis eccleſiæ archiepiſcopus Theophilo epiſcopo & cunctis fratribus Alexādriæ CHRISTO famulantibus, ſalutem in Domino: & reliqua. Hęc epiſtola data eſt 13 calend. Auguſti, Commodo & Grauio uiris clariſſimis uenerabilibus cōſulibus. Multi in tempore huius paſſi ſunt, ex his quos ſuprà diximus. Sed propter ſimilitudinem nominum imperatorum, minimè paſſiones diſcernūtur. Dicūt tamē quòd Ireneus Lugdunenſis epiſcopus ſub iſto paſſus ſit.

|Anni|Anni|
|Chr.|Com.|

|193| 13 |Commodus 8, & Pertinax. His conſulibus teſte Caſſiodoro, Commodus ſtrangulatur in domo Veſpaſiani: cui ſucceſſit Pertinax. Methodius ſic: Commodus autem 13 annis imperio gubernato Pertinaci poſt ſe regnum reliquit. Quo ſex ſolis menſibus retento, idem Pertinax obijt, & Seuerus poſt hunc ſuſcepit imperium.

PERTINAX.

Romanorum 19, Ælius Pertinax ſecundum omnes regnauit menſibus ſex, hoc eſt uſque ad calendas Februarias, in anno 168. poſt paſſionem Domini noſtri.

|Anni|Anni|
|Chr.|Per.|

|194| 1 |Falco & Clarus. Pertinax ſexagenario maior, quum præfecturam Vrbis ageret, ex Senatus conſulto imperare iuſſus eſt. Pertinax obſecrante ſenatu ut uxorem Auguſtam & filium Cæſarem appellaret, contradixit: ſufficere ſibi, quòd ipſe inuitus regnaret, teſtatur. Victor papa, datis latè libellis, conſtituit, ut paſcha die Dominico (ſicut præceſſor eius Eleutherius) à 14 luna primi menſis uſque ad 21 celebraretur. Cuius decretis Theophilus Cæſareæ Palæſtinæ epiſcopus ſcripſit aduerſus eos, qui 14 luna cum Iudęis paſcha celebrabāt cum cæteris, qui in eodem concilio aderant epiſcopis, ſynodicam & ualde utilem epiſtolam, his conſulibus (teſte Caſſiodoro) Pertinax occiditur in palatio, ſcelere Iuliani Iuriſperiti.

DIDIVS.

Romanorum 20, Didius Iulianus, ſecundum hiſtoriam Romanam poſt Pertinacem inuaſit rempublicam, uir nobilis & uir peritiſſimus, nepos Didij Iuliani, qui ſub D. Adriano perpetuū cōpoſuit edictum. Oroſius ſic: Iulianus interfecto Pertinace inuaſit imperio, ſed mox à Seuero

apud pontem Miluium bello ciuili uictus, interfectus eſt, menſe octauo poſtquàm imperare cœperat: & ita inter Pertinacem & Iulianum unus annus aſſumptus. Hucuſque Oroſius. Et hoc eſt uſque ad calendas Septembres, & in eodem anno 169. poſt paſſionem Domini.

### SEVERVS.

ROmanorũ 21, Seuerus prouincia Tripolitana natus, oppido Lepti, regnauit annis 18 (teſte Caſſiodoro) menſibus 3. ſecundum hiſtoriam Romanam: hoc eſt, uſque ad calendas Decembres, in anno 186 poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte eodem Caſſiodoro. Methodius ſic: Seueri temporibus plurimi eccleſiaſtici uiri nobiles & ſtylo illuſtres extiterunt: ſicut ex eorum monumentis agnoſcimus: ex quibus eſt Heraclitus Maximus, qui de famoſiſſima omnium hæreticorũ diſſeruit quęſtione, qua ſemper inquiritur unde ſint mala, unde malitia, uel quod materia facta ſit & non intacta. Igitur ex Gẽtibus eccleſia congregata primùm in ſucceſſione, poſt circuncisionem Hieroſolymis epiſcopatũ accepit Marcus, poſt quem Caſſianus, nimirum ita Treueris: deinde Publius, poſt hũc Maximus, & ſic Iulianus, poſt quem Gaius, & iterum alius Iulianus, Capiton quoque & Valens, inde Dociliauus, poſt quem decimustertius ab apoſtolis Narciſſus.

Anno Chr. | Anno Seu.

195 | 1 | L. Seuerus, & Albinus. L. Septimius Seuerus, prouincia Tripolitana, oppido Lepti, ſolus ex Aphrica uſque in præſentem diem, Romanis imperator fuit, & in honorem Pertinacis, quem Iulianus occiderat, Pertinacem cognominare iuſsit Senatus: eo quòd ſuper 18 annos ſuos, 6 menſibus regnaret. Clemens Alexandrinæ eccleſiæ presbyter, & Pantheus Stoicus philoſophus, in diſputatione dogmatis noſtri, diſertiſſimi habentur.

Anni Chr. | Anni Seu.

196 | 2 | Tertullus & Clemens. Symmachus interpres quartus habetur. Samarites quidam Symmachus Iudæorum factus proſelitus, diuinas Scripturas ex Hebræo ſermone in Græcam linguam transfudit, ſuamq́; condidit æditionem.

197 | 3 | Dexter & Priſcus. Narciſſus epiſcopus Hieroſolymorum, et Theophilus Cæſarienſis, Polycarpus quoque & Bachilus Aſianæ prouinciæ epiſcopus, inſignes habentur.

198 | 4 | Lateranus & Rufinus. Quæſtione orta in Aſia inter epiſcopos, an ſecundum legem Moſis 14 die menſis paſcha obſeruãdum eſſet, Victor Romanæ urbis epiſcopus, Hermes, plurimiq́; eccleſiarum paſtores, quod probabile uiſum fuerit, literis ædiderunt: quarũ memoria, ad nos uſque perdurat. Decretalis epiſtola Victoris papæ data Laterano & Ruffino conſulibus.

199 | 5 | Saturninus & Gallus. Iudaicum & Samaritanum bellum motum.

200 | 6 | Amulinus & Fronto. Seuerus Parthos & Adiabenos ſuperauit, Arabesq́; interiores. Ita cecidit ut regionem eorum Romanam prouinciam fecerit: ob quę Parthicus, Arabicus, Diabenitus, cognominatus eſt.

201 | 7 | Seuerus 2, & Victorinus.

202 | 8 | Fabianus & Mutianus. Victor papa paſſus eſt undecimus calendis Maij.

¶ Zepherinus 14 papa poſt Petrum, annis 17, menſibus 2. Hic conſtituit, ut præſentibus omnibus clericis & laicis fidelibus ſiue diaconus uel presbyter ordinaretur, & aſtantibus ſacerdotibus miſſæ celebrarentur.

203 | 9 | Seuerus 3, & Antoninus. Quinta perſequutione Seuerus perſequitur Chriſtianos. Methodius ſic: igitur nono anno principatus Seueri, Victor in Romana urbe decem annis ſacerdotio functo deceſſit: cui ſucceſſor ſacerdotij Zepherinus exiſtit.

| Anni Chr. | Anni Seue. |
|---|---|

|204| 10 | Geta & Plautianus. Leonides Origenis pater, glorioſa morte transfertur. Methodius ſic: Alexander ob confeſsionem Dominici nominis, inſignis habetur.

|205| 11 | Antoninus 2, & Geta 2. Clemens multa & uaria conſcribit.

|206| 12 | Albinus & Ælianus. Muſanus philoſoph⁹ ſcriptor agnoſcitur.

|207| 13 | Aper & Maximus. Clodius Albinus qui ſe in Gallia Cæſarē fecerat, apud Lugdunum interficitur.

|208| 14 | Antoninus 3, & Geta 3. Cyclus 12 decennoualis, indictione 2.

|209| 15 | Pompeianus, Auitus. Tertullianus Apher centurionis proconſulis filius, omnium eccleſiarum ſermone celebratur.

|210| 16 | Fauſtinus & Rufus. Origenes Alexandriæ ſtudij eruditur.

|211| 17 | Gentianus & Baſſus. His conſulibus Seuerus imperator, Eboraci in Britannia moritur: cui ſucceſſit Antoninus Caracalla Seueri filius, qui regnauit annis 7. Methodius ſic: Quum uerò 19 annis Seuerus tenuiſſet imperium, deceſſit: & Antoninus ei filius ſuccedit. Apud Antiochiam autem defuncto Serapione epiſcopo, Aſclepiades loci illius ſuſcepit ſedem, qui & ipſe unus ex præclaro confeſſorum numero, ſicut Marcus Treuerenſis habebatur. Quo in tempore quàm plurimi erant, qui in confeſſionibus gloriā quæſierint Dei, tum prouidētia Dei fuerant reſeruati, in quibus Alexander confeſſionis titulo Sacis clarus, Hieroſolymorum eccleſiæ ſubrogatus eſt epiſcopus: quum ſuperesſet adhuc Narciſſus, qui ante eum functus eſt pontificatus officio. Rurſus Alexandro Mazabanes ſuccedit, poſt Mazabanem ſacerdotium ſuſcepit Himenæus, poſt Himenæum Zabdas ſucceſſit. Qui quum paruo tempore ſuperuixiſſet, Hermonē poſt ſe reliquit, quem ſequutus eſt Maximus, qui ex illis erat, quibus Maximianus dextris oculis effoſſis & ſiniſtro publicè ſucciſo per metalla damnauerat. Poſt quem Cyrillus confuſa iam ordinatione ſuſcepta aliquādo in fide, ſæpius in communione uariabat. Poſt Cyrillum Iohannes apoſtolicus reparat ſedes. Poſt quem Maximinus reſedit, qui Baſilium Cæſarienſem ad fidem reformauit. Hucuſque Methodius.

## CARACALLA.

Romanorum 22, Antoninus Baſſianus cognomento Caracalla, Seueri filius, ſecundum omnes regnauit annis 7, menſibus 2, iuxta Romanam hiſtoriam: hoc eſt, uſque ad calendas Februarias, in anno 195 poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt teſte Caſſiodoro.

| Anni Chr. | Anni Cara. |
|---|---|

|212| 1 | Antoninus Balbinus. Antiochiæ nonus epiſcopus conſtituitur Aſclepiades.

|213| 2 | Meſſala & Sabinus. Antoninus, Caracalla cognominatus eſt, propter genus ueſtis quod Romæ erogauerat.

|214| 3 | Lætus & Cęrealis. In Hiericho quinta æditio diuinarum Scripturarum inuenta eſt in dolio, cuius author non apparet.

|215| 4 | Sabinus & Venuſtus. Perpetua & Felicitas apud Carthaginem Aphricæ, in caſtris, beſtijs deputatę ſunt pro CHRISTO nonis Martij.

|216| 5 | Præſens & Extricatus. Antoninus tantæ libidinis fuit, ut nouercam ſuam Iuliam, uxorem duxerit.

|217| 6 | Antoninus 5. Antoninus aduerſus Parthos expeditionem molitus eſt.

|218| 7 | Antoninus & Aduentus. Antoninus interficitur inter Ediſſam & Carras, anno ætatis 43. cui Macrinus ſucceſſit. Methodius ſic: Igitur Antonino Seueri filio 6 annis, & 6 mēſibus imperio conſummato, Macrinus ſuccedit.

## MACRINVS.

Romanorum 23, Opilius Macrinus, qui præfectus prætorij erat,

cum filio Diadumeno imperator factus eſt,ſed nihil memoratu dignum egit,ex temporis breuitate.Nam imperium unius anni & duorum menſium habuit,teſte hiſtoria Romana: hoc eſt,uſque ad calendas Apriles in anno 195 poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro conſule.

| Anno Chr. | Anno Mac. | |
|---|---|---|
| 219 | 8 | Antoninus 6, & Sacerdos.Antiochiæ decem epiſcopus cõſtituitur Philetus.Circenſibus Vulcanaliorum.Romæ amphitheatrum incenſum.Abagarus uir ſanctus regnauit Ediſſæ,ut Aphricanus teſtatur.Zepherinus papa obijt. |

¶ Calixtus papa quindecimus poſt Petrum,annis quinque.Hic cõſtituit quatuor temporum ieiunium in anno fieri,propter abundantiam uini, frumenti,& olei,iuxta prophetiã.His conſulibus Macrinus cum filio apud Archilaidem militari tumultu occiditur,circa menſem Februariũ.Methodius ſic:Macrinus,quum poſt annum fuiſſet defunctus alius Antoninus regni Romani ſuſcepit principatum:cuius imperij anno primo epiſcopus urbis Romæ Zephirinus diem obijt,18 annis ſacerdotali functus officio.Poſt hunc Calixtus ſuſcepit ſacerdotium,

### HELIOGABALVS.

Romanorum 24,M.Aurelius Heliogabalus,Antonini Caracallæ filius,regnauit annis 4,menſibus 8.iuxta hiſtoriam Romanam:hoc eſt,uſq; ad calendas Decembres,in anno 199 poſt paſſionem Domini,ſub quo hi conſules fuerunt,teſte Caſſiodoro.

| Anni Chr. | Anni Heli. | |
|---|---|---|
| 220 | 1 | Antoninus, & Comazon. M.Aurelius ſacerdos Heliogabali templi, adeò impudicè in imperio ſuo uixit,ut nullum genus obſcœnitatis obmiſerit.Sexta æditio inuenta eſt Neapoli. |
| 221 | 2 | Gratus & Seleucus. |
| 222 | 3 | Alexander & Antoninus. |

Calixtus papa archipresbyteris,& reliqua: data Antonino & Alexandro uiris clariſſimis conſulibus, 11 calend. Decembris, in qua epiſtola prædictum conſtituit ieiunium.

| Anni Chr. | Anni Heli. | |
|---|---|---|
| 223 | 4 | Maximus & Ælianus.In Palæſtina Nicapolis , quæ prius Emaus uocabatur,urbs condita eſt, legationis induſtria pro ea ſuſcipientem Iulio Aphricano ſcriptore temporum.His conſulibus ( teſte Caſſiodoro) Antoninus Romæ tumultu militari occiditur cum matre Simiaſica, cui ſuccedit Alexander . Methodius ſic:Poſt Antoninum uerò Romanum imperium,quod ipſe quatuor ſolis annis tenuerat,Alexander ſuſcepit. |

### ALEXANDER.

Romanorum 25, Alexãder Mammeæ filius,ſecundum omnes regnauit annis tredecim,& aliquot diebus:hoc eſt,uſque ad calendas Ianuarijs,in anno ducenteſimo duodecimo, poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt,teſte Caſſiodoro.

| Anni Chr. | Anni Ale. | |
|---|---|---|
| 224 | 1 | Iulianus & Criſpinus.Calixtus papa paſſus pridie idus Octobris,ſub Alexandro imperatore. |

¶ Vrbanus 16 papa poſt Petrum annis 8,menſibus 11,diebus 12.Methodius ſic:Quo quinque annis adminiſtrato poſt finem ſuum dereliquit ſedem Vrbano. Primo anno Alexãdri imperij Vrbanus epiſcopatum in urbe Roma ſuſcepit.Tunc etiam Aſclepiade apud Antiochiã defuncto,Philetus in epiſcopum ſuccedit.

| | | |
|---|---|---|
| 225 | 2 | Fuſcus & Dexter. |
| 226 | 3 | Alexander 2, & Marcellus.Vrbanus papa,& reliqua:data nonis Septembris,Alexandro uiro clariſſimo conſulari. |
| 227 | 4 | Ammianus & Maximus. Cyclus decimuſtertius decennoualis incipit indictione ſexta. |
| 228 | 5 | Albinus & Maximus. |
| 229 | 6 | Modeſtus & Probus. Ge- |

minus

minus preſbyter Antiochenus, & Berillus epiſcopus Arabiæ, habentur clari ſcriptores.

| Anni Chr. | Anni Ale. | |
|---|---|---|
| 230 | 7 | Alexāder tertiò, & Dion. Antiochiæ undecimus epiſcopus Zebennius. |
| 231 | 8 | Gratus & Seleucus. Alexandriæ eccleſiæ duodecimus epiſcopus Heraclas, annis 16. |
| 232 | 9 | Pompeianus & Felicianus. Alexander in matrem Māmeam unicè pius fuit, & ob id omnibus amabilis. Vrbanus papa poſtquàm multos nobilium ad fidem CHRISTI perduxit, paſſus eſt ſub Alexandro, octaua calendas Iulij, & ſepultus eſt in cœmiterio Prætextati. Methodius ſic: Interea Vrbanus epiſcopus in urbe Roma octo annis adminiſtrato ſacerdotio, Pontiano ſedem reliquit. Apud Antiochiam autem poſt Philetum Zebennius eccleſiam ſuſcepit. ¶ Pontianus papa 17 poſt Petrum, annis quinque, menſibus 2. |
| 233 | 10 | Lupus & Maximus. Origenes de Alexandria ad Cæſaream Palæſtinæ tranſiit. |
| 234 | 11 | Maximus & Paternus. |
| 235 | 12 | Maximus & Vrbanus. Mammea mater Alexādri quum Origenem uellet Antiochiam accitum, ſummo honore habuit. Romæ paſſus Calixtus, & Vrbanus papa, Cecilia uirgo, & Tiburtius, Valerianus, Callipodius preſbyter, Auſterius etiam preſbyter, & Palmatius conſul cum uxore & filijs. |
| 236 | 13 | Seuerus & Quintianus. His conſulibus teſte Caſſiodoro, Alexander in Gallia, id eſt Moguntiaci, tumultu militari interficitur. Decretalis epiſtola Pontiani papæ, data decima calendis Februarijs, Seuero & Quintiano conſulibus. Methodius ſic: Alexandro uerò imperatori poſt tredecim annos principatus ſui defuncto, Maximinus Cæſar ſuccedit. |

MAXIMINVS.

Romanorum 26, Maximinus regnauit annis 3, mēſe uno, & paucis diebus: hoc eſt, uſque ad calendas Februarias, in anno 216 poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro.

| Anni Chr. | Anni Max. | |
|---|---|---|
| 237 | 1 | Maximinus & Aphricanus. Maximinus primus ex corpore militari, ſine ſenatus authoritate ab exercitu imperator electus eſt. Pontianus papa cum Hippolyto preſbytero in Sardiā inſulam à Maximino deportatus eſt, ibiq; fuſtibus 12 calendis Decembris mactatus, cuius corpus beatus Fabianus papa reduxit, & in cœmiterio Calixti ſepeliuit. |

¶ Antherus 18 poſt Petrum, menſe uno. Decretalis epiſtola Antheri papæ, & reliqua: data decimotertio calendis Aprilis, Maximino & Aphricano conſulibus. Alia epiſtola, data calendis Iulijs, ijſdem cōſulibus. Antherus papa paſſus 3 nonis Ianuarij, & in cœmiterio Calixti uia Appia ſepultus eſt.

¶ Cui Fabianus ſucceſſit 19 poſt Petrum, annis 13. Dilectiſſimis ubique catholicæ eccleſiæ comminiſtris, Fabianus papa ſalutem in Domino: & reliqua. Et poſtea: Deniq; ſeptem ſimiliter diaconos ordinauimus, qui ſeptem imminerent notarijs, & geſta martyrū ueraciter in integro colligerent, nobiſq; rimanda manifeſtarent. Quod etiam uos omnes agere monemus, ne in poſterū aliqua ex his dubitatio fiat, quæſtioq; oratur: & reliqua: data calendis Iulijs, Maximino & Aphricano conſulibus. Methodius ſic: Pontiano autem ſex annis epiſcopatu urbis Romæ functo, ſuccedit Antherus: qui quum menſem unum, & non amplius, miniſtraſſet, Fabiano ſacerdotium deliquit, qui paſſus eſt ſeptimo Philippi principatus anno. Tunc etiam Zebennio apud Antiochiam defuncto, Babilas eccleſiæ ſuſcepit epiſcopatum.

| Anni Chr. | Anni Max. | |
|---|---|---|
| 238 | 2 | Perpetuus uir clariſſimus conſul. Maximinus ſextam perſequutionem facit aduerſus ſacerdotes eccleſiarum. |
| 239 | 3 | Cornelius uir clariſſimus cõſul. Maximinus perſequitur eccleſiam propter Chriſtianam Alexandri familiam, cui ſucceſſit & Mammeæ matris eius, uel præcipuè propter Origenem presbyterum. |
| 240 | 4 | Pius & Proculus. His conſulibus, teſte Caſſiodoro, Maximinus Aquilegiæ à Pupieno occidit, cui ſucceſſit Gordianus. Methodius ſic: Et quatuor annis regnauit, in quibus finẽ & perſequutionum fecit & uitæ. Poſt quem Gordianum imperiũ ſuſcepit. |

GORDIANVS.

Romanorum 27, Gordianus regnauit annis 6. hoc eſt, uſque ad calendas Februarias, in anno ducenteſimo uigeſimoſecundo poſt paſſionem: ſub quo hi conſules fuerunt.

| Anni Chr. | Anni Gor. | |
|---|---|---|
| 241 | 1 | Gordian⁹ & Auiola. Gordiano Romam ingreſſo Pupienus & Albinus, qui imperium arripuerant in palatio occiſi. |
| 242 | 2 | Sabinus & Venuſt⁹. Origenes cõtra quendã Celſum Epicureũ philoſophũ, qui contra nos libros ſcripſerat, octo uoluminibus reſpondit. |
| 243 | 3 | Gordianus 2, & Pompeianus. Fabianus papa teſtimonio Spiritus ſancti, in ſpecie columbæ ſuper caput eius deſcendens, Romæ ueniens ordinatur epiſcopus. Licet quidam hoc uerius de Seuero affirment. |
| 244 | 4 | Atticus, & Prætextatus. Origenes tam ſcribendi ſedulus fuit, ut Hieronymus in quodã loco 5000 librorum illius ſe legiſſe meminerit. |
| 245 | 5 | Arrianus, & Pappus. Gordianus admodum adoleſcens, Parthorum natione ſuperata, regreditur uictor ad patriam: ſed fraude Philippi præfecti prætorij haud longè à Romano ſolo interſectus eſt. |

| Anni Chr. | Anni Gor. | |
|---|---|---|
| 246 | 6 | Peregrinus & Æmylianus. His conſulibus, teſte Caſſiodoro, Gordiano milites tumulum ædificant, qui Euphrate fluuio imminet, oſſibus eius Romam reuectis: cui ſucceſſit Philippus. Methodius ſic: At Gordiano, quũ per ſex annos Romanum imperium Philippus, unà cum filio Philippo ſuccedit, qui primus ex imperatorib⁹ Chriſtianis effectus eſt. |

PHILIPPVS.

Romanorum 28, Philippus cum Philippo filio, ſecundum omnes regnauit annis 7. hoc eſt, uſque ad calendas Februarias, in anno 230 poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro.

| Anni Chr. | Anni Phil. | |
|---|---|---|
| 247 | 1 | Philippus & Tatianus. Philippus filium ſuum conſortem regni facit, primusq; omnium ex Romanis imperatoribus Chriſtianus fuit. Cyclus decimusquartus decennoualis, indictione decima. |
| 248 | 2 | Præſens & Albinus. |
| 249 | 3 | Philippus ſecundò, & Philippus filius eius. |
| 250 | 4 | Philippus 3, & Philippus 2. Philippus urbem cognominis ſui in Græcia conſtruxit. |
| 251 | 5 | Æmylianus & Aquilinus. His cõſulibus, Caſſiodoro teſte, milleſimus annus Romæ expletus eſt: ob quam ſolennitatem, innumerabiles beſtias Philippus in circo magno occidit, ludosq; in campo Martio theatrales tribus diebus & totidem noctibus, populo peruigilante, celebrat. Quadraginta etiam miſſos natali Romanæ urbis concurrerunt, & agon mille annorum actus. Hæc Caſſiodorus. Quum autem ſecundum Hebræos olympias primò poſita eſt in anno primo Ionathan, & in primo anno Olympiadis rectè condita fuit urbs Roma: atque ſicut Hieronymus & Beda tractant, à prima olympiade uſque in paſſionem Domini, anni |

3794. ſublatis 20 annis, ideſt annus 16 Ioathan, atque 4 Achaz, qui ſunt quinque olympiades, fiunt à condita Vrbe uſque in paſſionem Domini, anni 774. à paſſione Domini uſque in annum poſtremum Philippi, ſunt anni 230. Fiunt ſimul à condita Vrbe ad obitum Philippi, 1003 anni.

| Anni Chr. | Anni Phil. | |
|---|---|---|
| 252 | 6 | Decius & Gratus. His cõſulibus Fabianus papa paſſus decimaquarta calendis Februarijs, ſecundum geſta Pontificum. ¶ Cornelius papa uigeſimus poſt Petrum, annis tribus, menſibus decem. |
| 253 | 7 | Decius 2, & Ruſticus. |

His conſulibus Philippus ſenior, Veronæ occiditur: iunior uerò, Romæ. Methodius ſic: Philippo autem ſeptem annis principatu adminiſtrato, Decius ſuccedit: qui pro eo quòd infeſtus eſſe Philippo, perſequutionem eccleſiis ſuſcitat: in qua Fabian⁹ in urbe Roma, martyrio coronatus, ſedem ſui epiſcopatus Cornelio dereliquit. Antiochiam uerò per omnia ſimilem, Babilas Alexandrinorum Hieroſolymorum epiſcopus, poſt confeſſionem, glorioſæ uitæ ſortitur finem in uinculis. Poſt quem Fabianus epiſcopatus officium ſuſcepit. Quo dicto, Demetrianus in epiſcopatu ſuperarat. Hucuſque Methodius.

Decretalis epiſtola Fabiani papæ: Dilectiſſimo fratri Hilario epiſcopus Fabianus ſalutem: & reliqua: data 17 calendis Nouembris, Aphricano & Decio uiris clariſſimis. In Martyrologio ſic: Romæ Fabiani papæ natiuitas 14 calend. Februarijs, qui quum quatuordecim annis, menſibus undecim, diebus duodecim, eccleſiæ præeſſet, paſſus eſt ſub Decio in primo anno ſui imperij, & in cœmiterio Calixti ſepultus. Beda ſic: Decius quũ Philippos patrem & filium interfeciſſet, ob odium eorũ, in Chriſtianos perſequutionẽ mouet, in qua Fabianus in urbe Roma martyrio coronatur, ſedẽ ſui epiſcopatus Cornelio reliquit, qui & ipſe martyrio coronatus eſt. Cornelius papa, annis 2, menſibus 8, minus 5 diebus. Decretalis epiſtola Cornelij papæ: Chariſſimis atque dilectiſſimis Cornelius ſalutem: & reliqua: data 6 idus Septembris, Decio & Maximo uiris clariſſimis conſulibus.

Alia: Cornelius epiſcopus Rufo epiſcopo in Domino ſalutem: & reliqua: data 11 calendis Iunijs, Maximo & Decio uiris conſulibus. Romæ uia Appia in cœmiterio Calixti. 18 calendis Octobris natiuitas ſancti Cornelij papæ: ſub perſecutione Decij cum presbyteris & diaconibus centum ex illis exilio deputati, ad quem confortandum multi Chriſtianorum ueniebant. Quo tempore beatus Cyprianus ſcripſit ei de Celerino lectore, quanta pro fide & confeſſione CHRISTI, ſuſtinuerit. Decius Cæſar audiens, quòd multi ei ſcriberent, & de beato Cypriano: rogauit ei, ſibi exhiberi: exhibitus, Decio interroganti quur à Cypriano contra Rempublicam literas accepiſſet. Reſpondit, Ego de corona CHRISTI, literas accepi, non contra Rempublicam. Iratus Decius iuſſit, ut os eius cum plumbatis cederetur: deinde, ad templum Martis, ut ſacrificaret, duceretur: quòd ſi contempſiſſet, illic capite puniretur. Quumq́ duceretur, unus ex militibus nomine Cerealis, rogare cœpit beatum papam, ut uiſitaret uxorem eius, quæ annis quinque paralytica iacebat. Ingreſſus autem domum eius, tenuit manum Salluſtiæ, & erexit eam, dicens: In nomine Domini noſtri IESV CHRISTI Nazareni, ſurge, & ſta ſupra pedes tuos. Quæ protinus erexit ſe, clamans & dicens: Verè CHRISTVS, eſt Dei filius. Et dixit beato Cornelio: Baptiza me, nam per CHRISTVM te coniuro. Et currens impleuit uas aquæ, & attuli ei. Tunc miſerunt ſe omnes milites ad pedes eius, orantes etiam ſe baptizari. Quos ut baptizauit, obtulit pro eis ſacrificium laudis, & participati ſunt omnes corpore & ſanguine

ſanguine Domini noſtri IESV CHRISTI. Audiens autem Decius, mittens tenuit omnes, & iuſſit ut cum beato Cornelio ducerentur ad ſacrificandũ: & ſi nollent parere, capite plecterentur. Ducti uerò foras muros portæ Appiæ, expuentes in templum decollati ſunt unà cum beato Cornelio, numero 21, Sed & Cerealis cum uxore ſua Salluſtia, 18 calendis Octobris. Eadem uerò nocte uenit Lucina cum clericis & familia ſua, & rapuit martyrum corpora, & ſepeliuit ea in agro ſuo in crypta, in cœmiterio Calixti. Cuius Lucinæ Cornelius ſic commemorat: Decretalis epiſtola Cornelij papæ: Chariſſimis atque dilectiſſimis fratribus ſanctæ eccleſię filijs, Cornelius epiſcopus ſalutem. Decreui uobis ſcribere: & reliqua. Et poſtea: Quapropter rogo uos, nobis congratulari, quòd rogatu cuiuſdam deuotæ fœminæ ac nobiliſſimæ matronæ Lucinæ, leuata ſunt corpora apoſtolorum Petri & Pauli de Catatumbis: & primò quidem beati Pauli corpus leuatum, ſilentio, ac poſitum eſt in prædio prædictæ matronæ, uia Hoſtienſi, ad latus ubi decollatus eſt. Poſtea uerò beati apoſtolorum principis Petri accepimus corpus, & condecenter poſuimus illud iuxta locum ubi crucifixus eſt inter corpora ſanctorum epiſcoporũ, in templo Apollinis, in monte Aureo, in Vaticano palatij Neroniani, tertia die calendarum Iuliarum: & reliqua. Hæc epiſtola data eſt ſexta idus Septembris, Decio & Maximo uiris clariſſimis conſulibus. Poſt quem paſſus eſt Cornelius. Lucius papa in tertio anno Decij incipiens, ſedit menſibus 5, uſq; ad 4 nonis Martij. In initio anni quarti Decij, ſub Valeriano præfecto, inde Stephanus papa ſedit annis 4, menſibus aliquot, uſque ad 4 nonis Auguſti, quo paſſus eſt ſub Valeriano præfecto, in anno ſexto Decij. Decretalis epiſtola Stephani papæ: Dilectiſſimo fratri atque familiariſſimo amico Hilario, Stephanus papa ſalutem: & reliqua: data 5 nonis Martij, Valeriano & Galieno uiris clariſſimis conſulibus. Stephanus ſanctæ Apoſtolicæ & uniuerſalis Romanæ eccleſiæ epiſcopis: & reliqua: data nonis Aprilis, Valeriano & Galieno uiris clariſſimis conſulibus. In Martyrologio ita habetur: Romæ in cœmiterio Calixti ſepultus: ſub Valeriano & Galieno paſſus. Is quum perſequutio ſæua graſſaretur, congregato uniuerſo clero ſuo, hortatus eſt eos, ut pro CHRISTO coronam martyrij alacriter ſuſciperẽt, ordinauit tres presbyteros & ſeptem diaconos & clericos decem, cum quibus de regno Dei aſſiduè docebat. Diuina autem gratia procurante, occurrebant multi ex Gentilibus, & honeſti uiri, ut baptizarentur ab eo: inter quos Nemereus Tiburtinus cum omni domo ſua, filiaq; eius Lucilla, quæ cæca, per beatum Stephanũ illuminata eſt. Olympius alter tribunus cum uxore Exuperia & filio Theodolo, & cæteris qui crediderunt in ſua domo, qui paſſi ſunt poſtea. Celebrabat autem miſſas atque concilia per cryptas martyrum. Factũ eſt autem, ut Valerianus & Galienus perſequutores nominis CHRISTI, ſummo requirerent ſtudio beatum Stephanum, ut eum uel clericos eius diuerſis pœnis afficerẽtur. Miſerunt itaq; multitudinem militum, & tenuerũt eum cum multitudine clericorũ, & ductus eſt ad Valerianũ. Tunc ſtatim iuſſit eum duci ad templũ Martis, & ibidem dictata ſententia capite truncari, ſi non adoraret. Perductus beatus Stephanus à militibus foras muros Appiæ portæ, ad templum, leuatis oculis ad cœlum, dixit: Domine Deus meus pater Domini noſtri IESV CHRISTI, qui deſtruxiſti turrim cõfuſionis Babyloniæ, deſtrue nũc & hunc locum, ubi diabolica ſuperſtitione per idolorũ culturam animæ pereunt populorum. Et ſtatim facto fragore tonitrui cum terroribus coruſcationem, corruit maxima pars templi, & milites pauefacti fugerunt. Beatus uerò Stephanus perrexit cum omnibus

mnibus Chriſtianis ad cœmiterium ſanctæ Lucinæ, & multis eos conſolatus ſermonibus, obtulit pro eis ſacrificium Deo, quem intrepidum & conſtantem ante altaris ſolennia & cœpta perficientem, in eadem decollauerunt ſede, 4 nonis Auguſti. Cuius corpus Chriſtiani populi ſepelierũt in eadem crypta cum ipſa ſede, ubi aſtans ſanguis expanſus eſt, in loco qui appellatur hodie cœmiterium Calixti. Hic conſtituit, ut ſacerdotes & Leuitæ ueſtes ſacras in quotidiano uſu nõ haberẽt, niſi in eccleſia. ¶ Poſt Stephanum Sixtus ſuccedit annis 2. Decretalis epiſtola Sixti papæ: Sixtus papa, coëpiſcopis ſalutem: & reliqua: data calend. Septembris, Valeriano & Deciano uiris cõſulibus. Methodius ſic: Dilectiſſimis fratribus per Hiſpaniarum prouincias conſtitutis, Sixtus epiſcopus, in Domino ſalutem: & reliqua: data 17 calendis Auguſti, Valeriano & Decio uiris clariſſimis conſulibus. In Martyrologio ſic: Decius imperator & Valerianus præfectus tenuerunt beatiſſimum ſenem Sixtum epiſcopum Romanum cum omni clero ſuo, & recluſerunt eos in cuſtodia publica, & fuerunt ibi clauſi multis diebus. Factum eſt autem, ut Decius Cæſar & Valerianus præfectus iuberent ſibi beatum Sixtum epiſcopum Romanum cum omni clero ſuo nocte, intra ciuitatem inducere. Cui Decius Cæſar dixit: Sacrifica dijs immortalibus, ut clerus tuus augeatur. Ad hæc ſanctus Sixtus: Ego ſemper ſacrificaui, & ſacrifico Domino Deo Patri omnipotenti: Tunc ex præcepto Decij duxerũt milites eum ad templũ Martis, ut ſacrificaret: ſed contemnentem ſacrificare, recluſerunt eum in cuſtodia priuata cum duobus diaconis Feliciſſimo & Agapito. Quumq; duceretur, cœpit eum beatus Laurentius archidiaconus compellare. Quò progrederis ſine filio, pater? quò ſacerdos ſine diacono properas? & reliqua, ſicut in paſſione habẽtur. Et dixit beatus Sixtus ad beatum Laurẽtium, Accipe facultates uel theſaurum eccleſiæ, & diuide quibus tibi uidetur. Accepta poteſtate cœpit inquirere ubique pauperes CHRISTI, & unicuique diſtribuit. Poſt hæc beatus Sixtus & diaconi Feliciſſimus & Agapitus, repræſentati ſunt Decio & Valeriano. Ad quẽ Decius ait: Nos quidem conſulimus ſenectuti tuæ, ſed ſacrifica. Reſpondit beatus Sixtus: Miſer, tu ſacrifica, & noli blaſphemare, ſed age pœnitentiam. Tunc monente Valeriano iuſſit Decius, ut ducerentur ad templum Martis. Tunc beatus Sixtus dixit, Ad templum Martis deſtruat te CHRISTVS filius Dei uiui: quum reſpondiſſent omnes Chriſtiani, Amen: cecidit aliqua pars templi. Tunc beatus Laurentius cœpit clamare, Non me derelinquas pater ſancte: & reliqua. Milites hoc audientes de theſauris, tenuerunt beatum Laurentium, ſanctum uerò Sixtum, Feliciſſimum & Agapitum duxerunt in cliuum Martis ante templum, & ibi decollati ſunt 8 idus Auguſti. Nocte uenerunt Chriſtiani & clerici, & colligentes corpora ſanctorum ſepelierunt Sixtum in crypta, in cœmiterio Calixti, in eadem uia. Sanctos uerò Feliciſſimum & Agapitum martyres, ſepelierunt in cœmiterio Prætextati. Decollati ſunt cum eis & alij quatuor, ut in geſtis Pontificalibus legitur, Ianuarius, Magnus, Vincentius, & Stephanus ſubdiaconi. Paſſus eſt cum eis & beatus Quartus, ut ſcribit beatus Cyprianus. Hic beatus Sixtus apud Athenas natus & doctus, quidem prius philoſophus, poſtea CHRISTI diſcipulus fuit. Sedit autem anno uno, mẽſibus decem, diebus uigintitribus. Et ſi ergo ſanctus Cyprianus, qui tũc fuerat præſens, hæc ſcripſit, quis ea neget? Detentus itaque beatus Laurentius à militibus, & traditus eſt Parthenio tribuno. Qui nunciauit Decio, quòd Laurentius qui haberet theſauros, archidiaconus Sixti, in cuſtodia teneretur: & tradiderũt cuidam Hippolyto, & Hippolytus recludit eum cum

multis: & reliqua. Ibi erat homo Lucillus, nomine Cæcus: ad quem ſanctus Laurentius ait: Crede in filium Dei Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, & baptizare, & illuminabit te. Reſpondit Lucillus: & reliqua. Videns autem Hippolytus credidit, & baptizatus eſt. Ex mandato ductus eſt beatus Laurentius: & cætera, ſicut in paſſione legitur. Tunc unus ex militibus nomine Romanus, credidit Domino noſtro IESV CHRISTO: & dixit beato Laurentio: Video in te hominem: & cætera. & baptizatus eſt. Tunc beatus Laurentius expoliatus ueſtimentis ſuis, extentus eſt in cratem ferream, & allati ſunt baculi cum prunis. Sanctus Laurentius dixit Decio: Diſce miſer, quanta eſt uirtus Domini mei: nam carbones tui, mihi refrigerium præſtant: & uultu pulcherrimo dicebat: Gratias ago tibi Domine IESV CHRISTE, quia merui ianuas tuas ingredi. Et emiſit ſpiritum. Mane autē primo adhuc crepuſculo, rapuit corpus eius Hippolytus, & condiuit cum linteaminibus & aromatibus: & hoc factum mandauit Iuſtino presbytero. Tunc beatus Iuſtinus & Hippolytus, plorantes & multum triſtes, ſepelierunt eum in prædio matronæ uiduæ Cyriacæ in agro Verano. Eodem die Romæ militum ſexagintaquinque tūc paſſi ſunt: ſed Claudius, Seuerus, Creſcentius & Romanus, ipſo die quo beatus Laurentius, poſt tertium diem ſancti Sixti. Decius uerò furore arreptus iuſſit, ut cum lapidibus os Hippolyti contunderetur, & foras muros portæ Tiburtinæ cum familia duci. Beatus Hippolytus confortabat omnes dicens: Fratres, nolite metuere: quia ego & uos unum dominum habemus: & decollati ſunt promiſcui ſexus numero nouemdecim. Beatus urrò Hippolytus ligatus pedibus ad colla indomitorum equorum, & ſic per ſpinas & tribulos tractus emiſit ſpiritum. Noctu uenit beatus Iuſtinus presbyter, & collegit corpora, & ſepeliuit in campo eodem, iuxta nympham, ad latus agri Verani, idus Auguſti. In martyrologio ſic: Romæ idus Auguſti natalitia ſancti Hippolyti martyris, ſub Decio Cæſare & Valerio præfecto.

A Decio imperatore hucuſque papæ per annos octo cathedram tenuerunt: iuxta chronicam Euſebij, quamdiu uerò ſecundum Martyrologium ſederunt, dicendum eſt. Decius regnauit annis ſexdecim. Fabianus papa paſſus decimotertio calendis Februarij, in anno primo Decij. Inde Cornelius papa annis duobus, menſibus octo, paſſus eſt decimooctauo calendis Octobris, in anno Decij tertio. Inde Lucius papa annis tribus, menſibus quinque, paſſus ſub Valeriano præfecto, in anno ſeptimo Decij, 4 nonis Martij. Stephanus papa, annis ſeptem, menſibus quinque, paſſus ſub Valeriano præfecto, 4 nonis Auguſti, in anno 14 Decij. Sixtus papa, 2 annis, paſſus 8 idus Auguſti, in anno 16 Decij. Laurentius quoq; & Agapetus, Feliciſſimus & Hippolytus paſſi ſub Decio, ſi eccleſia non fallitur. Damnum ergo annorum 18 in Chronicis Euſebij & Bedæ, ab anno 15 Tiberij, in anno 10 magni cycli, iuxta hiſtoriam ſacri Euangelij ad cyclū Dionyſii, implent iſti anni 16 Decij, & 2 anni Galerij, teſte Iſidoro epiſcopo, qui duobus annis regnauit. Quòd ſi aliqui his rationibus obſiſtit, ecce reſurrectionem Domini, iuxta hiſtoriam inquirimus.

[ *Marianus Scotus uigintiduos annos plus alijs Chronographis poſuit ab incarnatione Domini: quos ſub deficientibus regibus collegit menſibus & diebus, integris annis ſuperuenientibus.* ]

DECIVS.

Romanorum 29, Decius, ſecundum omnes chronographos anno uno regnauit, & menſibus 3. Secundum Oroſium (ſicut ipſe dicit) annis 3. anno ab Vrbe condita 1004 incipiens: hoc eſt, uſq; ad calēdas Maias, in anno 232 poſt paſſionem: ſub quo hi conſules fuerunt.

| Anni Chr. | Anni Dec. | |
|---|---|---|
| 253 | 1 | Decius & Aphricanus. |

Methodius ſic: Decius ob odium Philipporum quos occidit, perſequutionem Chriſtianorum mouet. Fabianus papa paſſus 14 calendis Februarijs. Hucuſque Methodius.

¶ Cornelius 19 papa poſt Petrum annis tribus, menſibus quinque. Antoninus modò in Ægypto naſcitur.

| 254 | 2 | Maximus & Decius. |
|---|---|---|

Alexandro Hieroſolymorum apud Cæſareā Palæſtinę. Antiochiæ, Babilas, Mazabanus & Fabius epiſcopi cōſtituuntur. Cornelius papa paſſus 18 calendis Octobris: Romæ paſſus Fabianus, & Cornelius papa, Victoria, & Mimates. Antiochiæ, Babilas epiſcopus. Apollonia ciuitate, Leacus, Cuſus & Gallinicus. Hieroſolyma, epiſcopi Alexāder, Nazanzo, Tripho: in Ægypti ciuitate quæ dicitur Tinius, Phileas epiſcopus, Philocomus tribunus, cum multis. In Sicilia ciuitate Cathanēſium, Agatha uirgo: in Perſide, Polochronius: Babyloniæ, Cteſiphōtes epiſcopus: Pergen Pamphiliæ Neſtor epiſcopus. In Corduba ciuitate Parmenius presbyter cū ſocijs: apud Circenſem coloniam Marianus & Iacobus. Decius cū filio occiditur in abrupto Thraciæ loco à Gothis in bello. Methodius ſic: Igit̄ poſt ea quàm Decius non totis duobus annis principatu Romani apicis miniſtrato, cum filijs pariter interēptus eſt, Gallus ſuſcepit imperium. Quo tempore etiā Origenes 70 ætatis anno non ad integrū expleto, defunctus eſt. At ne Gallus malū Decij aut uidere potuit, aut cauere, ſed in eundem lapidem offenſionis impegit. Cuius cùm regnum floreret, & cuncta ei inſiſtentia cederent, ſanctos uiros qui pro pace regni eius Deo ſummo ſupplicabant, perſequutus eſt: cum quibus & proſperitatem ſuā pariter fugauit & pacem. In urbe itaque Roma poſt Cornelij conſummationem, qui tribus circiter annis ſacerdotio functus eſt epiſcopatus, ſedem Lucius ſuſcepit.

## GALLVS.

Romanorum 30, Gallus cum filio Voluſiano, regnauit annis 2, mēſibus 4. hoc eſt, uſq; ad calendas Septembres, in anno 234 poſt paſſionem: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro conſule.

| Anni Chr. | Anni Gal. | |
|---|---|---|
| 255 | 1 | Voluſianus & Maximus. |

Nonutius presbyter Cypriani, Romā ueniens, Nouatianū & cæteros confeſſores ſibi ſociat, eo quòd Cornelius pœnitētes apoſtatas recepiſſet. Antiochiæ 14 cōſtituitur epiſcopus Demetrius. ¶ Lucius papa 20, poſt Petrū annis 3, menſibus 5. Decretalis epiſtola Lucij papę: Dilectiſſimis omnibus fratribus Lucius epiſcopus ſalutē in Domino: & reliqua. In hac ſancta ſede apoſtolica cōſtituimus ut duo presbyteri, & tres diaconi in omni loco epiſcopū non deſerant, propter teſtimonium eccleſiaſticū: & reliqua: data calendis Aprilis, Gallo & Voluſiano uiris clariſſimis conſulibus.

| 256 | 2 | Valerianus & Galienus. |
|---|---|---|

His conſulibus teſte Caſſiodoro, Gallus & Voluſianus cùm aduerſum Æmylianum, qui in Mœſia res nouas moliebatur, ex Vbe præfecti eſſent, in foro Salaminij, ſiue (ut alij putant) in certamine interfecti ſunt. Æmylianus 3 menſe inuaſæ tyrānidis extinctus eſt.

## ÆMYLIANVS.

Romanorū 31, Æmylianus quum Gallum & Voluſianū occidiſſet, imperauit mēſibus 3. Origenes anno 70 ætatis ſuæ obijt, & in urbe Tyri ſepultus eſt. Æmylianus autem obſcuriſſimè natus erat. Siquidem Maurus erat, atque etiam 3 menſe ſui imperij extinctus eſt: hoc eſt, circa menſem Nouembrem, in eodem anno, quo occidit Gallum & Voluſianum. Methodius ſic: Lucio papa 8, ſolis menſibus ſacerdotio adminiſtrato, Stephanus ſuccedit: cui duobus annis impleto ſacerdotio Romæ Sixtus ſuccedit. Gallus uerò non integris duobus annis imperio detento rebus humanis



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

exemptus eſt. Poſt quem Valerianus cum filio Galieno ſuſcepit principatum. Qui poſtquàm deprauatus eſt, & deiectus, à Barbaris captus eſt, & luminibus orbatus filios ſceleris & impietatis ſuæ reliquit ſucceſſores. Galienus uerò Valeriani filius poſtea quàm rerum ſummam ſolus obtinuit, lenius ac moderatius agere inſtituit: datiſq; decretis in Hiberi ſupplicia perſequutionesq; ceſſare, & quo quiſq; putat more, exorare quod Diuinum eſt, ſinit. Cuius medijs temporibus eccleſia Dei in pace durante, Macrinus uelut nubes quædam tenebroſa & atra, ſubitò regni eius obſcurauerat lucem. Quo rurſum ad uicem æſtiuæ lucis abolito, Galienus nouũ ex ueteri in uniuerſo mundo lumen effulſit, qui atrocem tyrannũ & regno deturbauit & uita. Sixto quoque Romanæ eccleſiæ per annum & menſes undecim, ſacerdotio procurato ſuccedit Dionyſius. Demetriano autem apud Antiochiam defuncto Paulus Samoſatenſis ſacerdotium ſuſcepit. In Hieroſolymis uerò poſt Zabanen ſacerdotium ſuſcepit Hymenæus. Interea apud Alexandriam Dionyſius 17 annis functus ſacerdotio, quieuit in pace, eiq; ſuccedit Maximus. Huc uſque Methodius.

VALERIANVS.

ROmanorum 32, Valerianus cum filio Galieno regnauit annis 15. hoc eſt, uſq; ad calendas Decẽbres, in anno 249, poſt paſſionem: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro.

| Anni Chr. | Anni Vale. | |
|---|---|---|
| 257 | 1 | Valerianus 2, & Galienus 2. Valerianus in Græcia, Auguſtus: Galienus Romæ à ſenatu Cæſar appellatus eſt. |
| 258 | 2 | Maximus 2, & Glabrio. In Martyrologio. Natiuitas ſancti Lucij papæ & martyris, 4 nonas Martij: qui perſequutione Valeriani & Galieni, ob fidem CHRISTI exilio relegatus: & poſtmodum diuino nutu ad eccleſiam ſuam redire permiſſus, capitis obtruncatione martyriũ compleuit, uia Appia poſitus ad ſanctum Sixtum. |
| 259 | 3 | Valerianus 3, & Galienus 3. Stephanus 29 papa poſt Petrũ annis tribus, menſibus quinque. Cyprianus primùm rhetor, deinde presbyter, ad extremum Carthaginenſis epiſcopus martyrio coronatur. |
| 260 | 4 | Tuſcus & Baſſus. Valerius perſequutionem in Chriſtianos mittens, ſtatim à Sapore Perſarum rege capitur & excæcatur, ibiq; conſeneſcit. |
| 261 | 5 | Æmylianus & Baſſus. Stephanus papa paſſus 4 nonis Auguſti. ¶ Sixtus 22 papa poſt Petrum anno uno & menſes 11. |
| 262 | 6 | Decius Cæſar & Valerianus. Valeriano in Perſas ducto, Galienus noſtris pacem reddidit. Theodorus, qui & Gregorius Neocæſareæ Ponti epiſcopus, inter cætera uirtutum gloria & eccleſiæ faciendæ locus ſufficeret, precibus montẽ mouit. |
| 263 | 7 | Galienus 4, & Gencienus. Antiochiæ decimusquintus cõſtituitur epiſcopus Paulus. Sixtus papa paſſus octo idus Auguſti. ¶ Dionyſius 23 papa poſt Petrum, annis ſex, menſibus quinque. hic eccleſias presbyteris & parœchias diœceſis dedit & cõſtituit. Methodius ſic: Sixtus quoq; Romanæ eccleſiæ per annos 2, menſes 11, ſacerdotio procurato ſuccedit Dionyſius. Demetriano autem apud Antiochiã defuncto Paulus Samoſatenus ſacerdotiũ ſuſcepit. |
| 264 | 8 | Galienus 5, & Victorinus. Galieno in laſciuiam diſſoluto, Germani Rauennam uſque uenerunt. |
| 265 | 9 | Albinus & Maxim9. Græcia, Macedonia, Pontus, Aſia, depopulata per Gothos. Cyclus decimuſquintus decennoualis incipit. |
| 266 | 10 | Galienus 6. & Saturninus. Parthi Meſopotamiam tenuerunt, & Syriam incurſauerunt. |
| 267 | 11 | Valerius & Lucillus. Alexandrinæ |

xandrinæ eccleſiæ 14 epiſcopus ordinatur Maximus annis nouem. Methodius ſic: Interea Dionyſius apud Alexandriā ſeptemdecim annis functus ſacerdotio quieuit in pace, eiq; ſuccedit Maximus.

| Anni Chr. | Anni Vale. | |
|---|---|---|
| 268 | 12 | Galienus 7, & Sabinillus. |

Ordinatus decurio Palmirenus collecta agreſtium manu, ita Perſas cecidit ut ad Cteſiphontem caſtra poneret.

| | | |
|---|---|---|
| 269 | 13 | Paternꝰ & Arceſilaus. |

Hieroſolymorum epiſcopus Hymenæus. Methodius ſic: Dionyſius papa obijt ſexto calendis Ianuarijs. In Hieroſolymis uerò poſt Zabanen ſuſcepit ſacerdotium Hymenæus. Hucuſque Methodius.

¶ Felix, uigeſimus quartus poſt Petrū annis quatuor. Romæ paſſus, Iouinus & Baſilius, Baſilla, Ruffina & Secunda uirgines: Tertullianus, Prothus, Hiacinthus, Valerianus, Nemeſius, Symphronius, & Olympius, in Hiſpania urbe Tarracona: Verona, Zenon epiſcopus, Fructuoſus epiſcopus, Augurius & Elogius diaconi: Cæſarea Palæſtina, Marinus: apud Aphricam ciuitatem tribuno Lucernariæ, Maxima, Donatilla, & Secunda uirgo: in territorio Cauillaterio, uico Mitanienſi Priuatus epiſcopus.

| | | |
|---|---|---|
| 270 | 14 | Paternus 2, & Marinus. |
| 271 | 15 | Claudius & Paternus. |

His conſulibus, teſte Caſſiodoro, Galienus Aureoli ducis poſt 15 annum imperij ſui, rempublicam deſerens & libidinibus ſeruiens occiditur. Methodius ſic: Igitur Galienus quum per annos 15 Romanum gubernaſſet imperium, Claudio regni ſucceſſore, defunctus eſt.

## FL. CLAVDIVS.

Romanorum 33, Fl. Claudius regnauit anno uno, menſibus undecim: hoc eſt, uſque ad calendas Septembris, in anno ducenteſimo quinquageſimoprimo poſt paſſionem: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro ſenatore.

| Anni Chr. | Anni Clau. | |
|---|---|---|
| 272 | 1 | Antiochenꝰ & Orphitus. |

In Alexandria brachiū quod per multos annos fuerat obſeſſum, tādem deſtruitur. Claudius Gothos Illyricum & Macedoniam uaſtantes ſuperat, ob quæ in curia clypeus eius aureus & in Capitolio ſtatua aurea collocata eſt. Felix papa paſſus 3 calendis Iunij, teſte Beda. Iſte decreuit miſſas celebrare ſupra memorias martyrum. Romæ paſſi ſunt Marius, & Martha ſua coniuge & filijs. Milites 47 baptizati à papa Dionyſio: Cyrilla uirgo, in Tarracina Campaniæ ciuitate, Felix presbyter & Euſebius. Methodius ſic: Valerianus & Baſſus, his conſulibus Claudius Sirmij obijt, teſte Caſſiodoro.

## QVINTILIVS.

Romanorum 34, Quintilius frater Claudij, ex cōſenſu militum imperator factus eſt. Qui conſenſu etiā ſenatus, appellatus eſt Auguſtus. Hic etiā erat uir unicę moderationis & ciuilitatis æquandus uel præferendus fratri. ¶ Eutychianus papa 25 poſt Petrum, annis 6. Hic conſtituit, ut fruges ſuper altare tātùm fabæ & uuæ benedicerentur, & ut nullus martyrū ſine dalmatica aut collobio purpurato ſepeliretur. Quintilius 17 die ſui imperij (teſte Caſſiodoro) Aquilegiæ occiditur, hoc eſt, uſq; ad calēdas Octobres, in eodem anno quo Claudius obijt. Methodius ſic: Claudius duobus ſolis annis in imperio tranſactis Aureliano regni apicem dereliquit. Huius temporibus ultimum apud Antiochiam epiſcoporum concilium congregatur. In quo Paulus manifeſtè cōuincitur hæreticus, & damnatur ab omnibus quæ ſub cœlo ſunt eccleſiis CHRISTI, inſiſtente plurimū & diſceptationibꝰ ualdiſſimis, perurgēte Malchione presbytero eiuſdē Antiochenæ eccleſiæ, uiro omnibus uirtutibus adornato, uerbo diſertiſſimo, atq; in omni eruditione perfecto. Paulus itaq; & ſacerdotio abſciſus & cōmunione, filiū beatę memoriæ Demetriani, q eidē inculpabiliter

præfuit Domnũ nomine,uirum omnibus bonis ornatum poſt ſe reliquit.

AVRELIANVS.

Romanorum 35, Aurelianus regnauit annis 5. hoc eſt,uſque ad calendas Apriles in anno 256 poſt paſſionem: ſub quo hi conſules fuerunt,teſte Caſſiodoro conſule.

| Anni Chr. | Anni Aur. |
|---|---|

|283| 1 | Quietus & Voldumianus. Antiochiæ eccleſiæ 17 ordinatur epiſcopus Timæus. Aurelianus Tetrico apud Catalaunos prodente, exercitum ſuum Gallias recepit.

|284| 2 | Tacitus & Placidianus. Zenobia apud Thumas haud longè ab Antiochia uincitur: quæ occiſo Odenato marito, Orientis tenebat imperium, in qua pugna ſtrennuiſſimè aduerſum eam dimicauit Pompeianus dux cognomẽto Francus. Cuius familia hodieq; apud Antiochiam perſeuerat: ex cuius Euagrius presbyter chariſſimus nobis ſtirpe deſcendit.

|275| 3 | Aurelianꝰ & Capitolinus. Euſebius Laodicenus epiſcopus inſignis habetur. Aurelianũ Romę triumphantem Tetricus & Zenobia præceſſerunt equitibus. Tetricus correctorpoſtea Lucaniæ fuit,& Zenobia in Vrbe ſummo honore conſenuit: à qua hodieq; Romæ, Zenobiæ familiæ nuncupantur.

|276| 4 | Aurelianus 2, & Marcellus. Aurelianus templum Soli ædificat,& Romam firmioribus muris cinxit. Epiſtola Eutychiani: Dominis fratribus Iohanni & omnibus per Bethicam prouinciam conſtitutis epiſcopis Eutychianus epiſcopus, in Domino ſalutem: & reliqua: data 2 idus Aprilis, Aureliano & Marcello uiris clariſſimis conſulibus.

|277| 5 | Probus & Paulinus. Aurelianus, quum aduerſum nos perſequutionẽ mouiſſet, fulmen iuxta eum comitesq; eius ruit. Romæ Eutychianus papa paſſus, 6 idus Decembris: & ſepultus in cœmiterio Calixti. Theodora, Baſilides, Tripos, Mandalia Lingonis paſſi ſunt: ſancti gemini, Leodio ciuitate: Canon Cęſarea Cappadociæ Mamines. Apud Preneſtinam urbem Agapetus: in ciuitate Salona, Anaſtaſii: apud Auguſtodunum Symproniani: in territorio Viuarienſi, loco qui dicitur gẽtibus Andeolus, ſubdiaconi Andochi: presbyter Thyrſus diaconus & Felix: in caſtro Diuone, Benigni presbyteri.

| Anno Chr. | Anno Aur. |
|---|---|

|278| 6 | Probus 2, & Paternus 2. Ab Eutychiano papa uſq; ad hos cõſules, in anno 6 ſcribendum. His conſulibus, teſte Caſſiodoro, Aurelianus in itineris medio inter Conſtantinopolim & Heracliam in cœno Frurio uiæ ueteris occiditur. Methodius ſic: Igitur Aurelianus quum ſex annis gubernaſſet principatum, Probus poſt hunc ſuſcepit imperium.

TACITVS.

Romanorum 36, Tacitus poſt Aurelianum adeptus eſt imperium, menſibus ſex. Antoninus natione Alexandrinus Laodicenæ Syriæ epiſcopus, philoſophicis diſciplinis eruditus, plurimo ſermone celebrauit. Cuius ingenij magnitudo, de libro quem ſuprà de paſcha compoſuit,& de decem libris Arithmeticæ inſtitutionis, apertiſſimè poteſt cognoſci. Inſania Manichæorum hæreſis exoritur. Tacitus menſe ſexto ſui imperij apud Pontum occiſus eſt, circa menſem Septembrem.

FLORIANVS.

Romanorum 37, Florianus (teſte hiſtorico) poſt Tacitũ obtinuit imperium, qui tertio demum menſe ſui imperij apud Tharſum interfectus eſt: hoc eſt, uſque ad calendas Ianuarias, in eodem anno, quo Aurelianus occiſus eſt. Hic nec quicquam memoriæ dignum egit, tanti temporis breuitate ſui imperij.

PROBVS.

Romanorum 38, Probus regnauit annis 6, menſibus 4. hoc eſt, uſque ad calendas Maij, in anno 264 poſt paſ-

poſt paſſionem: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro.

| Anni | Anni |
|---|---|
| Chr. | Pro. |

|279| 1 |Probus 4, & Tiberianus. ¶ Gaius, 26 papa poſt Petrum, annis 15, menſibus quatuor.

|280| 2 |Probus 5, & Victorinus. Probus Gallos & Pãnonias uineas habere permiſit, Almum montem apud Syrmium, & Aureum in Miſia ſuperiore, militari manu conſitos prouincialibus colendos dedit.

Secundo anno Probi
Iuxta Antiochenos, 400.
Iuxta Laodicenos, 324.
Iuxta Edeſſenos, 589.
Iuxta Aſcalonitas, 380.

Initium 86 iubilæi, ſecundũ Hebręos. Iobel, autem apud Hebræos, quinquagenarius annus nominatur.

Itaq; ſecundum ſupputationem Hebræorũ (ſicut dicit Euſebius in Chronicis ſuis) ab Adam uſque in præſentem diem, ideſt ſecundum annum Probi, fiunt 4200 anni, ideſt 4 iubilæi, & 50 anni, ideſt unus iubilæus. Iubilæi 40 ab Ada uſque ad annum 50 Abrahæ: & ab Ada uſque ad annum 16 Tiberij, 70 iubilæi.

|281| 3 |Carus & Carinus. Antiochiæ 18 conſtituitur epiſcopus Cyrillus. Saturninus magiſter exercitus, nouam ciuitatem Antiochiæ orſus condere: qui poſtea imperium molitus inuadere, Apamiæ occiditur.

|282| 4 |Carinus 2, & Numerianꝰ. Archilaus Meſopotamiæ epiſcopus librum diſputationis ſuę, quem habuit contra Manichæum exeuntem de Perſide, Syro ſermone cõpoſuit: qui tranſlatus à Græcis apud multos habetur.

|283| 5 |Diocletianus uir clariſſimus conſul. Alexandriæ epiſcopus 15 præfuit Theonas annis 19.

|284| 6 |Diocletianus & Ariſtobulus. His conſulibus Probus tumultu militari apud Syrmium in turri quę uocatur Ferrata, occiditur: teſte Caſſiodoro. Methodius ſic: Qui quum totidem tẽporis impleſſet imperio, Carus unà cum filijs Carino & Numeriano ſuccedit.

CARVS.

ROmanorum 39, Carus cum filijs ſuis Carino & Numeriano, regnauit annis 2, menſibus item 2, iuxta hiſtoriam Romanam: hoc eſt, uſque ad calendas Iulias, in anno 266 poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro.

| Anni | Anni |
|---|---|
| Chr. | Car. |

|285| 1 |Maximus & Aquilinus. Carus Narbonenſis cum omni Parthorum regione uaſtata Choën & Cteſiphõtem nobiliſſimas hoſtium urbes cepiſſet, ſuper Tigridem caſtra ponẽs, fulminis ictu interijt. Cyclus decennoualis 16, indictione 3 incipit.

|286| 2 |Diocletianus 2, & Maximianus. Numerianus quum oculorũ dolorem lectica ueheretur, inſidijs Apri ſoceri ſui, occiſus eſt: uix deinde comperto ſcelere, niſi per fœtorem cadaueris poſt aliquot dies, Carinus prælio uictus apud Moguntiam occiditur. Methodius ſic: Carus cũ filijs ſuis Carino & Numeriano ſuccedit Probo: à quibus 3 annis nondum plenis Romano regno adminiſtrato, Diocletianus ſuſcepit principatum.

DIOCLETIANVS.

ROmanorum 40, Diocletianus regnauit annis 20. hoc eſt, uſque ad calendas Iulias, in anno 284 poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro.

| Anni | Anni |
|---|---|
| Chr. | Dio. |

|287| 1 |Maximianus 2, & Ianuarius. Diocletianus, Dalmatæ ſcribæ filius, imperator electus, ſtatim Aprum in militum concione percuſſit: iurans eius ſcelere etiam Numerianum interfectum.

|288| 2 |Baſſus & Quintianus. Diocletianus in cõſortium regni, Herculeum Maximianum ſumpſit, qui ruſticorũ multitudine oppreſſa, pacem Gallis reddidit. Carus ſumpta purpura Britannias occupauit.

Anno Chr. | Anno Dio.

289 | 3 | Diocletianus 3,& Maximianus tertiò.

290 | 4 | Tiberianus & Dion. Narſeus rex Perſarum Orienti bellum intulit hoc tempore.

291 | 5 | Annibalianus & Aſclepiodotus. Ægyptum Achilleus obtinuit: ob quæ Conſtantius & Galerius Maximianus Cæſares aſſumuntur in regnum: quorum Conſtantius Claudij ex filia nepos fuit. Galerius in Dacia non longè à Sardice natus eſt.

292 | 6 | Diocletianus 4,& Maximianus 4. Diocletianus etiã ut eos affinitate coniungeret, Conſtantius priuignam Herculij Theodoram accepit: ex qua poſtea ſex liberos Conſtantini fratres habuit.

293 | 7 | Cõſtantius & Maximus. Galerius filiam Diocletiani Valeriam accepit. Ambo uxores quas habuerãt, repudiare compulſi ſunt.

294 | 8 | Tuſcus & Amulius. Buſiris & Coptus contra Romanos rebellantes ad ſolum uſque ſubuerſæ ſunt.

295 | 9 | Diocletianus 5,& Conſtantius 2. Decretalis epiſtola Gaij papæ: Dilecto fratri Felici epiſcopo, Gaius ſalutem: & reliqua: data calendis Martijs, Diocletiano 5,& Conſtantio 2 conſulibus. Gaius in hac epiſtola conſtituit, ut per omnes gradus eccleſiaſticos, ideſt acolytus, hoſtiarius, lector, exorciſta, ſubdiaconus, diaconus, presbyter, primùm aſcẽderent, ſi quis epiſcopus fieret. Gaius papa paſſus 10 calendis Maij, & ſepultus in cœmiterio Calixti. ¶Huic ſucceſſit Marcellinus papa 28 poſt Petrũ, annis 8, menſibus 2, diebus uigintiquinque.

296 | 10 | Fauſtus & Gallus. Primus Diocletianus adorari ſe ut Deum iuſſit, & gemmas ueſtibus calceamentiſq; inſeruit. Quum ante eum omnes imperatores in modum iudicum ſalutarentur, & chlamydem purpuream à priuato habitu plus haberetur. Methodius ſic: Diocletianꝰ ſuſcepto principatu, maximas in noſtros perſequutiones molitus eſt. Sub hoc Gaius papa 15 annis ſacerdotio perfunctus, Marcellinum ſucceſſorem reliquit.

Anni Chr. | Anni Dio.

297 | 11 | Diocletianus 6,& Maximianus ſextò.

298 | 12 | Conſtantius 3, & Maximus 3. His conſulibus, intra 30 dies, 7000 paſſi ſunt.

299 | 13 | Titianus & Nepotianus. Alexandria cum omni Ægypto per Achilleum ducem à Romana poteſtate diſcedens, 8 obſidionis menſe, à Diocletiano capta eſt.

300 | 14 | Conſtantius 4,& Maximus 4. Itaque plurimi per totam Ægyptũ grauibus proſcriptionibus exilijſq; uexati, interfectis his qui authores perduellionis extiterant.

301 | 15 | Diocletianus 7,& Maximianus 7. Eccleſiæ Hieroſolymorum 37 ordinatur epiſcopus Zabdas. Poſt 10 annos per Aſclepiodotum præfectum prætorio Britanniæ, receptæ. Iuxta Lingones à Conſtantio Cæſare, 4000 Alemannorum cæſa ſunt.

302 | 16 | Diocletianus 8,& Maximianus 8. Galerius Maximianus, uictus à Narſeo ante Carpentum Diocletiani purpuratus cucurrit. Veturius magiſter militiæ Chriſtianos milites perſequitur. Paulatim iam ex illo tempore, perſequutione aduerſum nos incipiente, Marcellinus papa ad ſacrificandum ductus ſacrificauit: ſed poſtea pœnitentia ductus capite truncatus eſt, 6 calendis Maij: & ſepultus eſt poſt dies 35. in cubiculo in uia Salaria à Marcello presbytero & diaconibus cum hymnis.

¶Marcellus papa 29 poſt Petrum, annis 5, menſibus 7, diebus 21. Methodius ſic: Poſt Marcellinum Marcellus ſucceſſit, quem iam tempus Diocletianæ perſequutionis inuenit. Ea tempeſtate apud Antiochiam poſt Domnũ ſacerdotium ſuſceperat Timæus, poſt Timæum Cyrillus, poſt Cyrillum Dorotheus, qui eunuchus à natiuitate exiſtens, in regia etiam aula gloriam adeptus

pius eſt: uir eruditiſſimus Hebræa & Græca lingua. Poſt hunc quoq;, ſacerdotium ſuſcepit Tyrānius, ſub quo eccleſiarum perſequutio increuit.

| Anni | Anni |
| --- | --- |
| Chr. | Dio. |

303 | 17 | Conſtantius 5, & Maximus 5. Galerius Maximianus ſuperato Narſeo rege Perſarū & uxoribus ac liberis ſororibusq; eius captis, à Diocletiano ingenti honore ſuſcipitur.

304 | 18 | Conſtantius 6, & Maximus 6. Eccleſiæ Hieroſolymorum 38 præfuit Thermon. Cyclus 17 decennoualis, indictione 7.

305 | 19 | Diocletianus 9, & Conſtantius. Diocletianus & Maximianus Auguſti, pompa inſigni Romæ triumpharunt, antecedentibus currum eorum Narſei coniuge, ſororibus, liberis & omniū præda, qua Parthos ſpoliauerunt, 19 anno Diocletiani, menſe Martio, eccleſiæ ſubuerſæ ſunt, in diebus paſchæ, Quarto autē anno perſequutionis Conſtantinus regnare orſus. Secundo autem anno perſequutionis Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani: ſub uno die purpuram depoſuerunt, ob ætatis defectum: teſte Caſſiodoro. Et creati ſunt Auguſti Conſtantius & Galerius. Sed Conſtantius tantùm Auguſti dignitate contentus, quum eſſet ocioſus, anni ipſius adſcribuntur filio eius Conſtantino, qui natus dicitur ex Helena concubina, qui regnauit annis 30, menſibus 10. Sāctus Hieronymus naſcitur. Methodius ſic: Quum eccleſiarum nimia perſequutio inoleuiſſet, adeſt continuò Dei dextra, in tanta rerum permutatione: ut Auguſtus Diocletianus depoſitus cum collega pariter Auguſto Maximiano, regni inſignibus priuati, & plebei poſt imperium uiuerēt. Quibus ſubrogatus eſt Conſtantinus, qui multa clementia erga homines, erga Deum uerò religione maxima utebatur. unde meritò religioſus pater religioſiorem filium, Conſtantinum uidelicet regni benè parti reliquit hæredem, qui Maxentij uictor extitit tyranni filij Maximiani. Quo regnante Euſebius Neocæſarienſis epiſcopus emicuit, & Agretius Treuirorum archiepiſcopus extitit. Euſebius ſic: Maximus & Seuerus à Galerio Maximiano Cæſares facti.

CONSTANTIVS.

Romanorū 41, Conſtantius Chlorus & Galerius Maximinus, anno uno: hoc eſt, uſq; ad calendas Iulij, in anno 288 poſt paſſionem.

| Anni | Anni |
| --- | --- |
| Chr. | Con. |

306 | 1 | Maximinus & Maxẽtius. Marcellus papa dilectis fratribus uniuerſis, per Antiochiā cōſtitutis ſalutē: & reliqua: data calen. Aprilis, Maxentio & Maximino cōſulibus. Marcellus epiſcopus catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ urbis Romæ Maxentio: & reliqua: data 16 calendis Februarijs, Maxentio & Maximino conſulibus. Marcellus papa iubente Galerio Maximino imperatore primò fuſtibus cæſus, deinde ad cuſtodiam animalium deputatus, poſt multos dies indutus cilicio obijt 17 calendis Februarijs, & conditus aromatibus à Iohanne presbytero & beata Lucina: ſepultus eſt uia Salaria in cœmiterio Priſcillę. ¶ Huic ſuccedit Euſebius papa 30 poſt Petrum, menſibus 8. His autem cōſulibus Maximinus & Seuerus conſulibus, Conſtantius 16 imperij anno obijt in Britannia Eboraci: poſt quem filius eius Conſtantinus ex concubina Helena procreatus, regnum inuadit. Sub huius tempore inuenta eſt crux Domini, ſub Conſtantio patre Conſtantini Magni, ut in geſtis Romanorum pontificalibus habetur, ita ſub huius tempore inuenta eſt crux Domini 5 nonis Maij. & baptizatus eſt Iudas, qui dicit Cyriacus. ¶ Euſebius papa obijt, cui ſuccedit Miltiades. Tertio perſequutionis anno, quo Conſtantius Eboraci obijt, Maximinus & Seuerus à Galerio Maximiano imperatore Cæſares facti ſunt: ex quibus Maximinus maleficia & ſtupra ſua, in Chriſtianos perſequutionem accumulat. Paſſus eſt ea tem-

tēpeſtate Petrus Alexādrię epiſcopus cum plurimis Ægypti epiſcopis. Lucianus quoq; uir nobilis & cōtinentię & eruditione morib. præcipuus Antiochenus presbyter, & Timotheus Romæ 10 calen. Iul. Interea Diocletianus in Oriēte, Maximianus Herculius in Occidente uaſtari eccleſias, affligi interficiq; Chriſtianos decimo poſt Neronē loco præceperūt. Quæ perſequutio omnibus ferè alijs diuturnior & immanior fuit: nam per decenniū eccleſiarū proſcriptionibus, innocentū cedibus martyrū inceſſabiliter acta eſt. Secundo anno perſequutionis Diocletiani ab inuito exegit Maximiano, ut ſimul purpuram imperiumq; deponerent, ac iunioribus in Rempublicam inſtitutis, ipſi in priuato habitu conſeneſcerent. Beda. Attamen ſemel cœpta perſequutio, uſq; ad ſeptimum Conſtātini annum feruere non ceſſat. Galerius & Conſtātius Auguſti, primùm Romanum imperium inter ſe diuiſerūt. Galerius Maximianus, Illyricum, Aſiam & Orientem: Conſtantius Italiam, Aphricā & Gallias obtinuit. Sed Conſtantius uir tranquilliſſimus, Gallia Hiſpaniaq; contentus, Galerio cæteris partibus ceſſit. Galerius duos Cæſares elegit: Maximū, quem in Oriēte conſtituit: & Seuerū, cui permiſit Italiam: ipſe in Illyrico cōſtituitur. Oroſius. Conſtantius in Britannia obijt, & Conſtantinū filium ex Helena concubina creatum, imperatorem Galliarum reliquit. Conſtantino uerò in Gallijs ſtrennuiſſimè rempublicam procurāte, prætoriani milites Romæ Maxentium filium Maximiani Herculij, qui priuatus in Lucania morabatur, Auguſtum nomināt. Galerius Auguſtus Seuerū Cæſarem aduerſum Maxentium Romam cum exercitu miſit. Seuerus quum Vrbem obſideret, militum ſuorū ſcelere deſertus & proditus, & ex eo fugiens Rauennę occiſus eſt. Herculius Maximianus perſequutor ex Auguſto tyrannus: confirmatū iam imperio filium, ueſte ac poteſtate regia ſpoliare conatus: cōuitijs autem & tumultibus militum palàm contritus, in Galliam profectus eſt, ut Conſtātino genere ſuo æquè dolis iunctus auferret imperiū: ſed per Fauſtā filiam detectus & proditus, quòd dolū Conſtantino uiro ſuo pararet, Maſſiliæ fugiēs occiditur. Porrò Galerius occiſo Seuero Licinium imperatorem creat. Quumq; perſequutionē à Diocletiano & Maximiano miſſam, ipſe atrocioribus edictis accumulaſſet, ac poſtquā per annos 10 omni genere hominum exhauſit prouincias, putrefacto introrſum pectore & uitalibus diſſolutis, quum ultra horrorē humanæ miſeriæ, etiam uermes eructuaret, neq; medici iam ultra fœtorē eius ferentes crebro iuſſu occiderētur, & quidam medicus ei diceret, iram Dei eſſe pœnā ſuam, & ideo incuratus maneret, edictis latiſſimis Chriſtianos de exilijs reuocauit. Ipſe uerò obijt. Conſtantinus pacem eccleſijs per decē annos, quibus à perſequutoribus uexabātur, indulſit. Deinde orto ciuili bello inter Conſtantinum & Maxentiū apud pontem Miluium uictus Maxētius occiditur. Hęc Oroſius. Quomodo autem perſequutiones ſunt, ſecundū chronicā Euſebij & Bedam, uſq; ad annum 7 Conſtantini: hoc eſt, annus 19 & 20 Diocletiani: annum Galerij, & 6 Conſtantini. Tertium enim annū perſequutionis, quo & Conſtantius pater Cōſtantini Eboraci obijt, Beda computat inter Diocletianū & Conſtantinum. Quartum uerò annum perſequutionis, ſub Galerio, & Seuero, & Maxētio in Roma, Conſtantino interim in Gallia imperante, cum præcedente tertio anno perſequutionis, Iſidorus epiſcopus Galerio computauit. Romæ paſſus Gaius & Marcellus papa, Cyriacus cum ſocijs ſuis, Pancratius & Felicianus, & alij quàm plures. In Hiſpania Vincentius diaconus, in Sicilia Euplus diaconus, Agauno. Mauritius cū ſocijs ſuis: Antiochia Cyprianus epiſcopus: apud Ægeam ciuitatem Coſmas & Damianus: apud Coloniam Agrippinā, Gereon cum ſocijs ſuis: tunc intra unum

menſem

menſem, 17000 martyrum pro CHRISTO paſſi ſunt.

### CONSTANTINVS.

ROmanorũ 42, Cõſtantinus Magnus, Cõſtantij filius, ex cõcubina Helena, ab anno 4 perſequutionis incipiẽs, indictione 2, regnauit annis 30, menſibus 10. hoc eſt, in anno 268 poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro.

| Anni Chr. | Anni Con. | |
|---|---|---|
| 306 | 1 | Proconſul Diocletianus 11, & Maximus 9. Maxẽtius Herculij Maximiani filius, à prætorianis militibus Romæ Auguſtus appellatur. ¶ Miltiades papa 31 poſt Petrum, ſedit annis 4, menſibus 7, diebus 7. Hic conſtituit ut in die Dominico, & in quinta feria non ieiunarẽt: quia ipſos pagani pro ſacro ieiunio celebrant. |
| 307 | 2 | Procõſul Diocletianꝰ 12, & Maximus 10. Quirinus epiſcopus Siſcianus glorioſe pro CHRISTO interficitur, nam manuali mola ad collũ ligata & ponte pręcipitatus, in flumen diutiſſimè ſupernatauit: & cõſpectantibus colloquutus, ne ſui terrerent exẽplo, uix orãs ut mergeretur, obtinuit. |
| 308 | 3 | Maximus 11, & Licinius. Galerius Maximianus obijt. |
| 309 | 4 | Cõſtantinus 2, Licinius 2. Maximinꝰ perſequutione in Chriſtianos facta, quũ iam à Licinio puniẽdus eſſet, apud Tharſum morit̃. Miltiades papa obijt 3 idus Ianuarij. ¶ Huic ſucceſſit Sylueſter papa 32 poſt Petrum, annis 23, mẽſib. 10, diebus 27. Hic cõſtituit, ne ullus laicus clerico, nec clericus inferioris gradus clerico ſuperioris gradus crimen inferret: & ut in puro lino corpus CHRISTI offeratur, & chriſma ab epiſcopo cõfici, & ut baptizatum liniat presbyter: & dalmaticis in eccleſia uti, & ut pallio linoſtimo læua ſubdiaconorum tegeretur. |
| 310 | 5 | Conſtantinus 3, & Licinius 3. Petrus Alexandriæ eccleſiæ epiſcopus paſſus: cui ſucceſſit Achillas epiſcopus. |
| 311 | 6 | Voluſianus & Annianus. |
| 312 | 7 | Conſtãtinus 4, & Licinius 4. Bellũ Cibalenſe aduerſum Liciniũ. Pax eccleſiæ reddita à Conſtantino poſt decennium perſequutionis. |
| 313 | 8 | Sabinus & Rufinus. Hieroſolymorũ 39 epiſcopus Macharius. |
| 314 | 9 | Gallicanus & Baſſus. Diocletianus haud procul à Solonis, in uilla ſua, palatio moritur. |
| 315 | 10 | Licinius 5, & Criſpus. |
| 316 | 11 | Conſtantinus 5, & Licinius. Criſpus & Conſtantinus filij Conſtantini. & Licinius adoleſcẽs Licinij Auguſti filius, Conſtantini Aug. ex ſorore nepos Cæſares appellati. |
| 317 | 12 | Conſtantinus 6, & Conſtantius. Criſpum filium Conſtantini. Lactãtius eloquentiſſimus, ſed pauper. |
| 318 | 13 | Criſpus 2, & Conſtantinus ſecundò. |
| 319 | 14 | Probianus & Iulianus. Licinius Chriſtianos de palatio ſuo pellit. Baſilæus Amaſiæ Ponti epiſcopus ſub Licinio martyrizatur. |
| 320 | 15 | Seuerus & Rufinus. Alexandrinæ eccleſiæ 18 Alexãder, à quo Arius eiectus, ob id ſynodus 318 epiſcoporum in Nicæa congregata 17 calendis Iulijs. |
| 321 | 16 | Criſpus 3, & Conſtãtius 3. Conſtantinus prohibuit Chriſtianos occidi, paganorumq́; templum iuſſit claudi. Sanctus Martinus naſcitur, Sabariæ Pannorum oppido, ſed intra Italiam Ticini alitus eſt. Conſtantino autẽ à papa Sylueſtro baptizato, ſcripſit de Britannia ſibi ſua mater Helena, ut negãdo CHRISTVM Iudęos ſequeretur. Tunc Conſtantino & Licinio 4 conſulibus, die idus Auguſti, cõgregati ſunt cum Helena in Roma 120 ſapientiores Iudæorum. Quũ autem quęſtio oriretur à Sylueſtro papa 24 epiſcopis conſedentibus, ſuperati ſunt Iudæi in omni Scriptura diuina. |
| 322 | 17 | Paulinus & Iulianus. Beda ait, conciliũ Nicęnum ſub his cõſulibꝰ factũ. Decretalis epiſtola: Tẽporibus Sylueſtri papæ & Cõſtantini pĩſſimi Auguſti |

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

Auguſti factum eſt magnum concilium in urbe Nicæa Bithiniæ, & congregati ſunt regulariter eiuſdem Sylueſtri papę uocatione in idipſum 318 epiſcopi catholici, qui expoſuerunt fidem integram, catholicam, immaculatam: & damnauerunt Arium & Photinum, Sabelliũq;, & ſequaces eorum. Eodem quoq; tempore 13 calendis Iulijs, quando memoratum magnũ concilium in Nicæa congregatum eſt, canonica iam uocatione in urbe Roma cõgregauit & ipſe Sylueſter cum conſilio Cõſtantini 277 epiſcopos, & damnauit prædictos hæreticos: & conſtituerunt, ut presbyter Arianus reſipiſcens non reciperetur, niſi epiſcopus eiuſdem loci eum reconciliaret, & ſacroſancto chriſmate per epiſcopalis manus impoſitionem ſancti Spiritus gratia, quæ ab hæreticis dari non poteſt, confirmaretur: in quo etiam conſenſu & ſubſcriptione omnium conſtitutum eſt, ut nullis laicis clerico crimen inferret: & cætera. Cyclus 13 decennoualis incipit, indictione 11.

| Anni Chr. | Anni Con. |

| 323 | 18 | Conſtantinus 7, & Conſtantius 4. Conſtantinus filius Conſtantini Cæſar factus. Licinius Theſſalonicæ contra ius ſacramẽti priuatus, occiditur. Fides catholica in Nicæno concilio conſtituitur, 10 calẽdis Iulijs, cõſulatu Paulini & Iuliani cõtra Ariũ cum ſuis, & 40 ante paſſionem CHRISTI ab 7 idus Ianuarijs uſq; ad 15 calendis Martij. notata eſt uſq; ante paſcha, tribus de cauſis: primò, ut noſtrũ ieiunium paſſioni CHRISTI copularetur. Secundò, ut in fine ieiunij noſtri accedamus ad opus CHRISTI. Tertiò, ut nos ieiunantes inueniat Dominus, quum uenerit iudicare uiuos & mortuos in nouiſſimo paſcha.

| 324 | 19 | Conſtantinus 5, & Maximus. Nazarius rhetor inſignis habetur. Criſpus filius Conſtantini & Licinius iunior Conſtantiæ ſororis Conſtantini & Licinij filius crudeliſſimè interficiuntur.

| Anni Chr. | Anni Con. |

| 325 | 20 | Ianuarius & Iuſtus. Vicennalia Conſtantini Nicomediæ acta, et ſequenti anno Romæ æditi. Huc uſque hiſtoriam ſcribit Euſebius Pamphili martyris cõtubernalis: cui nos ita ſubiecimus, ut ſubaudias Hieronymũ. In hiſtoria quæ Tripartita dicitur, ita habetur: Helena crucẽ inuenit, duasq; partes ſuo filio Cõſtantinopolim miſit. Quarum una in foro Conſtantini ſupra columnã porphyreticam poſuit Conſtantinus: alteram uerò argentea theca clauſam in ciuitate cuſtodiuit. Arius uerò fictam fidem ſcribens, de exilio uocauit eum Conſtantinus, qui reuertens ſic Conſtantino iurauit: Si non credimus patrem & filium & ſpiritum ſanctum, ſicut eccleſia catholica credidit, iudex noſter ſit hic & in futuro. Conſtãtinus tamen & ſi inde gauiſus ſit, tamen eum aliosq; hæreticos communicare in eccleſia non permiſit, donec epiſcoporum de ipſis iudicium fieret. Conſtantinus autem interim mallẽs Arium probare, duxit eum ad palatium, iureiurando interrogans de Nicæni concilij decretis. At ipſe fictè ſuam ſectam ſub ala habens ſic iurauit. Quia uerò ipſa dies ſabbatum erat, præcepit Conſtantinus craſtino die dominico Arium ad communionem accedere. Tunc in aula à militibus Euſebij epiſcopi, etiam Arius honoratus, & per mediam ciuitatem honorabiliter, & perſpicuè conductus. Quum uerò uenit ad forum Conſtantini, ubi pars illa crucis erat, tremefactus & confuſus eſt Arius. Et quũ neceſſarium quæſiſſet meatum, cum ſtercorib. & uiſceribus effundẽs citò obijt.

| 326 | 21 | Conſtantinus 7, & Conſtãtius 6. Arbonius rhetor in Aphrica, clarus habetur: qui quum ad declamandum iuuenes erudiret, & adhuc ethnicus ad credulitatem ſomnijs compelleretur, neq; ab epiſcopo impetraret: fidem quam ſemper impugnauerat, elucubrauit: aduerſum priſtinam religionem luculentiſſimos libros, &

tandem

tandem ueluti quibuſdam obſidibus pietatis fœdus impetrauit. Drepanā Bithiniæ ciuitatem in honorem martyris Luciani, ibi condidit. Conſtantinus inſtaurans, ex uocabulo matris ſuæ Helenopolim nuncupauit.

|Anni|Anni|
|Chr.|Cōſt.|

|327| 22 | Conſtantius 7, & Symmachus Conſtantinus uxorem ſuam Pauſiam interfecit. Donatus agnoſcitur, à quo per Aphricam Donatiſtæ. Antiochiæ poſt tyrannum 20 ordinatur epiſcopus Vitalis. Poſt quem 21 Philogonius: cui ſucceſſit 22 Paulinus: poſt quem 23 Euſtathius. Quo in exiliū ob fidem truſo uſque in præſentem diem, Ariani eccleſiam obtinuerunt, id eſt Eulalius, Euſebius, Euphronius, Placillus, Stephanus, Lentius, Eudoxius, Melitius, Euzotus, Dorotheus. Quorum idcirco tempora nō digeſſi, quòd eos potius hoſtes CHRISTI, quàm epiſcopos iudicem.

|328| 23 | Baſſus & Ablabius.

|329| 24 | Pacatianus & Hilarian⁹. Iuuencus presbyter, natione Hiſpanus, euangelia heroicis uerſibus explicat. Porphyrius miſſo ad Conſtantinum inſigni uolumine, de exilio liberatur. His cōſulibus, ciuitas quæ prius Byzantium dicta eſt, mutato nomine, à Conſtantino Conſtantinopolis nominatur.

|330| 25 | Dalmatius & Zenophilus. Alexandriæ 19 ordinatur epiſcopus Athanaſius. Metrorus philoſophus agnoſcitur.

|331| 26 | Optatus & Paulinus. Edicto Conſtantini gentiliū templa ſubuerſa ſunt. Sanctus Martinus quum eſſet decem annorum, inuitis parentibus, utpote Gentilibus, ad Eccleſiam confugit, ſeq́ catechumenum fieri poſtulauit.

|332| 27 | Conſtantius & Albinus. Conſtans filius Conſtantini prouehitur ad regnum.

|333| 28 | Nepotianus & Secūdus. In Martyrologio ſic: Pridie calendis Ianuarijs, natiuitas ſancti Syluestri papæ, qui ſedit annis 23, menſibus 10, diebus 18. Sedit autē ex die calen. Februarij, uſque ad 2 calend. Ianuarij: & ſepultus eſt in cœmiterio Priſcillæ, uia Salaria, miliario 3 ab urbe Roma, 2 calend. Ianuarij, Conſtantio & Voluſiano conſulibus: & ceſſauit epiſcopatus diebus 15. Nota duos menſes uocationis epiſcopatus, à 4 idus Decembris, quo Miltiades papa obijt, uſque ad calendas Februarias, quo Syluester ſedit, & 15 dies poſtea, quod tēpus pontificatus non imputatur. Si ergo ita temporis pontificum aliquid de ſecit, quorū natale annuatim celebratur, nónne multo magis tempus imperatorum Marcus papa 23 poſt Petrū, qui ſedit menſibus 8. prædictis conſulibus, id eſt Nepotiano & Secundo.

Decretalis epiſtola: Domino ſancto & apoſtolici culminis dignitate uenerando Marco, ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ ſedis uniuerſalis eccleſiæ, papa Athanaſius, & uniuerſi Ægyptiorum epiſcopi. Ad uos perueniſſe non dubitamus quanta & qualia ab hæreticis, & maximè Arianis quotidie patimur, ut etiam uiuere iam nos tædet, in totum etiā noſtra uaſtauerunt, nec ulla utenſilia nobis dimiſerunt, libros noſtros uſque ad minimum incenderūt. Quapropter precamur pater beatiſsime, quæ nō dubitamus apud uos plenaria eſſe Niceni concilij exemplaria, ut illa nobis quæ ſanctæ recordationis prædeceſſoris ueſtri Syluestri fuerunt, ſub tuta mittatis ſtipulatione. Nam quādo prędictę ſynodo quū beatæ memoriæ Alexandro, digno Deo pontifice noſtro, id eſt Alexandrinæ ciuitatis epiſcopo, diaconatus interfuimus officio, ſub noſtræ præſentię teſtimonio, per beatos uiros Victorem & Vincentium presbyteros apoſtolicæ apocriſiarios, miſſa ſunt prædicto papa Syluestro cum adſtipulatione ſubnixa, capitula 70, ſanè præſentibus nobis 80. capitula in memorata tractata ſunt ſynodo, ſcilicet 40. à Græcis Græca ædita lingua, & 40 à Latinis Latinè ædita. Sed uiſum eſt

O

318 patrib. in prædicto ſpiritu ſancto repletis concilio congregatis, & maximè iam dicto Alexandro & apoſtolicę apocriſiarijs, ut decem capitula adunarentur alijs, atq; cõgruis in locis inſererentur, & ad formã 70 diſcipulorũ uel 70 linguarum tanti & tam excellentis concilij fierent capitula, quæ & Chriſtiano nomine degentes una fides & una ſacerdotalis regeret norma, nec quicquã à ſuo diſcordaret capite. Nũc ergo quia (ut prædictũ eſt) immitti ſanctæ Dei eccleſiæ, & maximè Ariani, à quibus quotidie terimus & expugnamur, & opprimimur, præfata 70 Niceni cõcilij capitula, quę de præfata ſynodo iubẽte domino meo Alexãdro attuli decreto omniũ epiſcoporũ, quę etiã corã omnibus recitaui, atq; trãſſcripſi, ſunt igne combuſta: optamus ut à ueſtræ ſanctæ ſedis eccleſiæ authoritate percipere per præſentes legatos mereamur: & reliqua. Decretalis epiſtola: Omnibus uenerabilibus fratribus Athanaſio, & uniuerſis Ægyptiorum epiſcopis Marcus papa, ſalutem: Doleo fratres & nimiũ cõtriſtor ſuper afflictionẽ ueſtrã: & reliqua. De capitulorum ueſtrorum Nicæni concilij, quibus uos interfuiſſe literis ueſtræ fraternitatis: ſignificaſtis à noſtris, qui unà nobiſcum interfuerunt, diligentioribus requiſiuimus colloquutionibus, qui ita ut ueſtræ teſtatæ ſunt literæ, omnem nobis ordinẽ expoſuerũt, & ueſtrã epiſtolam per omnia uera eſſe teſtificati ſunt. Non ut nos aliquid ſiniſtrum ueſtra ex parte arbitraremur. Sed nos & uos, illosq; abſque ulla in poſterum titubatione, unum ſentire optaremus: & ſancta Romana eccleſia, quæ ſemper immaculata manſit, & Domino iubente, & beato Petro opem ferente, in futuro manebit, ſine ulla hæreticorum inſultatione firma & immobilis omni tempore perſiſtit. His itaque peractis diligenter inquirentes, in ſanctæ noſtræ & apoſtolicæ ſcrinio, eademq; ſanctæ recordationis pòſt deceſſore meo Syluestro directa, ſeptuaginta ſicut ſignificaſtis capitula illæſa inuenimus. Ipſa enim uobis propter authoritatem & ſcriptionem tantorum patrum & eius magni concilij minimè miſimus: ſed per eadem coram apocriſiarijs ueſtris, alijs ſimilia eundem numerum, eandemq; & ipſam ſcriptionem continentia uobis ſcribere, & ſub certa ſtipulatione mittere curauimus: & reliqua: data eſt octauo calendis Nouembris, Nepotiano & Secundo uiris uenerabilibus conſulibus. Marcus papa obijt nonis Octobris, & ſepultus in cœmiterio Balbinæ, uia Adriatica, quod ipſe inſiſtens fecit. ¶ Iulius, papa 33 poſt Petrum ordinatur, qui ſedit annis ſedecim, menſibus nouem.

| Anni Chr. | Anni Con. | |
|---|---|---|
| 334 | 29 | Felicianus & Tatianus. Calocerus in Cypro res nouas moliẽs opprimitur. Conſtantinus imperator cum liberis ſuis honorificas ad Antonium literas mittit. |
| 335 | 30 | Vrſus & Polemius. Tricẽnalibus Conſtantini Dalmatius Cæſar appellatur. Nazarius rhetor Romæ glorioſiſſimè docet. Eius filia Eunomia Chriſtiana, in eloquentia patri coæquatur. Tiberianus uir diſertiſſimus pręfectus prætorio Gallias regit. Euſtathius Conſtantinopolitanus agnoſcitur: cuius induſtria Martyrium Hieroſolymis conſtructum eſt. |
| 336 | 31 | Conſtantius ſecundò, & Conſtans. Sanctus Martinus quum eſſet annorum quindecim, raptus & cathenatus ſacramentis militaribus eſt implicatus, uno tantùm ſeruo comite. Quum enim eſſet edictum à regibus, ut deſcriberentur filij ueteranorum, ad militiam proditus eſt à patre ſuo. Conſtantinus filius Conſtantini Magni, extremo uitæ ſuæ tempore, ab Euſebio Nicomedienſi epiſcopo baptizatus, in Arianũ dogma declinat. Heu proh dolor bono uſus eſt principio, et malo fine. A quo uſq; ad præſens tempus eccleſiarum rapinæ & totius orbis ſequuta eſt diſcordia. Conſtantinus quum bellum pararet in Perſas, in |

Achiro-

Achirone uilla publica iuxta Nicomediam moritur. Theodorus in Tripartita hiſtoria ſic: Cōſtantinus Nicomediæ in Achirone uilla poſtquàm baptizatus eſt ab Euſebio Nicomedienſe, epiſcopo Ariano, obijt anno 66 ætatis, imperij 31, die 25 menſis Maij, his conſulibus, teſte Caſſiodoro.

## CONSTANTIVS.

Romanorum 43, Conſtantius imperator anno ab Vrbe 1091, cū Conſtantino & Conſtante fratribus ſuis adeptus eſt imperium, quod 24 annis tenuit: hoc eſt, in menſem Nouembrem, in anno 345 poſt paſſionē Domini, his conſulibus, teſte Caſſiodoro.

| Anni Chr. | Anni Con. | |
|---|---|---|
| 337 | 1 | Aridinus & Proculus. Ablabius præfectus prætorio & multi nobiliū occiſi. Sapor rex Perſarum Meſopotamia uaſtata duobus fermè menſibus Niſibin ciuitatem obſedit. Dalmatius Cæſar, quē patruus Conſtantinus conſortem regni filijs dereliquerat, factione Conſtantij patruelis & tumultu militari occiditur. Conſtans Arianus effectus catholicos toto orbe perſequitur. Donatus artis grāmaticę ſcriptor ac pręceptor Hieronymi Romæ inſignis habetur. Iacob. Niſebenꝰ epiſcopꝰ agnoſcit: ad cuius preces ſæpe Vrbs diſcrimine liberata eſt. |
| 338 | 2 | Marcellinus & Probinus. Ex hoc loco impietas Cōſtantij regis fulta præſidio, exilijs, carceribus & uarijs afflictionū modis: primò Athanaſium, deinde omees non ſuæ partis epiſcopos ꝑſequuta eſt. Iulius papa in exilio menſibus decem: ſed poſt mortē Conſtātij ad ſuā cū gloria reuertitur. |
| 339 | 3 | Conſtantius 3, & Conſtans 2. Conſtantinus bellum fratri inferens, iuxta Aquileiam occiditur. Vario euentu aduerſum Francos à Conſtante pugnatur. Sanctus Martinus quum eſſet uiginti annorum baptizatus eſt, & tranſacto tribunatus ſui tempore, tribunus militum ſe cum eo ſeculo renunciaturū permiſit: quare biēnio ſolo tantū nomine militauit. Sanctus Iulius papa in decretali epiſtola ſua de hoc anno ita dicit: In nomine Domini Dei ſaluatoris noſtri IESV CRISTI, imperante quoq; Conſtantino & Conſtāte Auguſtis, anno 4, ſub die 8 calend. Octobris, indictione ſexta, præſidente ſancto ac beatiſsimo Iulio papa ſedis apoſtolicę urbis Romę, poſtpoſitis ſacroſanctis ac uenerabilibus euangelijs in eccleſia Dei quæ uocatur Conſtantiana, reſidentibus etiā uiris uenerabilibus paritérq; cum eo audiētibus, Benedicto Aquileienſi epiſcopo, Rufo ſanctiſsimo Cartamano epiſcopo, Agapeto Rauennatis eccleſiæ epiſcopo, Iulio Mediolanenſi epiſcopo, & reliquis cum eis, centum atq; decem et ſex epiſcopis, Iulius prædictus ſanctiſſimus urbis Romæ epiſcopus dixit: & reliqua. Annus itaque quartus Conſtantini imperatoris, ſexta erat indictiōe, qui eſt annus 28 Magni Conſtantini, iuxta Chronicū Euſebij uel Bedæ, incarnationis ſecundū Dionyſium annus 333. |

| Anni Chr. | Anni Con. | |
|---|---|---|
| 340 | 4 | Placidus & Romulus. Audæus in Cœleſyria clarus habetur: à quo hæreſis Audæana. |
| 341 | 5 | Leōtius & Saluſtius. Francia Conſtante ſunt perdomiti, & pax cum eis facta. Hermogenes magiſter militiæ Conſtantinopoli tractus à populo, ob epiſcopum Paulum, quem regis imperio & Arianorū factione pellebat. Antiochiæ Dominicum aureū dedicatur. Cyclus decennoualis 19 incipit, indictione 14. |
| 342 | 6 | Cōſtantius 3, & Cōſtans 3. Macedonius artis plurimæ, in locū Pauli ab Arianis epiſcopus ſubrogatur: à quo hæreſis Macedoniana. |
| 343 | 7 | Amantius et Albinus. Maximinus Treuirorum archiepiſcopus clarus habetur: à quo Athanaſius Alexandriæ epiſcopus, quū à Conſtantio quæreretur ad pœnā, honorificè ſuſceptus eſt. Sapor Perſarū rex Chriſtianus perſequitur. Cneocæſarea in Ponto ſubuerſa eſt, excepta eccleſia et epi- |

ſcopo, cæteriſq; qui ibidē reperti ſunt.

| Anni Chr. | Anni Con. | |
|---|---|---|
| 344 | 8 | Poſt conſules Amantij et Albini: Athanaſius ad Conſtantis literas Alexandriam regreditur. |
| 345 | 9 | Rufinus & Euſebius. Dyrrhachiū terræ motu corruit, & tribus diebus ac noctibus Roma nutauit. |
| 346 | 10 | Philippus & Salia. Euſebius Emiſenus Arianæ factionis ſignifer, multa & uaria conſcribit. |
| 347 | 11 | Limenius & Aco. Hoc etiam anno facta eſt defectio Solis magna, 18 calendis Ianuarij. |
| 348 | 12 | Sergius & Nigridianus. Magnentio apud Auguſtodunū arripiēte imperiū Cōſtans haud longè ab Hiſpania in caſtro, cui Helenæ nomē eſt, interficit, anno ætatis 30, quā ob rē turbata republica Vetranio Murſæ, Nepotianus Romę imperatores facti. |
| 349 | 13 | Poſt cōſules Sergij & Nigridiani. Vetranij apud Narſum à Cōſtātio regiū, inſigne decretū. Magnentius Murſæ uictus, in quo pręlio Romanę uires conciderūt. Gallus Cōſtantij patruelis Cæſar factus. |
| 350 | 14 | Conſtantius 5, & Cōſtans. Iulius papa obijt pridie idus Aprilis, & ſepultus uia Aurelia, milliario ab Vrbe 3, in cœmiterio Calepodij. ¶ Liberius papa 35 poſt Petrū ſucceſſit annis 15, menſibus 7, diebus 3. |
| 351 | 15 | Cōſtantius 6, & Cōſtans 2. Gallus Iudæos qui interfectis per noctē militibus arma ad bellandū inuaſerāt, oppreſsit, cęſis multis hominū millibus uſq; ad innoxiā ætatē: & ciuitates eorū, Diocæſaream Tiberiadem, Dioſpolim, & plurima alia oppida igni tradidit. |
| 352 | 16 | Cōſtantius 7, & Cōſtans 3. Magnētius Lugduni in palatio propria ſe manu interfecit, & Decentius frater eius, quē ad tuendas Gallias Cæſarem miſerat, apud Senonas laqueo uitam explet. Gennadius forenſis orator inſignis habetur. |
| 353 | 17 | Arbitrio & Lollianus. Gallus Cæſar ſollicitatus à Cōſtantio patrueli, cui in ſuſpicionē ob egregiā indolem uenerat, Iſtriæ occiditur. Victorinus rhetor, & Donatus grāmaticus Romæ inſignes habētur: è quibus Victorinus etiam in foro Troiano ſtatuā meruit. Paulinus & Rhodanꝰ Galliarū epiſcopi, in exiliū ob fidem truſi. |

| Anni Chr. | Anni Con. | |
|---|---|---|
| 354 | 18 | Cōſtantius 8, & Iulianus. Alchimus & Delphidius rhetores, in Aquitania florentiſsimè docēt. Donatus à quo ſuprà, in Aphrica Donatianos dici memorauimus, Carthagine pellitur. Quidā ſectatores eius Montenſes uocantur: eo quòd eccleſiā Romæ primā in monte habere cœperūt. Euſebius Vercellēſis epiſcopus, & Lucifer, ac Dionyſius Caralitanus & Mediolanēſis eccleſię epiſcopus. Pancratius quoq; Romanus presbyter, & Hilarius diaconus, diſtantibus inter ſe, ab Arianis & Conſtantio damnantur exilio. Iulianus frater Galli, Mediolani Cęſar appellatur. |
| 355 | 19 | Conſtantius 9, & Iulianus 2. Antonius monachꝰ 105 ætatis anno, in eremo moritur: ſolitꝰ multis ad ſe ueniētibus, de Paulo quodā Thebeo mirę beatitudinis uiro referre. Cuius nos exitū breui libello explicauimus. Hilarius epiſcopus Pictauiēſis factiōe Saturnini Arelatēſis epiſcopi, reliquorūq; q cū eo erant Arianorū ante trieniū in Phrygiā pulſus, libros de noſtra religione cōponit. Reliquiæ apoſtoli Timothei Cōſtantinopoli inuectæ. Magnę Alemannorū copię apud Argentoratū oppidū Galliæ à Cæſare Iuliano oppreſſæ. Liberiꝰ papa Romanæ eccleſiæ mittitur in exiliū. Tūc omnes clerici iurauerūt, ut nullū aliū ſuſciperēt. Verùm quū Felix fuiſſet ab Arianis ſubſtitutus in ſacerdotiū, plurimi periurauerūt, & poſt annū cū Felice eiecti ſunt: quia Liberius tædio uictus exilij, & in hæretica prauitate ſubſcribēs Romā quaſi uictor intrauerat. Felix autem depoſitus de epiſcopatu ſuo habitauit in prædiolo ſuo uia Portuenſi, ubi obijt quarto calendarū Auguſti |

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

guſti. In geſtis Pōtificū ſic: Felix natione Romanus, ex patre Anaſtaſio ſedit anno 1, menſibus 3. Hic declarauit Cōſtantiū Auguſtū filiū Cōſtantini hæreticū, & baptizatū ab Euſebio Nicomedienſe epiſcopo, iuxta Nicomediā in Aquilone uilla: & pro hoc declaratu ab eodē Cōſtantio Auguſto filio Cōſtantini Auguſti capite truncatur tertio idus Nouēbris, in ciuitate Carone, & exinde eū clerici rapiētes ſepelierūt in baſilica ſua quā fecit quū presbyter eſſet, 12 calen. Decēbris, uia Aurelia, milliario ſecūdo ab Vrbe, & ceſſauit epiſcopatus diebus 38. Hic emit agrū circa eandē baſilicā, & dedit eidē eccleſiæ, quā fecit in uia Aurelia. Fecit ordinationē in Vrbe Roma per menſem Decembrem presbyteros 21, diaconos 5, epiſcopos per diuerſa loca 18. Liberius papa de exilio reuertitur.

|Anni|Anni|
|Chr.|Con.|

|356| 20| Titianus & Cerealis. Saraceni in monaſteriū beati Antonij irruētes, Sarmatam interficiūt. Conſtantio Romā ingreſſo, oſſa Andreæ apoſtoli & Lucæ euangeliſtæ à Conſtantinopolitanis miro fauore ſuſcepta.

|357| 21| Euſebi⁹ & Hypatius. Paulinus Treuerorū epiſcopus in Phrygia exulās morit̄. Synodus apud Ariminū & Seleuciā Iſauriæ facta, in qua antiqua patrum fides CHRISTI, primū legatorum de hinc omnium proditione damnata eſt.

|358| 22| Cōſtantius 10, & Iulianus 4. Gratianus imperator naſcitur. Hilarius Pictauiēſis epiſcopus, cū apud Cōſtantinopolim librū pro ſe Cōſtantio porrexiſſet, ad Gallias redit. Macedonius Cōſtātinopolim pellit̄. Oēs penè toto orbe eccleſiæ ſub nomine pacis & regis Arianorū conſortio polluunt̄.

|359| 23| Taurus & Florentius. Cōſtantinopoli eccleſiarū maxima dedicatur. Meletius Sebaſte Armeniæ epiſcopus, ab Acatio & Georgio epiſcop's Arianis Antiochiā transfertur. Et poſt paululū cùm presbyteros qui ab Eudoxio anteceſſore ſuo depoſiti fuerant, ſuſcepiſſet, exilij iuſtiſsimā cauſam ſubita fidei mutatiōe deluſit. Sanctus Auguſtinus naſcitur.

|360| 24| Mamertinus & Neuita. Gallia per Hilariū Ariminenſis perfidię dolos damnat. Hæreſis Anthropomorphitarū in Syria & Macedonia et Cōſtantinopoli oritur. Conſtantius Mopſocrinis inter Ciliciā Cappadociamq́ moritur anno ætatis 45, Conſtantinopolim ueniens tertia die menſis Nouembris, his conſulibus.

IVLIANVS.

Romanorum 44, Iulianus (ſecundum omnes) regnauit annis 2, menſibus 8. hoc eſt, uſq́ ad calendas Iulij, in anno 310 poſt paſſionem Domini, ſub quo hi conſules fuerunt: teſte Caſſiodoro.

|Anni|Anni|
|Chr.|Iuli.|

|361| 1 |Iulianus 4, & Saluſtius. Cyclus decēnoualis 20 incipit, indictiōe 3. Iulianus ad idolorū cultus cōuerſus eſt. Hic ex clero impator factus blanda perſequutione illiciēs magis quàm impellens ad ſacrificandū in qua multi ex noſtris, uoluntate propria corruerūt. Georgio per ſeditionē populi Alexandriæ incēſo: qui in locū Athanaſii ab Arianis fuerat ordinatus, Athanaſius Alexandriam reuertitur. Euſebius & Lucifer de exilio regrediuntur.

|362| 2 |Iulianus 5. teſte Caſsiodoro. Pro hæreſijs ſophiſta Athenienſis lege data, ne Chriſtiani liberaliū artiū doctores eſſēt, cū ſibi ſpecialiter Iulianus cōcederet, ut Chriſtianos doceret, ſcholā ſpōte deſeruit. Eccleſiæ Antiochenæ clauſæ & grauiſsima imminentis perſequutiōis procella, Dei uolūtate ſopita eſt: nā Iulianus in odiū CHRISTI, tēplum Hieroſolymis Iudæis reparare permiſit: & ex omnib⁹ prouincijs Iudæi collecti quum noua templi fundamenta iacerēt, ſubitò nocte oborto terræmotu ſaxa ab imo fundamentorum excuſſa, longè lateq́ ſparſa ſunt: igneusq́ globus ab interiore æde templi egreſſus, plurimos eorum ſuo poſtrauit incendio. Quo terrore, reliqui

paueſacti CHRISTVM confitebantur in uia. Et ne hoc caſu crederent factũ, ſequenti nocte in ueſtimentis cunctorum apparuit crucis ſignum. Eo tempore pagani apud Sebaſten Palæſtinę urbem, ſepulchrũ beati Iohannis Baptiſtę inuadunt, oſſaq́ eius diſpergũt. Sed Dei prouidentia adfuere quidam ex Hieroſolymis monachi, qui mixti colligentibus quæque ipſi poterant, ablata ad patrem ſuum Philippum pertulerunt. Sanctus Eliſius præſente Iuliano Cæſare decollatus, quia deos adorare noluit, ſurrexit, & ambabus manibus per unum milliare portauit caput ſuum in montẽ excelſum: eiq́ rupis albus gremium ſuum aperiens, concauum apertumq́ locum dedit ſuper ſe ſedẽti. Romæ paſſi ſunt Priſcus presbyter, Ioannes presbyter, item Ioannes & Paulus, Fauſtus Vercellenſis epiſcopus, & Euſebius: Aretina ciuitate, Donatus epiſcopus: Antiochia Theodoricus presbyter: & alij quàm plures. Iulianus in Perſas profectus, noſtrum poſt uictoriam dijs ſanguinem uouerat: ubi à quodam ſimulato perfugo ad deſerta perductus, quum fame & ſiti apoſtata perdidiſſet exercitum, & inconſultius à ſuorum erraret agminibus, ab obuio forte hoſtiũ equite conto ilia perfoſſus interijt, anno ætatis 32. Et quum miſiſſet manũ in uulnere, & ſanguinem aſpergeret in aërem, dixit, Viciſti Galilæe: id eſt, CHRISTE. Hic enim Chriſtianos appellabat Galilæos. Obijt autem die 6 calen. Iunij. Et ſequẽti die Iouinianus ex primicerio domeſticorum, imperator factus eſt: teſte Theodoro epiſcopo & Eutropio tunc uiuente.

### IOVINIANVS.

Romanorum 45, Iouinianus (ſecundum omnes) regnauit menſibus 8. hoc eſt, uſq; ad calendas Martij, in anno 310 poſt paſsionẽ: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro.

| Anni Chr. | Anni Ioui. | |
|---|---|---|
| 363 | 1 | Iouinianus, & Varronianus. |

Iouinianus rerum neceſſitate cõpulſus, Niſibin & magnã Meſopotamiæ partẽ Sapori Perſarũ regi tradidit. Synodus Antiochiæ à Melitio & ſuis facta, in qua homouſion & cæteris uocabulis reiectis, medio aliquo Macedonianũ dogma uindicauerunt. Homouſion autem Patri dicitur CHRISTVS, ob unitatem ſubſtantiæ diuinæ cum Patre & Spiritu ſancto. Iouinianus crudelitate ſiue odore prunarum quas nimias adoleri iuſſerat, & nidore parietum recenti textura, quod graue quieſcentibus fuit, Adraſtinæ obijt anno ætatis 34. Obijt autẽ 14. calend. Martij, ut in Hiſtoria eccleſiaſtica legitur. Poſt quem quum exercitus ueniſſet in Nicænã Bithiniæ, 25 die menſis Februarij, Valentinianum tribunum ſcutariorum, è Pannonia Cibalenſis Auguſtum appellauit. Ipſe uerò fratrem Valentem Conſtantinopoli in conſortium regni aſſumit.

### VALENTINIANVS.

Romanorum 46, Valentinianus cum fratre Valente regnauit annis 11, menſibus 5. hoc eſt, uſque ad calendas Octobres, in anno 310 poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro.

| Anni Chr. | Anni Val. | |
|---|---|---|
| 364 | 1 | Valentinianus & Valens. Valentinianus fuit egregius imperator, & Aurelio moribus ſimilis, niſi quòd ſeuerus nimis eſſet. Apollinaris Laodicenus epiſcopus, multa ſcripta noſtræ religionis emiſit. |
| 365 | 2 | Gratianus & Dagalaiphꝰ. Liberius papa obijt 8 calend. Maij. ¶ Huic autem ſucceſſit Damaſus, papa 38 poſt Petrum: qui conſtituit, ut die noctuq́ cantarentur Pſalmi per omnes eccleſias. Et poſtea Vrſinus, à quibuſdam epiſcopus eſt conſtitutus. Siciniũ cum ſuis inuadit, quodã Aſianæ partis populo confluente crudeliſſimè interfectiones diuerſi ſexus perpetratæ. Valens ab Eudoxio Arianorum epiſcopo baptizatus, noſtros perſequitur. |
| 366 | 3 | Lupicinus et Iouinus. Gratianus |

Ammianus marcell. l. 27. de [illegible] inter damasum et vrsinum [illegible]

Damasus et [illegible] supra humanum modum ad rapiendam episcopalem sedem ardentes [illegible]

tianus Valentiniani filius Ambianis imperator factus eſt, his conſulibus teſte Caſſiodoro. Tanta Cōſtantinopoli orta eſt tempeſtas, ut miræ magnitudinis decidens grando, nonnullos hominum interfecerit. Apud Atrebatas, lana è cœlo pluuiæ mixta defluxit.

|367| 4 |Valentinianus 2, & Valens 2. Hilarius epiſcopus Pictauijs moritur. Nicæa quæ ſæpe antea corruerat, terræ motu funditus ſubuerſa eſt. Libanius Antiochenus rhetor inſignis habetur eo tempore.

|Anni|Anni|
|Chr.|Valē.|

|368| 5 |Valentinianus & Victor. Athanaricus Gothorum rex, Chriſtianos perſequitur, plurimis interfectis, reliquos ſua ditione pellit. Euſebius Vercellenſis epiſcopus obijt.

|369| 6 |Valentinianus 3, & Valens 3. Conſtantinopoli apoſtolorum martyrium dedicatur. Lucifer Caralitanus epiſcopus moritur, qui cum Gregorio epiſcopo Hiſpaniarum & Philone Libyæ nunquam ſe Ariani prauitati miſcuit.

|370| 7 |Gratianus 2, & Probus. Maximinus præfectus annonæ maleficus, ab imperatore perquiri iuſſus, plurimos nobilium interfecit.

|371| 8 |Modeſtus & Arinthæus. Didymus Alexādrinus multa de noſtro dogmate per notarios commentatur, qui poſt quintum annum ſuæ natiuitatis luminibus orbatur, elementorum quoquè ignarus.

|372| 9 |Valentinianus 4, & Valens. Eunomius diſcipulus Ethij Conſtantinopolitani agnoſcitur, à quo hæreſis Eunomiana. Saxones cæſi ab Hugone in regione Francorum Burgundionum octoginta ferè millia: quod nunquam antè contigit ad Rhenum deſcendere. Elearchus præfectus Conſtantinopoli agnoſcitur, à quo neceſſaria & diu expectata uotis aqua ciuitati inducitur. Sanctus Martinus anno 56 ætatis ſuæ, Dominico die circa nonas Iulij in archiepiſcopatum Turonorum conſecratur, in quo tandem uigintiſex annis uixit.

|Anni|Anni|
|Chr.|Valē.|

|373| 10 |Gratianus 3, & Equitius. Melarthia nobiliſſima mulierum Romanorum, & Marcellini quondā conſulis filia, unico prætore tunc Vrbano filio derelicto, nauigauit Hieroſolymam: ubi tanto uirtutum præcipuè & humilitatis miraculo fuit, ut Teclæ nomen acciperet.

|374| 11 |Gratiani 4, et Equitij. Poſt Auxentij mortem, Mediolani Ambroſio epiſcopo conſtituto, ad fidem noſtram Italia conuertitur. Macharius Ægyptius, Machariusq́ Alexandrinus claruerunt. Methodius ſic: Poſt Iouinianum Valentinianus ſuſcepit imperium, qui pro fide CHRISTI, à Iuliano è militia fuerat expulſus. Sed quia militiam pro CHRISTO reliquerat, ſuſcepit imperium cum fratre Valente, cui Orientales: ſibi autem Occiduas partes delegit. Sed Valens fauendo hæreticis abijt in uiam patrū ſuorum: tamē diuina uirtute prohibente, dum debaccharet in cæteros, in Athanaſium nihil, auſus eſt triſte cōmittere. In occiduis uerò partibus, Valentinianus fide religionis illæſus, uetere Romani imperij cenſu rempublicam gubernabat. Poſtquam 29 annis pace compoſita, Romanæ reipublicæ cauſas Iouinianus repararat, eccleſiarum uerò curam haud ſecundis haberet: nec tamen incautè, ut Conſtātius cum Athanaſio ageret: ubi huius diſpoſitionis tam pia, tam læta principia, mors immatura, poſt nouem menſes Iouiniano obeunte rupiſſet. Valentiniano poſt relictam militiam imperiū adepto, quū 46 anno ſacerdotij ſui Athanaſius poſt multos agones, multasq́ patientiæ maximas coronas quieuiſſet in pace, ſciſcitatus de ſucceſſore, Petrum tribulationum ſuarum participem & ſociū delegit. Per idem tempus patres monachorum uice & antiquitatis merito, Macharius, atque Heraclides & Panto Antonij diſcipuli per Ægyptum, & maximè in Nitriæ



[illegible]

deſerti partibus habebantur uiri, qui conſortium uitæ & actuum, non cum cæteris mortalibus, ſed cum ſupernis angelis habere credebantur. Quo in tempore non in uerbis uniuſcuiuſq; fides, ſed exilijs & carceribus probabatur, quia non honori erat eſſe catholicũ, ſed pœnæ. Florebat tamen Ægyptus, non ſolùm in Chriſtiana philoſophia, ſed etiam per ſigna apoſtolica: qua infœcundior Cappadocia non fuit, immo aliquid lætius Gregorium cum Baſilio ad ſumma perrexit. Igitur defuncto Petro ſuccedit Timotheus, & poſt hunc Theophilus: cuius induſtria uaſtata ſunt omnia, atque ad ſolum deducta paganorum templa, & figmenta. Defuncto uerò Auxentio apud Mediolanum, Ariano epiſcopo urbi propriè quòd propoſuerat, Ambroſius tunc conſularis eiuſdem prouinciæ faſces regebat, ſecundum leges & publicam diſciplinam: obluctante illo & plurimum reſiſtente epiſcopum fieri, omni maturitate iubetur impleri, moxq; Dei gratiam conſequutus, & initiatus ſacris, & ſacerdos effectus eſt. Interea ad bellum Sarmaticum Valentinianus de Galliæ partibus quum ueniſſet Illyricum, ubi uix dũ cœpto bello ægritudine ſubita oppreſſus, diem obijt, relictis hæredibus in imperio filijs, Gratiano Auguſto Valentinianoq; admodum paruulo, & nõdum regijs inſignibus initiato. Hucuſque Methodius. Valentinianus contra legatos Sarmatarũ uehementi commotus furore, eruptione uenarum, quod Græcè apoplexia uocatur, fluxu ſanguinis 17 die menſis Septembris, ætatis anno 54, imperij autẽ 11, menſe 5 obijt. Poſt quem Gratianus aſſumpto imperio, Valentiniano fratre cum patruo Valente regnat.

### VALENS.

ROmanorũ 47, Valens cum Gratiano & Valentiniano filio fratris ſui (ſecundum omnes) regnauit annis 4. hoc eſt uſque ad calendas Octobris, in anno 307 poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt.

| Anni Chr. | Anni Valẽs | |
|---|---|---|
| 375 | 1 | Valens 5, & Valentinianus. Multi monachorum Nitriæ per tribunos & milites cæſi. Valens lege data ut monachi militarent, nolentes fuſtibus iuſſit interfici. Theodoſius Theodoſii poſtea imperatoris pater, & multi nobilium occiſi: Photinus in Gallia obijt, à quo Photinianorum dogma Iudaicum. Baſilius Cæſarienſis epiſcopus Cappadociæ clarus habetur, qui multa continentiæ & ingenij bona, uno ſuperbiæ malo perdere docuit. |
| 376 | 2 | Gratianus 4, & Merobaudes. Alemannorum triginta circiter milia apud Argentoratum oppidum Galliarum, ab exercitu Gratiani ſtrata. Florentinus, Bonoſus, & Ruffinus, inſignes monachi habentur. E quibus Florentinus tam miſericors in egentes fuit, ut uulgo Pater pauperum nominatus ſit. Gens Hunnorum Gothos uaſtat: qui à Romanis ſine armorum diſpoſitione ſuſcepti, per auaritiam Maximi ducis, fame ad rebellandum coacti ſunt. Superactis autem in congreſſione Romanis, Gothi ſuduntur in Thracia. |
| 377 | 3 | Valens 6 conſul. Iſte ex Antiochia exire compulſus, ſera pœnitentia noſtros de exilijs reuocat. |
| 378 | 4 | Valentinianus 2. conſul. Lachrymabile bellum in Thracia, in quo deſerente ſe equitum præſidio, Romanæ legiones à Gothis cinctæ, uſque ad internecionem cæſæ ſunt. Ipſe imperator Valens, quum ſagitta ſaucius fugeret, & ob dolorem nimium ſæpe equo laberetur, ad cuiuſdam uillæ caſam deportatus eſt, quo perſequentibus eum Barbaris incenſa domo concrematus, ſepultura quoquè caruit. Caſſiodorus ſic: Valenti ſucceſſit Theodoſius filius Theodoſii, quem ſibi in conſortium regni Gratianus aſciuit. Gratianus itaque quum quatuordecim regnaret annis, cum Theodoſio regnat annis ſex: ſub quo hi conſules fuerunt. Anni igitur 14 ſunt, |

14 ſunt, teſte Caſſiodoro, ab anno 3 Valentiniani, in quo Gratianus imperator factus eſt, Lubicinio & Iouino conſulibus, uſque in mortem Valentis, & uſq; ad imperium ſecundum Gratiani. Colliguntur ergo omnes anni uſque ad conſulatum Valentis 6, & Valentiniani iunioris item Auguſti, à 15 Tiberij anno & prædicatione Domini noſtri IESV CHRISTI, anni 352. A ſecũdo anno Darij regis Perſarũ, quo tempore templum Hieroſolymis inſtauratum fuit, ſunt anni 899. Ab Olympiade, à qua ætate apud Hebræos Iſaias prophetabat, 1155. A Salomone, & prima ædificatione templi, anni 1411. A captiuitate Troiæ, quo tempore Samſon apud Hebræos erat, 1561. A Moſe & Cecrope, primo rege Atticæ, anni 1890. Ab Abraham & regno Nini & Semiramidis, anni 2395. Continet autem omnis canon, ab Abraham uſq; ad tempus ſuprà ſcriptum, anni 2395. A diluuio autem uſque ad Abraham, ſupputantur anni 942. Et ab Adam uſque ad diluuium, anni 2242. Fiunt igitur ab Adam uſque ad 14 Valentis annum, ideſt ad conſulatum eius 6, & Valentiniani iterum, omnes anni 5579. Hactenus Hieronymus in Chronicis.

## CAPVT XXIII.

*Excerpta ex Chronicis Tyronis & Proſperi, Chronicæ Euſebij temporibus prætermiſſis.*

### GRATIANVS.

VALENTE igitur à Gothis in Thracia concremato, Romanorum 48 Gratianus, cum fratre Valentiniano, regnauit annis ſex: hoc eſt, uſque ad calendas Octobres, in anno trecẽteſimo quadrageſimo primo poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſsiodoro ſenatore clariſsimo.

| Anni Chr. | Anni Gra. | |
|---|---|---|
| 379 | 1 | Auſonius & Olibrius. |

Theodoſius ordinatur imperator à Gratiano Syrmij, ad quem Theophilus paſchalem cyclum ſcribit. Gratianus poſt mortem patrui Theodoſium, Theodoſii comitis filium, in conſortium ſumpſit imperij, eiq; regnum Orientis tradidit. Ea tempeſtate Priſcillianus epiſcopus, de Gallijs ex manichæorum & Gnoſticorum dogmate hæreſin nominis ſui condidit. Methodius ſic: Valẽte à Gothis circumuento, ex bello quod initium Romano imperio tunc & deinceps fuit, impietatis ſuæ pœnas igne exuſtus dedit, anno primo in imperio cum fratre, & poſtea cum filijs fratris, quatuordecim exactis. Ea nimirum tempeſtate Felix tertius poſt Paulinũ Treuericam in pontificatu ſortitus eſt eccleſiam, Maximo imperatore tyranno rempublicam tunc in his partibus agente, & Treuerim hæreticorum cladibus pulſante. Tunc beatus Martinus Treuerim uenit, & cum Felice ruit. Igitur Gratianus poſt patrui necem, cum fratre admodum paruulo, Orientis quoquè ſuſcepit imperium. Verùm is quàm multa religioſe ac fortiter geſsit, conſortem aſciſcit Theodoſium, eiq; Orientis procuratione permiſſa, partes ſibi ac fratri Occiduas reſeruauit: ſed à Maximo tyranno apud Britannias exorto, per Andragatium ducem, Lugduni, ſuorum magis proditione, quàm ui hoſtium, peremptus eſt: in cuius uindictam Theodoſius totis uiribus conſurgens, ultus eſt ſanguinem iuſtum, Valentinianoq; regnum tyrannide depulſa reſtituit cum fide catholica, quam mater eius uiolauerat. Hucuſque Methodius.

| | | |
|---|---|---|
| 380 | 2 | Auſonius & Olibrius. |
| 381 | 3 | Gratianus 5, & Theodoſius. Ambroſius pro fide catholica multa ſublimiter ſcripſit. |

382 4

|Anni|Anni|
|Chr.|Grat.|

|382| 4 |Siagrius, & Antonius. Martinus epiſcopus Turonûm Galliæ ciuitatis, clarus habetur. Sanctus Theophilus Alexandriæ epiſcopus, computum centum annorum curſu, Theodoſio filio Gratiani dedicauit. Conſulatu Antonij & Siagrij incipit ſynodus centum & quinquaginta patrum in Auguſta ciuitate contra Macedonianos, ſub Damaſo papa & Gratiano imperatore.

|383| 5 |Merobaudes 2, & Saturninus. Arcadius Theodoſii imperatoris filius, Auguſtus appellatur. Damaſus papa obijt 4 idus Decembris.

¶ Huic ſucceſſit Siricius, 38 poſt Petrum, annis quindecim, menſibus undecim, diebus uigintiquinque.

|384| 6 |Richomer & Clearchus. Honorius Theodoſii filius naſcitur in Britannia, ſeditione militũ Maximus imperator eſt factus: quo mox ad Gallias transfretante, Gratianus Pariſiis Merobaudæ magiſtro militum proditione ſuperatus, fugiens, Lugduni captus atque occiſus eſt. Maximus autem Victorem filium ſuum, conſortem regni facit.

THEODOSIVS.

ROmanorũ 49, Theodoſius cum Valẽtiniano regnauit annis 11, cum Gratiano 6. Poſt mortem eius annis 6 Orientem regebat & menſes 4. hoc eſt, uſque ad calendas Februarias in anno 347 poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro conſule.

|Anni|Anni|
|Chr.|The.|

|385| 1 |Arcadius & Baudo. Hieronymus presbyter hoc tempore in Bethlehem toto iam mundo clarus habetur, egregio ingenio & ſtudio, uniuerſæ eccleſiæ ſeruiens. Priſcillianus in ſynodo Burdegalẽſi, damnandum ſe intelligens, ad imperatorem Maximum peruolauit, auditusq; Treueris ab Euodio præfecto prætorij gladio addictus eſt, cum Eutroci Adelphi rectoris coniuge, & Lacientano, alijsq; erroris ſui conſortibus.

|Anni|Anni|
|Chr.|The.|

|386| 2 |Honorius & Euodius. Burdegalis quædam Priſcilliani diſcipula, nomine Vrbica, ob impietatis pertinaciam per ſeditionem uulgi lapidibus obruta eſt.

|387| 3 |Valentinianus 3, & Eutropius. Maximus tyrannus à Valentiniano & Theodoſio imperatoribus, in tertio ab Aquilegia lapide ſpoliatus, indumentis regijs ſiſtitur, & capite damnatur: cuius filius Victor, eodem anno ab Arbogaſte eſt interfectus in Gallia.

|388| 4 |Theodoſius 2, & Cynegius. Itacius & Vrſacius epiſcopi, ob authoritatem Priſcilliani, cuius accuſatores fuerunt, eccleſiæ communione priuantur.

|389| 5 |Timatius & Promotus. Hieronymus librum de illuſtribus uiris eccleſiæ, ad annum octauũ Theodoſii componit.

|390| 6 |Valentinianus 4, & Neoterius. Iohannes monachus & Anachoreta claruit.

|391| 7 |Tacianus & Symmachus. Per idem tempus caput ſancti Iohannis Baptiſtæ Conſtantinopolim eſt perductum, & in ſeptimo milliario ciuitatis humatum.

|392| 8 |Arcadius 2, & Rufinus. Valentinianus ad uitæ faſtidium nimia Arbogaſti magiſtri militum auſteritate perductus, laqueo apud Viẽnam perit. Poſt eum Theodoſius uixit annis tribus.

|393| 9 |Theodoſius tertiò, & Abundantius.

|394| 10 |Arcadius 3, & Honorius 2. Iohannes monachus ornatus prophetiæ gratia, Theodoſio conſulente de aduentu belli quod aduerſum Eugenium mouebat, uictorem futurum prædixit.

|395| 11| Olibrius & Probinus. Theodoſius imperator Eugeniũ uincit & perimit. Auguſtinus beati Ambroſii

broſii diſcipulus, multa facundia doctrinaq; excellens, Hippone regioni Aphricæ ordinatur epiſcopus. Theodoſius imperator die 17 menſis Ianuarij, anno ætatis 60, Mediolani obijt: ſicut in Tripartita hiſtoria legitur. Quum ſanctū Patricium noluiſſet dominus ſuus dimittere, niſi pro maſſa aurea, ſeruauit ſanctus Patritius præcepto angeli, Victori cuidam gregem porcorum: quorum cuſtos dum fuit ſanctus Patritius & paſtor, fodit maſſam auream, quam ille Patritius domino ſuo pro ſe dedit.

ARCADIVS.

ROmanorum 50, Arcadius filius Theodoſii cum fratre Honorio (ſecundum omnes) regnauit annis 14, menſibus 3. hoc eſt, uſque ad calēdas Maij, in anno 358, poſt paſsionem Domini, ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſsiodoro.

| Anni Chr. | Anni Arc. |
|---|---|

|396| 1 |Arcadius 4, & Honorius 3. Donatus epiſcopus draconem ingentem necauit expuens in ore eius, quem octo iuga boum ad locum incendij uix trahere potuerunt. Ideo autem incenſus eſt, ne putredo eius aërem corrumperet. Per idem tempus, corpora ſanctorum Abachuc & Micheæ prophetarum diuina reuelatione produntur. Gothi Italiam, Vandali atque Alemanni Gallias aggrediuntur.

|397| 2 |Cæſarius & Atticus. Auguſtinus epiſcopus doctrinæ ſcientia inſignis habetur. Concilium Carthaginis ubi Hipponenſis concilij ſtatuta firmantur & inſeruntur. Sanctus Martinus Turonorum epiſcopus, 71 ætatis ſuæ anno, epiſcopatus uerò 26, obijt, media nocte Dominica.

|398| 3 |Honorius 4, & Euthychianus. Siricius papa obijt nono calendis Martij. ¶ Anaſtaſius, papa 39 poſt Petrum, ſucceſsit annis quinque, diebus uigintiſeptem. Hic conſtituit, ut quotieſcunque Euangelia ſacra recitantur, ſacerdotes non ſedeant, ſed curui ſtent, Cyclus uigeſimusſecundus decennoualis incipit, indictione undecima.

| Anni Chr. | Anni Arc. |
|---|---|

|399| 4 |Manlius & Theodorus. Quum hoc conſulatum inierat Eutropius eunuchus, qui mox & honore & uita deiectus eſt, anno 4 Eugenius occiditur.

|400| 5 |Stillico & Aurelianus. Gothi Italiam, Alarico & Radagiſo ducibus ingreſsi.

|401| 6 |Vincentius & Frauita. Iohannes Conſtantinopolitanus, & Theophilus Alexandrinus epiſcopi illuſtres habentur. Sed utrunque obſcurauit diſcordia, quæ eò uſque proceſsit, ut Iohannes à Theophilo oppreſſus Pontum in exilium perurgeretur, quum tamen communionem eius maxima pars epiſcoporum Romani pontificis ſequuta, exemplum ſeruauerit.

|402| 7 |Arcadius 5, & Honorius 5. Anaſtaſius papa obijt quinto calendis Maij. ¶ Huic ſucceſsit Innocentius, 40 papa poſt Petrum, qui cōſtituit ieiunium in ſabbato celebrari, quia in tali die, Dominus in ſepulchro iacuit. Sedit annis 15, mēſibus 2, & diebus uiginti.

|403| 8 |Theodoſius Auguſtus, & Rumoridius.

|404| 9 |Honorius 6, & Ariſtenetus. Carthaginenſe concilium habitum de Donatiſtis. Sancta Paula obijt ſeptimo calendis Februarij, 3 ſabbati, poſt Solis occubitum.

|405| 10 |Stillico ſecundò, & Anthemius. Radagiſus in Thuſcia multis Gothorum millibus cæſis, ducente exercitu Stillicone, ſuperatus & captus eſt.

|406| 11 |Arcadius ſextò, & Probus. Vandali & Alani Gallias traiecto Rheno, tertio calendis Ianuarijs, ingreſsi ſunt.

|407| 12 |Honorius 7, & Theodoſius 2. Conſtantinus in Britānia tyrannus exoritur, & ad Gallias tranſit.

| Anni Chr. | Anni Arc. |
|---|---|

408 13 Baſſus uir clariſſimus cõſul. Methodius ſic: Apud Antiochiam defuncto Miletio epiſcopo ſubſtituitur Flauianus, Paulino adhuc ſuperſtite. Conſtantinopoli autem Nectarius ex prætore urbano catechumenus, & nuper baptiſma conſequutus, ſacerdotium ſuſcepit. Interea Valentinianus in occiduis partibus regnabat. Sed poſtquàm auguſtæ memoriæ Valentinianus in Vienna ciuitate Galliarum uitam finiuit, Eugenius imperium ſuſcepit, qui contra fidem catholicam ſacrilegus extitit. Sed Dominus, qui eccleſiam ſuam tueri conſueuit, de cœlo iaculatus eſt, iudicium atque omnem uictoriam ad religioſum imperatorem Theodoſium tranſtulit. Itaq; extincto Eugenio Theodoſius glorioſiſſimus princeps traditis regni gubernaculis Arcadio orientis, Honorio occidentis: ipſe Romano imperio per annos 17 feliciter gubernato, ad meliora migrauit, cum pijſſimis principibus percepturus præmia meritorum. Fuit autem uir quidam ſublimis in palatio, ſub Theodoſio imperatore, nomine Arſenius, cuius filium, id eſt Arcadium & Honorium de baptiſmo ſuſcepit. Hic Arſenius diuina uoce admonitus perrexit ad eremum Scythiæ, ibiq; inter ſanctos patres quietam uitam duxit. Igitur Arcadius & Honorius pijſſimi conſules Romanorum, quos Arſenius pater noſter de baptiſmo ſuſcepit filij Theodoſii imperatoris pijſſimi: ſub quibus Martinus Turonorum epiſcopus apud Condacenſem diocœſis ſuæ uicum, obijt poſt patrem ſuum: ſicut cum eo antea conſules, ita poſt illum imperatores extiterunt, & regnauerunt poſt illum in gloria imperij ſui, uſquequo extitit Theodoſius pijſſimus Auguſtus, filius Arcadij imperatoris, & 38 anno imperij eius cœpit hæreſis pullulare in eccleſia Dei. Obijt autem ſanctus Martinus 71 ætatis ſuæ anno, epiſcopatus autem 27, anno ab incarnatione Domini 397. Igitur Arcadius imperator expletis imperij ſui 13 annis obijt, & frater eius Honorius ſucceſſit: cuius 7 imperij anno inuentum eſt ſancti Stephani protomartyris corpus, anno uidelicet ab incarnatione Domini 416. anno autem 12 imperij eiuſdem Honorij.

Sanctus Hieronymus obijt, anno ætatis ſuæ 91, anno ab incarnatione Domini 321. Honorius itaque expletis imperij ſui 15 annis obijt: cui Theodoſius iunior Arcadij filius ſucceſſit. Cuius 8 imperij anno ſanctus Auguſtinus epiſcopus obijt, anno ætatis ſuæ 76. Hucuſq; Methodius.

| Anni Chr. | Anni Arc. |
|---|---|

209 14 Hoc etiam anno Arcadius imperator obijt. Poſt quem Honorius cum Theodoſio fratris ſui filio regnat annis 15.

## HONORIVS.

Romanorum 15, Honorius cum Theodoſio fratris ſui filio, ſecũdum omnes chronographos regnauit annis 15. hoc eſt, uſque ad calendas Maij, in anno 370. poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt.

| Anni Chr. | Anni Hon. |
|---|---|

410 1 Honorius 8, & Theodoſius tertiò. Attalus Romæ imperator factus, & mox priuatus regno, Gothis cohæſit.

411 2 Fl. Varro & Tertullus. Roma à Gothis Alarico duce capta, & ob hoc ſolus fuit orientalium partium conſul, quod eſt ſequenti anno obſeruatum.

412 3 Theodoſius 4. cõſul. Conſtantinus apud Arelatenſe oppidum uictus & captus. Cuius filius Cõſtantem in Hiſpanijs regnare orſum, Geruntius comes in Maximum quendam tyrannũ transferẽs, interimerat.

413 4 Honorius 9. & Theodoſius 5. Maximo in Hiſpania, regno ablato, uita conceſſa eſt ei: eo quòd modeſtia humilitasq; affectum hominis parit, inuidiam non meretur. Eodem tem-

dem tempore Heros uir ſanctus, & beati Martini diſcipulus, quum Arelatenſi oppido epiſcopus præſideret, à populo eiudem ciuitatis inſons, & nulli inſimulationi obnoxius, pulſus eſt. In locum autem eius Patrodus ordinatus eſt, amicus & familiaris Conſtantij magiſtri militum: cuius per ipſum gratia quærebatur, quæ inter epiſcopos regionis illius magnarum diſcordiarum materia fuit.

| Anni Chr. | Anni Hon. | |
|---|---|---|
| 414 | 5 | Lucius quintò, clariſsimus conſul. Huius collega in conſulatu Heraclianus fuit, qui nouarum rerum in Aphrica reus, honorem cum uita amiſit. Burgundiones partem Galliæ propinqua Rheno obtinuerunt. Iouinus & Sebaſtianus fratres, in Gallia abrepto regno perempti ſunt. Hac tempeſtate Pelagius Bruto, dogma nominis ſui contra gratiam CHRSTI, Celeſtio & Iuliano adiutoribus exerit, multoſq; in ſuum errorem trahit, prædicans, unumquenque ad iuſtitiam uoluntate propria regi, tantumq; accipere gratiæ, quantum meruerit: quia peccatum ipſum ſolùm læſerit: unde & nolentibus poſsibile ſit, ut non etiam poſteros eius perſtringerit omnia carere peccato: omneſq; paruulos tam inſontes naſci, quàm primus homo ante præuaricationem fuit: nec ideo baptizandos, ut peccato exuantur, ſed ut ſacramento adoptionis honorētur. |
| 415 | 6 | Conſtantius & Conſtans. Attalus à Gothorum conſilio & præſidio tyrannidem præſumit, & Gallias inuaſit. |
| 416 | 7 | Honorius 10, & Theodoſius 6. Hîc autem iuxta Dionyſium incarnationis annus eſt trecēteſimus quadrageſimus quintus, indictio decimatertia. Sanctus Lucianus presbyter Hieroſolymis, in epiſtola quam ſcripſit de inuentione corporis protomartyris Stephani, ſanctorumq; Gamalielis, Nicodemi, & Abidon, ſicut ſibi reuelatum eſt à Domino, inter cætera etiam de ipſo eodem anno manifeſtè demonſtrat ita die paraſceuæ, hoc eſt feria ſexta, quæ eſt 3 nonis Decembris, conſulatu Honorij decies & Theodoſii ſexies Auguſtorum: & reliqua. Regularibus ergo 7 menſis Decembris proiectis remanent, concurrentes quatuor anni prædicti, hoc eſt calendis Decembris feria quinta, & 3 nonis Decembris feria ſexta, anno ſexto Honorij conſulatu prædicto, quo corpora ſacra à Domino ſunt reuelata. Scripſit etiam reuelationem Græco ſermone ad omnium eccleſiarum perſonam, quam Auitus presbyter, Hiſpanus genere, in Latinum uertit eloquium: & adiecta epiſtola ſua per Oroſium Orientalibus dedit: qui Oroſius ad loca ſancta Hieruſalem perueniens, quo eum Auguſtinus ad Hieronymum pro diſcenda animæ ratione miſerat, reliquias ſancti Stephani accepit, & ad patriam reuerſus primùm intulit Occidenti. Attalus à Gothis ad Hiſpanias migrantibus neglectus & præſidio carens capitur. Athalphus à ſocru uulneratus obijt, regnumq; eius Vanliam, peremptis qui hoc cupere intelligebantur, inuaſit. |

| Anni Chr. | Anni Hon. | |
|---|---|---|
| 417 | 8 | Theodoſius 7, & Palladius. Placidiã Theodoſii imperatoris filiam, quam Romæ Gothi cœperant, quamq; Athalphus cõiugem habuerat, Vanliam pacem Honorij expetens reddidit, eiuſq; nuptias Cõſtantius promeretur. Innocentius papa obijt quarto calendis Auguſti. ¶ Huic ſucceſsit Zozimus, papa quadrageſimusprimus poſt Petrum, anno uno, menſibus octo, & diebus uigintiquinque. |
| 418 | 9 | Honorius undecimò, & Conſtantius ſecundò. Honorius Romam triumpho ingreditur, præeunte currum eius Attalo, quem liberè uiuere iuſsit exulem. Cyclus uigemuſtertius decennoualis incipit, indictione decimaquinta. |

|Anni|Anni|
|Chr.|Hon.|
|419| 10|Honorius 12, & Theodoſius 8. Hoc tempore Conſtantius ſeruus CHRISTI, ex uicario Romæ habitans, & pro gratia Dei deuotiſsime Pelagianis reſiſtens, factione eorundem multa pertulit, quæ illum ſanctis confeſſoribus ſociauerunt. Concilio apud Carthaginem habito 214, & eo amplius epiſcoporũ, ad papam Zoſimũ ſynodi decreta perlata ſunt, quibus probatis, per totum mundum hæreſis Pelagiana damnata eſt. Valentinianus Conſtantij & Placidiæ filius naſcitur 5 nonis Iulij. Carthaginis concilium contra Manichæos & Pelagianos. Zoſimus papa obijt ſeptimo calendis Ianuarijs.

¶ Huic ſucceſsit Bonifacius papa 42 poſt Petrum annis 4. qui conſtituit, ſeruum clericum non fieri.

|420| 11|Maximus & Plinta. Conſtantius pacem firmat, quum Vanlia data eidem ad inhabitandum ſecunda Aquitania, & quibuſdam ciuitatibus confinium prouinciarum.

|421| 12|Theodoſius 9, & Cõſtantius 3. Conſtantius ab Honorio in conſortium regni aſſumitur. Hieronymus presbyter moritur anno ætatis ſuæ nonageſimoprimo, ſecũdo calendis Octobris.

|422| 13|Agricola & Euſtachius. Conſtantinus imperator obijt.

|423| 14|Honorius 13, & Theodoſius 10. Hoc tempore exercitus ad Hiſpanias contra Vandalos miſſus eſt, cui Caſtinus dux fuit: qui Bonifacium, uirum bellicis artibus præclarum, inepto & iniurioſo imperio ab expeditionis ſuæ ſocietate auertit. Nam ille periculoſum ſibi atque indignum ratus, eum ſequi, quem diſcordem ſuperbiẽtemq; expertus eſſet, celeriter ſe ad portum Vrbis, atque inde ad Aphricam proripuit: idq; reipublicæ negociũ multorum laborum initium fuit. Bonifacius papa obijt, octauo calendis Nouembris.

¶ Huic ſucceſsit Cœleſtinus, papa 43 poſt Petrum annis nouem.

|Anni|Anni|
|Chr.|Hon.|
|424| 15|Maximianus & Aſclepiodotus. Placidia Auguſta à fratre Honorio pulſa, ad Orientem cum Valentiniano proficiſcitur. Honorius Romæ obijt, & regnum eius Iohannes accepit.

## THEODOSIVS.

Romanorũ uigeſimusquintꝰ, Theodoſius iunior Arcadij filius, regnauit annis uigintiſeptem: hoc eſt, uſque ad calendas Maij, in anno quadringenteſimo ſeptimo, poſt paſsionem Domini, ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſsiodoro.

|Anni|Anni|
|Chr.|The.|
|425| 1|Caſtinus & Victor. Theodoſius Valentinianum amitæ ſuæ filium Cæſarem facit, & cum Auguſta matre ad recipiendum occidentale mittit imperium. Quo tempore Iohannes dum Aphrica quam Bonifacius obtinebat, bello repoſuit, ad defenſionem ſui infirmior factus eſt.

|426| 2|Theodoſius undecimò, & Valentinianus. Placidia Auguſta & Valentinianus, mira felicitate Iohannem tyrannum opprimunt, & regnum uictores recipiunt, data uenia Ætio, eo quòd Hunni, quo per ipſum Iohannes acceperat, eiuſdem ſtudio ad propria conuerſi ſunt. Caſtinus autem in exilium actus eſt, quia uidebatur Iohannes ſine incumbentia ipſius, regnum non potuiſſe præſumere. Valentinianus decreto Theodoſii, Auguſtus appellatur. Archilat nomine oppidum Galliarum à Gothis, multa ui pugnatum eſt, donec imminente Ætio, illo duce non impunitò abſcederent.

|427| 3|Theodoſius duodecimò, & Valentinianus ſecundò. Patroclus Arelatẽſis epiſcopus, à tribuno quodam Barbaro multis uulneribus laniatus occiditur.

|Anni|Anni|
|Chr.|The.|

|428| 4 |Hierius & Adaburius. Bonifacius, cuius intra Aphricam gloria potentiaq; augebatur, bellum ad arbitrium Felicis, qui ad Italiam uenire abnuebat, publico nomine inceptum, ducibus Marbono & Caluione & Saonece. Cuius proditione Abortius & Galuio dum Bonifacium obſidēt, interempti ſunt. Moxq; ipſe à Bonifacio, dolo detectus eſt atq; occiſus. Exinde gentibus, quæ ut in auijs ſedebant, dum à certantibus in auxilium uocantur, mare peruium factum eſt: & belli contra Bonifacium cœpti in Sigiſuulti curam tranſlata eſt. Gens Vandalorum ab Hiſpania ad Aphricam tranſit.

|429| 5 Felix & Taurus. Neſtorius Conſtantinopolitanus epiſcopus nouum eccleſiis molitur errorem inducere, prædicans CHRISTVM, ex Maria hominem tantùm, non etiam Deum natum, eiq; diuinitatem pro merito eſſe collatam. Cui impietati, præcipuè Cyrilli Alexandrini epiſcopi induſtria, & papæ Cœleſtini repugnauit authoritas. Pars Galliarū propinqua Rheno, quam Franci poſsidendam occupauerunt, ab Ætio comite recepta eſt.

|430| 6 |Florentius & Dionyſius. Felice ad patriam dignitatem prouecto, Ætius magiſter militum factus eſt. Agricola Pelagianus, Seueriani epiſcopi Pelagiani filius, eccleſias Britanniæ dogmatis ſui inſimulatione corrupit: ſed ad actionem Palladij diaconi papa Cœleſtinus Germanum Antiſiodorenſem epiſcopum uice ſua mittit, & deturbatis hæreticis Britannos ad catholicam fidem reduxit. Cœleſtinus papa conſtituit, ut Pſalmi Dauid centeſimi quinquageſimi ante ſacrificium antiphonatim decantarentur: nam antea, epiſtola tantùm & ſanctum Euangelium recitabantur.

|431| 7 |Theodoſius 13, & Valentinianus 3. Sanctus Auguſtinus epiſcopus, per omnia excellentiſsimus, moritur 5 calendis Septembris, ætatis ſuæ anno ſeptuageſimoſexto, quū in clericatu, uel epiſcopatu, annum 40 compleſſet, & libris Iuliani Manichæi inter impetus obſidentiū Vandalorum, in ipſo dierum ſuorum fine reſpondens, & glorioſè in defenſione Chriſtianæ gratiæ perſeuerans.

|Anni|Anni|
|Chr.|The.|

|432| 8 |Baſſus & Antiochus. Synodus apud Epheſum congregata ducētum ſacerdotum. Neſtorius cum hæreſi nominis ſui, & cum multis Pelagianis, qui cognatum errori ſuo turbabant, dogma damnatur. Ad Scotos in CHRISTVM credentes ordinatus à papa Cœleſtino Palladius, primus epiſcopus miſſus eſt. Poſt ipſum ſanctus Patritius fuit, genere Brito, à ſancto Cœleſtino papa conſecratus, & ad archiepiſcopatum Hibernenſem mittitur: ibi per annos quadraginta, ſignis atque mirabilibus prædicans, totam inſulam Hiberniam conuertit ad fidem.

|433| 9 |Ætius & Valerius. Bonifacius ab Aphrica ad Italiam, per Vrbem uenit, & accepit magiſtri militum dignitatem, qui quum reſiſtentem ſibi Ætium prælio ſuperaſſet, paucos poſt dies morbo aſſumptus eſt. Cœleſtinus papa obijt ſexto idus Aprilis.

¶ Huic ſucceſsit Sixtus, papa 44 poſt Petrum, annis octo.

|434| 10 |Theodoſius decimoquartò, & Maximus. Eudoxia uxor Theodoſii imperatoris, ab Hieroſolymis remeauit: beatiſsimi Stephani protomartyris reliquias, quæ in baſilica ſancti Laurentij poſitæ uenerantur, ſecum deferens.

|435| 11 | Aſper, & Ariouindus. Sixtus papa fecit baſilicam Matris Domini, quæ ab antiquis Liberæ nominabatur.

|436| 12 |Theodoſius decimoſextò, & Valentinianus quartò. Pax facta cum Vandalis: data eis ad habi-

tandum Aphricæ portione. Eodem tempore Gunditarium Burgundionum regem intra Gallias habitantem, Ætius bello obtinuit, pacemq́ ei ſupplicanti dedit: qua non diu potitus eſt, ſiquidem illum Ætium Hunni cum populo ſuo & ſtirpe deleuerunt, Cyclus 34 decennoualis incipit, indictione quarta.

| Anni Chr. | Anni The. |
|---|---|

|437| 13 |Iſidorus, & Senator. Gothi pacis placida perturbant, & plura municipia uicina ſedibus ſuis occupant, Narbonenſi oppido maximè infeſti: quod quum diu obſidione & fame laboraret, per Latorium comitem ab utroque periculo liberatum eſt: ſiquidem per ſingulos equites binis tritici modijs aduectis, ſtrennuiſsimè hoſtes in fugam uertit, & ciuitatem annona adiuuit.

|438| 14 |Ætius & Sigiſuultus. Bellum aduerſus Gothos Hunnis auxiliantibus geritur. In Aphrica Geiſericus rex Vandalorum intra habitationis ſuæ limites, uolens catholicam fidem in Arianam impietatem ſubuertere, quoſdam noſtrorum epiſcopos eotenus perſequutus eſt, ut eos priuatos iure baſilicarum ſuarum, etiam ciuitatibus ſuis pelleret: quum ipſorum conſtantia nullis ſuperbiſsimi regis minis ac terroribus cederet. Valẽtinianus Auguſtus, ad Theodoſium principem Conſtantinopolim proficiſcitur, filiamq́ eius in matrimonio accepit. Eodem etiam anno piraticam Barbari exercuerunt. Per idem etiam tempus, quatuor Hiſpani uiri Arcadius, Probus, Eutychius & Paſchaſius, dudum apud Geiſericum meritò ſapientiæ & fidelis obſequij clari habebantur. Quos rex ut copulatiores ſibi faceret, in Arianam ſectam tranſire præcepit. At illi hoc facinus conſtantiſsimè reſpuentes, excitato in rabidiſsimam iram Barbaro, primùm proſcripti, deinde in exilium acti, ac poſtremò diuerſis mortibus interempti, illuſtri martyrio mirabiliter occubuerunt. Puer autem Paulillus nomine, frater Paſchaſii & Eutychij, pro elegantia formæ atque ingenij regi admodum acceptus, quum à profeſsione atque amore catholicæ fidei nullis minis perturbari poſſet, diu fuſtibus cæſus, & ad infimam ſeruitutem damnatus eſt: ne de ſuperata pueritia impij etiam illius ætatis gloriarentur.

Sanctus Cyrillus Alexandrinus epiſcopus, cyclum nonaginta & quinque annorum componit, incipiens ab anno centeſimo quinquageſimotertio Diocletiani. Batauos, Tungros, Menapios, Terauanos, Morinos, Ambiones, Cameracenſes, Tornacenſes, Atrebatenſes, Beluacẽſes, & quicquid his regionibus interiacet, ultraq́ Sequanam & Ligerim, Clodius Francorum regno adiecit.

| Anni Chr. | Anni The. |
|---|---|

|439| 15 | Theodoſius 16, & Fauſtus. Diabolus in ſpecie Moſis, in Creta apparens Iudæis, per mare pede ſicco, ad terram repromiſsionis eos perducere repromiſit: ſed plurimis merſis & necatis, reliqui ſalui facti, ad gratiam CHRISTI, conuertuntur.

|440| 16 | Theodoſius 17, & Feſtus. Hac tempeſtate Iulianus Atelanenſis iactantiſsimus Pelagiani erroris aſſertor, quem dudum amiſsi epiſcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi correctionis ſpeciem præferens, molitus eſt: etiam communionem eccleſiæ irrepens. His inſidijs Sixtus papa, diaconi Leonis hortatu uigilanter occurrens, nullum aditum peſtiferis conatibus ad pacem permiſit. Et ita omnes catholici de retectione fallacis beſtiæ gaudebant: quaſi tunc primùm ſuperbiſsimam hæreſin apoſtolicus gladius detruncaſſet. Ætio rebus quæ in Gallia componebantur intento, Geiſericus (de cuius amicitia nihil metuebatur) Carthaginem dolo pacis inuadit, omnesq́ opes eius, excru-

excruciatis diuerſo genere tormentorum ciuibus, in ius ſuum uertit: nec ab eccleſiarum expoliatione abſtinēs, quas & ſacris uaſis exinanitas & ſacerdotum adminiſtratione priuatas, non iam diuini cultus loca, ſed ſuorum iuſſit eſſe habitacula: in uniuerſum captiui populi ordinem ſæuus, ſed præcipue nobilitati & regioni infenſus, ut non diſcerneretur cum hominibus, ſed magis Deo bellum intuliſſe.

| Anni Chr. | Anni The. | |
|---|---|---|
| 441 | 17 | Valentinianus & Anatolius. |

Defuncto Sixto epiſcopo, 40 amplius diebus Romana eccleſia ſine antiſtite fuit, mirabili pace atque patientia præſentiam diaconi Leonis expectans, qui tunc inter Ætium atq; Albinum, amicitiæ gratia integrandæ, Gallias detinebat. ¶ Igitur Leo legatione publica accitus & gaudenti patriæ præſentatus, 45 poſt Petrum Romanæ eccleſiæ epiſcopus ordinatur, annis 12, menſibus 2. Geiſericus rex Vandalorū Siciliam grauiter affligēs, accepto nuncio Sebaſtiani ducis ab Hiſpania ad Aphricā tranſitu celeriter Carthaginem redit ratus periculoſum ſibi ac ſuis fore, uir bellandi peritus, recipiendæ Carthagini incubuiſſet.

442 | 18 | Cyrus uir clariſsimus conſul. Theodoſius imperator bellū contra Vandalos mouet. Ariobindo & Anſila, atque Germano ducibus, cum magna claſſe directis, qui longis cunctationibus negocium differentes, Siciliæ magis omni, quàm Aphricæ præſidio fuere.

443 | 19 | Dioſcorus, & Eudoxius. Hunnis Thraciam & Illyricū uaſtantibus ſæua depopulatione, exercitus qui in Sicilia demorabatur ad defenſionem Orientalium prouinciarū, reuertitur. Cum Geiſerico autem & Valentiniano Auguſto pax confirmata, & certis ſpatijs Aphrica inter utroſque diuiſa eſt.

444 | 20 | Maximus 2, & Paternus. Hoc tempore plurimos Manichæos intra Vrbem latere, diligentia papæ Leonis innotuit, qui eos de ſecretis ſuis erutos, & oculis totius eccleſiæ publicatos, omnes dogmatis ſui turpitudines damnare fecit, & prodere, incenſis eorum codicibus.

| Anni Chr. | Anni The. | |
|---|---|---|
| 445 | 21 | Theodoſi9 18, & Albinus. |

Atila Hunnorū rex, Budā fratrē & cōſortem ſuū perimit eiusq; populos ſibi parere fecit. Hoc anno paſcha Dominicū aliter celebratū erat, quàm in die 10 calen. Maij, ſed 11 calend. earundē, quando die paſsionis fuit: ob cuius reuerentiam Natalis urbis Romæ, ſine Circenſibus tranſiit. Incipit epiſtola Paſchaſini ad papam Leonem, iubentem ſibi, quum orta eſt quæſtio de paſcha huius anni. Domino uiro ſancto atq; beatiſsimo, ac apoſtolico, mihiq; & poſt Dominum plurimū colendo, papæ Leoni Paſchaſinus epiſcopus. Apoſtolatus ueſtri ſcripta, diacono Panormitanæ eccleſiæ Silano deferente, percepi, quæ nuditati meæ atque ærumnis, quas amariſsima captiuitate faciente incurri, ſolatium in omnibus, atque remedium attulerunt, cœleſti rore animum recreantes, atque omne quod triſte fuerat abſtergentes. Domine uenerabilis papa, dignata eſt corona ueſtra, ut quid paſchalis ſupputationis ueritas anni poſt hunc annum fuerit, haberet, ſacroſanctis auribus ueſtris exiguitas mea intimaret: cui præcepto inobediens exiſtere nec potui, nec debui. Diutino itaq; tractatu uel ratiocinatione id uerum inuenimus, quod ab Alexādrinæ eccleſiæ antiſtite beatitudini ueſtræ tranſcriptū eſt. Nam quum Romana ſupputatio quæ cyclo concludit, cuius ipſe de quo quęſtio agitur, erat annus 63. qui cyclus cœpit à conſulatu Siagrij & Antonij, anno quarto Gratiani, nobis dubietatem afferret, eo quòd ſexto calend. Aprilium die, dies Dominica, & Luna 21 incurreret: & iterum octauo calendis Maiarum die, ut rei ueritas habet, Dominica paſchalis dies, & Luna 19, obueniret, in hoc

ambiguo fluctuātes, ad Hebræorum hoc eſt Legalem ſupputationem nos conuertimus. Quem quum à Romanis ignoratur, facilè in errorem incurrunt. Cœpit ergo ogdoas à conſulatu uirorum clariſsimorum Ælij & Sigiſuulci: quæ concluditur anno hoc, de quo quæſtio uidetur exorta. Talis ratio hæc eſt: Priores duo anni communes, 3 emboliſm. 4 & 5 communes, & 8 emboliſm. Peruidet ergo apoſtolatus prudentia 8 annum ogdoadis non poſſe aliter fieri, niſi emboliſmum teneamus. Quòd ſi uoluerimus illud quod ſuperiùs diximus, ideſt quod primùm incurrit paſcha ſeptimo calendis Aprilium celebrare, communem annum faciemus, & incipiet omnis deinceps ſubſequentium annorum ſupputatio uacillare. Et ne hoc quod expoſui beatitudini ueſtræ aliquam obſcuritatem afferat, ſuggeſsimus communes annos apud Hebræos duodecim tantùm Lunas, hoc eſt, dies 384 habere. Neceſsitate ergo emboliſmi cogimur id tenere quod longius eſt, ne à uero deuiare uideamur: neque nobis aut nouum, aut erratum uideatur: quum dies paſsionis undecimo calendis Maiarum occurrat: à qua, ſicut uidetur, paſcha nomen accepit: licet Hebrææ linguæ interpretes tradant, Paſcha tranſitum dici: quod tamen id eſſe, Iohannis Euangeliſtæ dicto confirmatur: quo ait, quum de paſsione loqueretur: Quum ueniſſet hora, ut tranſiret IESVS ex hoc mundo: & reliqua.

Paſchaſinus epiſcopus ad ſanctum Leonem papam. Non nos dies una longiùs poſita, terreat: ne quum hoc uitamus, incurramus errorem: ſicut euenit tempore beatæ recordationis domini mei prædeceſſoris Zoſimi papæ, anno Honorij Auguſti conſulatus 11, & Conſtantij 2. Tempore ergo Zoſimi papæ, quum nec decimo calendis Maij die, ſed octauo calendis Aprilis paſcha celebratum eſt, id eſt pro emboliſmo communis annus cenſus eſt, & error grauiſsimus ortus eſt, intantum ut miniſterio certo, quod dono Spiritus ſancti datur, hæc ueritas probaretur: quod exponendum propterea credidi, quia locus etiam ipſe ſancto atque à me uenerando fratri meo diacono Libano, notiſsimus eſt: cuius myſterij miraculum tale eſt. Quædam uiliſsima poſſeſsio, quæ Meltinas appellatur, in montibus arduis ac ſyluis denſiſsimis conſtituta, illic perparum atque uili opere conſtructa eccleſia eſt, in cuius baptiſterio nocte ſacro ſancta paſchali baptizandi hora, quum nullus canalis, nulla ſit fiſtula, nec aqua omnino uicina, fons ex ſeſe repletur. Tūc ergo, ſicut ſuprà dixi, ſub ſanctæ memoriæ domino meo quondam, ac beatiſsimo papa Zoſimo, anno nono Honorij, quum apud Orientales error ortus fuiſſet, conſuetis lectionibus nocte ſancta diſcuſsis, quum preſbyter ſecundum morem, baptizandi horam requireret, uſque ad lucem aqua non ueniente: non conſecrati, qui baptizandi fuerāt, receſſerunt. Vt igitur breuiter narrem, illa nocte quæ luceſcebat in diem Dominicam decimo die calendis Maij, fons ſacer hora competenti, repletus eſt. Euidenti ergo miraculo claruit, occidentalium partium fuiſſe errorem. Hæc prout potui, & epiſtolaris breuitas paſſa eſt, iubente apoſtolatu noſtro tranſcripſi. Prouolutus igitur nūc, obſecro, ut pro mea paruitate, immo pro totius orbis ſtatu, orare dignemini: ut tandē de tot neceſſitatibus liberati, cognoſcamus quomodo ipſe eſt Deus noſter, qui facit mirabilia ſolus, qui iam non tradat beſtijs animas confitentes ſibi: neque amplius nos tentari patiatur ſuper id quod ferre poſſumus, ſed faciat cum tentatione prouentum miſericordiæ, pro ſua pietate, ut ſuſtinere poſſimus. Hucuſque epiſtola Paſchaſini. Annus itaque 417 incarnationis ſecundum Dionyſium, eſt annus 9 Honorij: & annus 444 incarnationis, ſecundum eundem Dionyſium, eſt annus 21 Theodoſii principis.

Anni Chr. | Anni The.

446 | 22 | Valentinianus 6, & Nonius. Leo papa conſtituit, infra actionem dici miſſæ, Sanctum ſacrificium & immaculatam hoſtiam: & monacham non accipere uelamen capitis benedictum ab epiſcopo, niſi prius fuerit uirginitas eius probata.

447 | 23 | Ætius 3, & Symmachus. Britãni à Scotis & Pictis ſuperantur: quo ſubiectionem Romanis pro auxilio promittentes, miſſa legio liberans Scotos à Britannia proiecit: ac domum reuerſura præcepit Britannis murum trans inſulam inter duo maria ſtatuere: quo ceſpite magis quàm lapide conſtructo, ut diſceſſere Romani, Scoti aduecti in nauibus Britannos quaſi maturam ſegetem, obuiantes ſibi cędunt, calcant, deuorant: interim petentibus auxilia, Romani recurrũt & Scotos fugant: & cum Britannis murum inter urbes ſolidum ſaxo, à mari uſque ad mare collocant: & in littore meridiani maris, unde hoſtes metuebãtur, turres per interualla ad proſpectum ſtatuunt. Recedente uerò à Britannia Romano exercitu, Scoti & Picti redeunt, & totam Britanniã ab Aquilone muro tenus, & ipſo interrupto capiunt. Britanni uerò epiſtolam lachrymabilem ad Ætium Romanæ poteſtatis uirum ter conſulem mittũt, anno 23 Theodoſii, ſed non auxilium impetrant. Reuertuntur domum Scoti, & non poſt multum tempus reuerſi Picti cum Scotis extremam Britanniæ partem primùm, & deinceps inhabitandum detinent. Britanni autẽ unanimo conſilio cum rege ſuo Vertigerno Anglos quaſi defenſores patriæ ad ſe inuitandos elegerunt, ſed exceptos impugnatores ſenſerũt conficta occaſione, quòd pro ſe militantibus Britones minus ſufficienter ſtipendia darent.

448 | 24 | Calippus, & Adaburius: Eutyches hæreſiarcha Conſtantinopolitanus presbyter, fretus Theodoſii Auguſti amicitijs, conatus eſt, non perfectum hominem in CHRISTO aſſerere: contra quem Flauianus eiuſdẽ urbis epiſcopus conflictum ſuſcipiẽs, cum ſacerdotibus ſuis damnatus eſt, authore Dioſcoro Alexandrinæ urbis epiſcopo.

Anni Chr. | Anni The.

449 | 25 | Poſthumianus, & Zeno. Theodoſius imperator pro defenſione Eutychetis Leonem papam ad ſe uocat: qui dum ire uellet, à populo prohibitus, presbyteros & diaconos quoſdam direxit.

450 | 26 | Aſturius, & Protogenes. Iterum uocati catholici audiendi.

451 | 27 | Valentinianus 7, & Auienus. Conciliũ in Epheſo contra Eutychianum presbyterum, qui Conſtantinopoli monaſterio celeberrimo pręſidebat, dicẽs: Deũ tantùm eſſe CHRISTVM, non hominem. Contra quem, Hilarius diaconus cum Iulio epiſcopo Puteolano, uice papę Leonis, miſſi fuerunt. Qui diaconus, quia pro uiolata fide illic clamauit, uitæ ſuæ fuga conſuluit, Romamq; peruenit. Theodoſius uerò imperator eodem anno obijt: & cum magna pompa à Placidia & Leone cum omni ſenatu deductus eſt, & in Mauſoleo ad apoſtolum Petrum poſitus. Cui ſucceſſit Martianus, & Pulcheria eius coniux, Auguſta facta eſt: à quo damnatur Eutychius & omnes eius fautores.

## MARTIANVS.

ROmanorum 53, Martianus ſecũdum omnes, regnauit annis 7, iuxta eum qui hiſtoriam tunc conſcripſit, annis 8. ſecundum Romanam hiſtoriam, annis 7, menſibus 2, hoc eſt, uſq; ad calẽdas Iulij, in anno 445 poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro.

Anni Chr. | Anni Mar.

452 | 1 | Martianus, & Adelphius. Placidia Auguſta defuncta eſt 5 calen. Decẽbris. Pugna facta eſt in Gallijs inter Ætiũ patritiũ & Atilã regẽ Hunnorum: ſed cum utriuſq; populi ma-

xima cæde. Atila fugatus eſt in Gallias ſuperiores.

| Anni Chr. | Anni Mar. |
|---|---|

|453| 2 |Herculanus & Aſporatius. Iohannes Baptiſta duobus monachis orientalibus, qui ad oraculum uenerunt Hieroſolymam, caput ſuum iuxta Herodis quondam regis habitaculum, reuelauit: quod ad Phœnicem urbem cum magno honore prælatū eſt. Gens Anglorum ſiue Saxonū Britanniam tribus longis nauibus aduehitur: quibus dum iter proſperatū domi fama referret, mittitur exercitus fortior: & totam penè inſulam, ab Orientali eius plaga uſq; ad Occidentem igne uel enſe ſubegit. Atila redintegratis uiribus Aquilegiam magna ui dimicans introiuit. Cum quo à Valentiniano imperatore papa Leo directus, pacē fecit, teſte Caſſiodoro.

|454| 3 |Opilio, & Vincomalus. Synodus Chalcedonenſis facta, ubi Eutyches & Dioſcorus damnati ſunt. Sanctus Leo papa, ad Iulianū epiſcopum ſic: De paſchali obſeruantia ſanctæ memoriæ Theophilus Alexandrinus epiſcopus ad Auguſtum Theodoſium ſeniorem ſcribens, per centū annos à primo prædicti principis conſulatu digeſſit ordinem diei feſti paſchalis, cuius inſtructionis 76 nunc annus euoluitur, quod Opilione conſule 2 idus Aprilis celebrata eſt ſacra ſolennitas paſchalis, unde ſequenti anno 2, nonis Aprilis rationabiliter paſcha conſequetur. Sed annus qui erit 78. ut uidetur, diſcordat. Siquidem in 8 die calend. Maij, paſcha conſtituitur, quum 15 calend. Maij debuit fieri.

|455| 4 |Ælius, & Studius. Ordinatus eſt epiſcopus Deogratias in baſilica Fauſti, die Dominico 8 calend. Nouembris. Ætius patritius, in palatio, manu Valentiniani imperatoris extinctus eſt. Solus ex principibus famoſiſſimo, Atilæ formidabilis. Boëthius quoq; uir præfectus prætorio, amicus eius, & circunſtantibus interemptus eſt.

| Anni Chr. | Anni Mar. |
|---|---|

|456| 5 |Valentinianus 8, & Anthemius. Valentinianus imperator, ab amicis Ætij 13 calend. Aprilis, in campo Martio occiditur. Maximus uerò uir gemini conſulatus & patritiæ dignitatis, alia die 12. calen. Aprilis, Romæ ſumpſit imperium. Poſt menſem autem alterum, nunciato ei ex Aphrica Geiſerici regis aduentu, multis nobilibus & popularibus ex Vrbe fugientibus, quum Maximus data abeū di cunctis licentia, trepidus uellet abſcedere, 77 die adepti imperij, à famulis Valentiniani dilaniatus eſt, & membratim in Tiberim proiectus. Sic caruit ſepultura. Poſt hæc conſequuta eſt, multis digna lachrymis Romana captiuitas. Vacuā enim omni præſidio Vrbem, Geiſericus obtinuit, 4 idus Iulij, feria 3 occurrente ſibi papa Leone ſancto extra portas. Cuius ſupplicatio ita eundo agente leniuit, ut quum omnia poteſtati eius eſſent tradita, ciuitati tamen ab igne & cæde & ſupplicio abſtineretur. Roma uerò per 14 dies ſecura & libera ſcrutatione, omnibus opibus ſuis euacuata eſt, multaq; millia captiuorum, prout cuique ætati placuerat, cum regina & filiabus eius Carthaginē abducta. Hoc anno, id eſt 455 incarnationis (iuxta Dionyſium) paſcha Domini, cum 8 die calendis Maij rectè celebratū eſt, ordinatiōe ſancti Theophili: quod ſanctus Leo papa, 15 calen. Maij potius obſeruandum proteſtatur. Cyclus 25 decennoualis incipit, indictione 8.

|457| 6 |Varari, & Iohannes. Poſt Maximū Auitus in Gallijs aſſumpſit imperium.

|458| 7 |Conſtantius, & Rufus. Auitus Placentiæ depoſuit imperiū. Martiano defuncto apud Conſtantinopolim, Leo Orientis; Maiorianus Italiæ ſuſcepit imperium, teſte Caſſiodoro.

LEO.

Romanorum 54, Leo (ſecundum omnes) regnauit annis 16, hoc eſt

eſt uſque ad calendas Iulij, in anno 420 poſt paſſionem Domini, his conſulibus, teſte Caſſiodoro.

|Anni|Anni|
|Chr.|Leo.|

|459| 1 |Leo & Maiorianus. Qui cõſules fuerunt mutati propter bellũ Maioriani, & ſuffecti Richimer, & Patritius. Maiorianus in Aphricam mouit procinctum. Alexandria & Ægyptus errore Dioſcori hæretici langueſcit, qui immundo repletus ſpiritu canina rabie latrat.

|460| 2 |Magnus & Apollonius. Hæreſis Acephalorum Chalcedonenſe concilium impugnantium apparuit. Acephali, id eſt ſine capite nominantur, quia quis author prius eum inuexit, non inuenitur.

|461| 3 |Seuerinꝰ, & Dagalaiphus. Maiorianus iuxta Derconam ciuitatẽ 8 idus Auguſti occiditur, immiſſione Richimeris. Cui Seuerum natione Lucanum Rauennæ ſuccedere fecit in regnum. Magnus Leo papa obijt 4 calend. Iulij. ¶Hilarius papa 46 poſt Petrum, ordinatur, 2 idus Nouembris, qui ſedit annis 7, menſibus 6. Pro terræmotu continuo Conſtantinopoli contigit iuuenem in aëre omnibus uidentibus diuinitùs ſuſpendi: cui iuſſum eſt nunciare epiſcopo & populo ſic pſallere: Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, miſerere nobis: nihil plus apponentes.

|462| 4 |Leo 2, & Seuerus.

|463| 5 |Baſilius & Viuianꝰ. Theodorus epiſcopus ciuitatis quæ Tyriæ dicitur, eo quòd à Tyro rege Perſarũ ſit condita, ſcribit de uera incarnatione Dominica cõtra Eutychem & Dioſcorum, qui negauit humanam carnẽ in CHRISTO. Victorinus iubẽte papa Hilario ſcripſit paſchalem circulum 532 annorum.

|464| 6 |Ruſticus, & Olibriꝰ. Beorgor rex Alanorum apud Pergamum, à patritio Richimero peremptus eſt.

|465| 7 |Herminerichus, & Baſiliſcus. Seuerus Romæ in palatio fraude Richimeris peremptus eſt.

|Anni|Anni|
|Chr.|Leo.|

|466| 8 |Leo iunior 3, ſolus. Theodorus prędictus, epiſcopus Tyriæ, ſcribit Eccleſiaſticam hiſtoriam, quæ Tripartita dicitur, à fine librorum Euſebij, id eſt ab anno 20 Conſtantij uſque ad tempus huius Leonis imperatoris, qui & ipſe epiſcopus obijt.

|467| 9 |Buſeus, & Iohannes. Anthemius à Leone imperatore ad Italiam mittitur, qui tertio ab Vrbe milliario, in loco qui dicitur Broncotas, ſuſcepit imperium.

|468| 10 |Anthemius 2, ſolus. Marcellinus occiditur in Sicilia.

|469| 11 |Martianus, & Zeno. Arabundus imperium tentans, iuſſu Anthemij in exilium deportatur. Hilarius papa obijt 9 calen. Martij. ¶Simplicius, papa 47 poſt Petrum, ſucceſſit annis 15, diebus 6.

|470| 12 |Seuerus & Iordanes. Romanus patritius affectans, imperium capite truncatur.

|471| 13 |Leo 4, & Probianus. Aſpar affectans tyrannidem, Conſtantinopoli à Leone imperatore occidit.

|472| 14 |Feſtus & Martianus. Patritius Richimer Romę facto Olibrio imperatore, Anthemium reuerẽtiam principis & ius affinitatis cum graui clade ciuitatis extinguit. Qui non diutius peracto ſcelere gloriatus eſt: ſed poſt quadraginta dies defunctus eſt. Olibrius autem menſe ſeptimo imperij uitam peregit.

|473| 15 |Leo 5. ſolus. Gundibaldo hortante Glicerius Rauennæ ſumpſit imperium. Eodem anno Leo imperator nepotem ſuum Leonem, conſortem fecit imperij.

|474| 16 |Leo iunior, ſolus. Nepos Romæ Glicerio ſucceſſit in regnum. Leo ſenior imperator, hoc anno obijt. Hucuſq; Proſper & Caſſiodorus. Iordanus epiſcopus, ſicut in Chronica ab eo hoc tempore compoſita refert, & Caſsiodorus cum eo, & Melitus: Leo ſenior Leonem iuniorem ex Ariagne familia, nepotem ſuum in imperio or

perio or

perio ordinans Orientali, anno 16 imperij ſui obijt.

### LEO, II.

ROmanorum 55, Leo iunior mox paucis mēſibus puerile, ordinante tamen patre, quum rexiſſet imperium: manu ſua generum ſuum Zenonem coronans, imperatoremq́ conſtituens, rebus humanis exceſsit. Hæc Iordanus. Iuxta Romanam hiſtoriam, quòd Leo ſenior regnauit annis 16, ac menſibus 6. hoc eſt, uſq; ad calendas Ianuarias, in eodem anno 16, quo Leo obijt, Theodoricus rex Romam obtinuit, tempore Leonis iunioris.

### ZENON.

ROmanorum 56, Zenon (ſecundum omnes) regnauit annis 17. hoc eſt, uſque ad calendas Ianuarij, in anno 437 poſt paſſionem Domini, ſub quo hi conſules fuerunt, teſte Caſſiodoro. Zenon, natione Iſaurus, regnauit ſine purpura & regalibus inſignijs. Cyclus 26 decennoualis incipit, indictione duodecima.

| Anni Chr. | Anni Zen. | |
|---|---|---|
| 475 | 1 | Procōſul Leo, ſolus. Zeno Leonis gener fuit. Hic dum proceſſibus degeret, ſubitò Verina Auguſta, ſocrus ſua, fratrem ſuum Baſilicum in imperium deducens, Auguſtum in Vrbe appellauit. Quod comperiens Zenon, Chalcedone, ſine aliqua reipublicæ læſione Iſauriam ſeceſſit: malens ſe ſolùm cum Ariagne Auguſta exulare, quàm ſui cauſa reipublicæ aliquod ex bellis ciuilibus incōmodum prouenire. Quod Baſilicus cognoſcēs, Zenoniſq́ fuga lætatus, Marcū filium ſuum Cæſarē ordinauit. Hæc Iordanus. Oreſtes nepote, in Dalmatias fugato, filio Auguſtulo dedit imperium. |
| 476 | 2 | Baſilicus 2, & Armatius. Ab Odonacre Oreſtes & frater eius Paulus occiſi ſunt, nomenq́ regis Odoacer aſſumpſit: quum tamen nec purpura nec etiam regalibus uteretur inſignijs. |
| 467 | 3 | Baſilicus iterum & Armatius. Iſte Zenon Leonem Auguſti filium interficere quæſiuit: ſed mater eius alium pro eo forma ſimili obtulit, Leonem uerò occultè clericum fecit: quiq́ in clericatu uſq; ad Iuſtini tempora uixit. |

| Anni Chr. | Anni Zen. | |
|---|---|---|
| 478 | 4 | Ellus ſolus. |
| 479 | 5 | Zenon 2, ſolus. |
| 480 | 6 | Baſilius iunior, ſolus. |
| 481 | 7 | Placidus etiam ſolus. Odoacer in Dalmatijs Odiuam uincit & peremit. |
| 482 | 8 | Seuerinꝰ ſolus. Simpliciꝰ papa Acacium Conſtantinopolitanū epiſcopum & Petrum Alexandrinū epiſcopum Eutychianos, damnat. |
| 483 | 9 | Fauſtus 5, ſolus. Corpus Barnabæ apoſtoli, & Euangeliū Matthæi, Hebræo ſtylo ſcriptum reperitur, ipſo reuelante. |
| 484 | 10 | Theodoricus, & Venantius. Simplicius papa obijt 6 nonis Martij. ¶ Felix, papa 48 poſt Petrum ſedit annis 8. |
| 485 | 11 | Symmachus ſolus. Hunericus rex Vandalorum Arianus, in Aphrica exulatis deſugatiſq; plus quā 334 epiſcopis catholicis eccleſias clauſit, plebem uarijs afficiens ſupplicijs: & quidem innumeris abſcidit manus, linguas præcidit: nec tamen loquelā catholicæ cōfeſſionis eripere potuit. |
| 486 | 12 | Decius, & Longinus. Felix papa etiam damnauit Acatium & Petrum epiſcopos Eutychianos. |
| 487 | 13 | Boëthius ſolus. Odoacer Feba rege Rugorum uicto captoq́, regno potitus eſt. |
| 488 | 14 | Dinamius, & Sifidius. Theodoricus rex intrauit Italiam, his conſulibus, teſte Caſſiodoro. Cui Odoacer Adyſontium pugnam parans uictus, cum tota gente fugatus eſt. Eodem anno repetito conflictu, Veronæ uincitur Odoacer. |
| 489 | 15 | Probinus, & Euſebius. |
| 490 | 16 | Fauſtinus iunior, ſolus. Theodoricus rex ad Ducam fluuium Odoacrem tertio certamine ſuperauit: qui- |

uit: qui Rauennam fugiens obſidetur incluſus. Odoacer uerò egreſſus Rauennam, nocturnis horis ad pontem Candidiani à domino noſtro Theodorico Rege memorabile certamine ſuperatur. Tunc etiam Vandali pace ſuppliciter poſtulata, à Siciliæ ſolita deprædatione ceſſarunt.

|Anni|Anni|
|Chr.|Zen.|

|491| 17 |Olibrius iunior, ſolus. Eodem anno Zeno imperator obijt: cui Anaſtaſius in Orientalibus ſucceſſit. Sanctus Patritius Hiberniæ archiepiſcopus, quum eſſet annorum 92 obijt, quum eſſet annorum 16 uenditus eſt: ſex annis uixit in ſeruitute, in Romanis partibus: ſexaginta annis in Hibernia prædicauit.

ANASTASIVS.

ROmanorum 57, Anaſtaſius ſecũdum omnes regnauit annis 27. hoc eſt, uſque ad calendas Maij, anno 454 poſt paſſionem Domini, his conſulibus, teſte Caſſiodoro.

|Anni|Anni|
|Chr.|anaſ.|

|492| 1 |Anaſtaſius & Rufus. Hic duas naturas negauit in CHRISTO, ideſt humanitatis & deitatis, ſecundum Eutycheos.

|493| 2 |Albinus ſolus. Felix papa obijt. ❡ Huic Gelaſius papa 49 poſt Petrum, ſuccedit annis quatuor, & menſibus decem.

|494| 3 | Æmylius, ſolus.

|495| 4 | Aſterius & Præſidius. Theodoricus rex Rauennam ingreſſus, Odoacrem molientem ſibi inſidias occidit.

|496| 5 |Victor ſolus. Gelaſius papa Miſenum epiſcopum à Felice damnatum, eccleſiæ ſuæ reſtituit.

|497| 6 |Paulus ſolus. Gelaſius papa libros contra Eutychem & Neſtorium compoſuit: & obijt 13 calen. Decembr. ❡ Huic Anaſtaſius, papa 50 poſt Petrum, ſucceſsit anno uno, & menſibus ſex.

|498| 7 |Anaſtaſius ſolus. Anaſtaſius imperator nullus inimicorum ſuorum meruit audire uindictam, ſicut nec noſtræ eccleſiæ iura ſeruauit.

|Anni|Anni|
|Chr.|anaſ.|

|499| 8 | Paulinus, & Iohannes. Thraſamundus Vandalorum rex catholicas eccleſias damnauit, & 225 epiſcopos exilio in Sardiniam miſit. Anaſtaſius papa uoluit occultè reuocare Acatium Conſtãtinopolitanum epiſcopum damnatum, quare diuino nutu percuſſus eſt, & obijt quinto calendarum menſis Iulij.

|500| 9 | Paulinus, & Iohannes. ❡ Symmachus, papa 51 poſt Petrum ſedit annis 15. Propter electionẽ Symmachi papæ & Laurentij. Feſtus exconſul nobiliſſimus, & Probinus excõſul ex parte Laurẽtij aduerſus Fauſtum exconſulem cæteroſq; ex parte Symmachi, in medio Vrbis cædes & homicidia fecerũt, & multos clericos occiderunt. Vnde etiam ſanctus Paſchaſius diaconus poſt mortem ſuam in pœna poſitus erat, quia contra populum in electione Laurentij uſq; in finem uitæ ſuæ permanſit: ſicut legitur in Dialogo. Et hoc fuit peccatum minimum, ideſt culpa ignorãtiæ, quia ipſe putabat ſe rectè agere corã Deo, quod ignoranter fecit.

|501| 10| Patritius, & Hypatius. Theodoricus rex hoc anno Romam cunctorum uotis expetitus, aduenit: & ſenatum ſuum mira affabilitate tractans, Romanæ plebi donauit annonas, atque admirandis munijs deputata, per annos ſingulos maxima pecuniæ quantitate ſubuenit. Sub cuius felici imperio plurimæ renouãtur urbes, minutiſſima caſtella conduntur: conſurgunt etiam admiranda palatia, magniſq; eius operibus antiqua miracula ſuperantur.

|502| 11 |Auienus & Pompeius.

|503| 12 |Auienus iunior, & Probus. Theodoricus rex aquam Rauennam perduxit. Cuius formam ſumptu proprio inſtaurauit, quæ longis antea fuerat ad ſolum reducta temporibus.

| Anni Chr. | Anni Ana. |
|---|---|

|504| 13 |Cethegus ſolus. Virtute domini regis Theodorici, uictis Bulgaribus, Syrmium Italia recepit.

|505| 14 |Theodorus, & Sabinianus. Symmachus papa multa eccleſiarum opera à fundamentis creauit, uel priſca renouauit. Ad beatum Laurentium & beatum Petrum & Paulum pauperibus habitacula conſtruxit, & omni anno per Aphricam ac Sardiniam, epiſcopis qui in exilio erant, pecunias ac ueſtes miniſtrabat.

|506| 15 |Anaſtaſius tertiò, & Venantius.

|507| 16 |Venantius iunior, & Celer. Theodoricus rex contra Francos miſit exercitum qui Gallias Francorũ deprædatione confuſas, uictis hoſtibus ac fugatis, ſuo acquiſiuit imperio.

|508| 17 |Importunus ſolus.

|509| 18 |Boëthius ſolus. Apud Carthaginem Olympius quidam Arianus in balneis ſanctam trinitatem blaſphemat: ſed ſtatim ignis iaculo imminente, uiſibiliter combuſtus eſt.

|510| 19 |Felix, & Secundinus.

|511| 20 |Paulus, & Muſchianus. Barnabas quidam Arianus epiſcopus, dum contra regulam fidei quendam baptizans dixiſſet, Baptizo te Barnabas in nomine Patris per filium in Spiritu ſancto: ſtatim aqua quæ fuerat ad baptizandum apportata, nuſquam comparuit. Quod aſpiciens qui baptizandus erat, confeſtim ad eccleſiam catholicam abijt, & baptiſmũ CHRISTI ſuſcepit. Iſte annus natiuitatis Domini, ſecundum curſum Solis & Lunæ, 2 continetur.

|512| 21 |Probus, & Clementinus.

|513| 22 |Senator ſolus. Fulgentius epiſcopus in cõfeſsione fidei & ſcientia floruit, compoſitor ſermonum, qui in natiuitate Domini leguntur. Cyclus 28 decennoualis incipit, indictione ſexta.

|514| 23 |Caſsiodorus ſolus. Sic ipſe ait: Me etiam conſule, in ueſtrorum laude temporũ adunato clero uel populo Romanæ eccleſiæ optata redijt concordia.

| Anni Chr. | Anni Ana. |
|---|---|

|515| 24 |Florẽtinus & Anthemius. Theodoricus rex filiam ſuam Amalaſuandam glorioſo uiro Eutharico in matrimonium copulauit, Deo auſpice. Symmachus papa obijt 14. calen. Auguſti. ¶ Hormiſda, papa 52 poſt Petrum, ſuccedit annis ſex.

|516| 25 |Petrus ſolus. Eucharicus Cillica gener Theodorici, mirabili gratia ſenatus & plebis ad edendum exceptus eſt feliciter conſulatum.

|517| 26 |Eucharicus Cillica, & Iuſtinus Auguſtus. Hormiſda papa cõpoſuit clerum, pſalmosq; erudiuit.

|518| 27 |Anaſtaſius 4, ſolus. Hoc anno multa miracula uidit Roma, æditionibus ſingulis, ſtupente etiam Symmacho Orientis legato, diuitias & Gothis Romanisq; datas dignitates. Ceſſit in curiã muneribus amphitheatribus diuerſi generis feras, quas pręſens ætas pro nouitate ſua miraretur, exhibuit. Cuius ſpectaculis uoluptates exquiſitas etiam Aphrica ſub deuotione tranſmiſit. Cunctis itaque eximia laude completis, tanto amore ciuibus Romanis inſedit, ut eius præſentiam adhuc deſiderãtibus Rauennã ad glorioſi patris remearet aſpectus, ubi iteratis æditionibus tanta Gothis Romanisq; dona largitus eſt, ut ſolus potuerit ſuperare, quem Romæ celebrauerat conſulatum. Hucuſque Caſſiodorus. Hieronymi temporibus prætermiſſa, Igitur in effuſam annorum ſeriem, authorum teſtificatione digeſtam, ſub breuitatis compendio redigamus. Ab Adam uſq; ad diluuium, ſicut ex Chronicis Euſebij Hieronymiq; colligimus, anni ſunt 2242. A diluuio uſque ad Ninum Aſſyriorum regem, anni ſunt 899. A Nino uſque ad Latinum regem, anni ſunt 852. A Latino rege uſque ad Romulum, anni ſunt 457. A Romulo uſq; ad Brutum & Tarquinium primos conſules, anni ſunt 119. A Bruto & Tarquinio

uſque

uſque ad conſulatum ueſtrũ, ſicut ex Tito Liuio, Aufidioq; Baſſo, & Paſchali, uirorũ clarorum authoritate firmato collegimus, anni ſunt 1031. Ac ſic totus ordo ſeculorum uſq; ad conſulatum ueſtrum collectus, anni ſunt 5721. Incipit exhinc Chronica Bedæ & Iordanis. Hormiſda papa miſit Eunodium Ticineſem epiſcopum ad Anaſtaſium imperatorem, docẽdum cum alijs. Anaſtaſius uerò ſpernẽs & hæreſi fauens Eutychetis, catholicos inſequutus eſt diuerſis plagis & mortibus. Qui inimicorum uallatus agminibus, ſæpe congemiſcens diuino fulmine perijt. Iordanus epiſcopus hiſtoriographus tunc ita ſcripſit: Anaſtaſius imperator mœrens & furens, maior octogenario ætatis anno, regniq; 28, rebus humanis exceſſit.

## IVSTINVS.

Romanorum 58, Iuſtinus ſenior, (ſecũdum hiſtoriam Romanam & Iordanum epiſcopum, qui tunc conſcripſit chronicam, & uixit) imperauit annis 9. Sed iuxta Bedã, annis 8. hoc eſt, uſque ad calendas Ianuarias, in anno quadringenteſimo & 81.

| Anni | Anni | |
|---|---|---|
| Chr. | Iuſti. | |
| 519 | 1 | Ruſticus & Vitalis. Iuſtinus ſenior nomen hæreticorum cœpit extinguere, eorumq; ubique eccleſias catholicè conſecrari. Amantium præpoſitum palatij & Andream cubicularium occidit: Miſahelem & Ardaburum cubicularios Sardicam in exilium miſit: Theotricum quoq; ſatellitem Amantij, quem idem Amantius ad regnandũ clam præparauerat, comprehenſum carceratumq; ſaxis contudit ingentibus, ſalſumq; iecit in gurgitem: ſepultura cum imperio, cui inhiauerat, eum priuans fœduſq; cum Vitaliano percuſſit, & ad ſe euocatum magiſtrum militum præſentis & conſulem ordinarium fecit. Quem rurſus in ſuſpicione habens facti prioris, ſedecim uulneribus in palatio, cum Celeriano & Paula, ſatellitibus confoſſum peremit. |
| 520 | 2 | Valerius, & Iuſtinianus. |
| 521 | 3 | Symmachus & Boëthius. Hormiſda papa obijt octauo idus Auguſti. Cui Iohannes, papa 53 poſt Petrum, annis duobus, menſibus decem. Sancta Brigida Scota, uirgo, in Hibernia diem clauſit extremum. |
| 522 | 4 | Maximus, conſul ſolus. Quemadmodum ſolet fieri in omnibus, ſic etiam fit in dignitate hac conſulari: nam pedetentim bini conſules cœperunt iam diminuere, & ſtatim uniconſules, quouſque omnino hæc dignitas negligatur, & deficiat. |
| 523 | 8 | Opilio & Iuſtinus Auguſtus. Theodoricus Arianus imperator Italiæ, miſit Iohannem papam & cum eo Theodorum & Agapitum uiros conſulares, & Agapitum patritium, ad Iuſtinum imperatorem, interminãs niſi dimitterentur hæretici in pace ſinere, ipſe etiam omnes Italiæ populos gladio occideret. Iohannes uerò papa Cõſtãtinopolim ueniens, ad portam quæ uocatur Aurea, populorum turbis ei accurrentibus, in conſpectu omnium roganti cæco lumen reddidit. Iuſtinus autem imperator, fletibus legatorum pro certo imminente, cæde catholicorum populorum motus dimittere ceſſit. |
| 524 | 6 | Probus iunior, & Philoxenes. Iohannes papa rediens à Conſtantinopoli, quum Rauennam ueniſſet, Theodoricus eum cum comitibus carceris afflictione peremit. inuidia ductus, quia catholicæ pietatis defenſor eum honorificè ſuſcepiſſet. Quo anno, ideſt conſulatu Probi iunioris, etiam Symmachum patritium Rauennę occidit. Iohannes autem papa obijt decimoquinto calendis Iunij: cuius corpus tranſlatum eſt, & ſepultum in baſilica ſancti Petri Apoſtoli. Huius Iohannis ſanctus Gregorius papa in libro Dialogorum meminit. ¶ Huic Felix, papa quinquageſim⁹ quartus poſt Petrum, ſucceſſit annis quatuor, menſibus duobus. |

|Anni|Anni|
|Chr.|Iuſt.|
|525| 7 | Olibrius uir clariſſimus conſul ſolus. Theodoricus anno ſequente ſubita morte Rauennæ perijt. Gothi autem Atalaricum ex Theodorici regis filia natum, cum matre eius præficiunt. Hildericus rex Vandalorum epiſcopos ab exilijs reuerti, & eccleſias inſtaurare præcepit poſt annũ ſexageſimũ quintum hęreticę prophanationis. Poſt Traſamundum Hildericus ex Valentiniani imperatoris captiua filia genitus, in Vãdalis regnum ſuſcepit. Qui ſacramento à Traſamundo aſtrictus, ne catholicis in regno ſuo conſuleret, antequàm regnum ſuſciperet, Epiſcopos ab exilijs reuerti iuſſit, eisq́ eccleſias reformari præcepit. Acephalorum hæreſis abdicatur, dicentes, Paulum apoſtolum in Epiſtolis ſuis præcepiſſe fœminas debere fieri diaconas, quia eas commemorat poſt diaconos.

|526| 8 |Marbutius uir clarus, conſul ſolus. Hoc anno Dionyſius computum incœpit, ita dicens inter cætera: Præſentis anni monſtremus exemplum, indictio quippe quarta eſt, & lunaris cycli 11 decẽnoualis 14. Et quia endecadis 6 eſt, annus eius emboliſmum eſſe neceſſe eſt. A 15 itaque luna præteriti feſti, uſque ad 14 præſentis, quot dies ſunt diligentiùs inquiramus, & inueniemus proculdubio quã do paſcha celebrare debeamus. Tranſacto anno per indictionem 3 paſchæ, 14 lunam 9 die calend. Aprilis, id eſt 24 menſis Martij fuiſſe, quis dubitat? & reliqua. Et paulò antè dicit: Hoc monemus, quòd cyclus iſte 95 annorum, quem fecimus, non per omnia in ſeipſum reuertitur, & ideo poſt expletionem 95 annorum, non ad 5 cyclum ſancti Cyrilli, qui incœpit cyclos ſuos ab anno 153 Diocletiani, quorum 5 cyclum, nobis neceſſariò propoſuimus. Sed ad noſtrum primum cyclum, quem nos ab anno 248 eiuſdem Diocletiani incœpimus Lector recurrat: & reliqua.

Beatiſſimus Benedictus abbas, uirtutum gloria claruit, pater monachorum, de quo beatus papa & ſanctus Gregorius in libro Dialogorum conſcripſit. Iuſtinus imperator Conſtantinopoli ante quatuor menſes obitus ſui, ſenectuti ſuæ conſulens, & Reipublicæ utilitatibus, Iuſtinianum ex ſorore ſua nepotem, conſortem regni, ſucceſſoremq́ reliquit, & rebus humanis exceſſit.

## IVSTINIANVS.

Romanorum 59, Iuſtinianus teſte hiſtorico regnauit annis 38, hoc eſt, uſque ad calendas Ianuarias, in anno 489 poſt paſſionem Domini: ſub quo hi conſules fuerunt.

|Anni|Anni|
|Chr.|Iuſti.|
|527| 1 |Iuſtinianus Auguſtus ſecundò conſul ſolus. Beliſarius patritius, uir clariſſimus de Perſis mirabiliter triumphauit.

|528| 2 |Decius uir clariſſimus cõſul etiam ſolus. Beliſarius à Iuſtiniano in Aphricam miſſus, Vandalorũ gentem deleuit.

|529| 3 |Lampadius & Oreſtes. Felix papa obijt. ¶ Huic ſucceſſit Bonifacius, papa 55 poſt Petrum, annis duobus ſedit.

|530| 4 |Lampadius & Oreſtes iterum. Corpus ſancti Antonij à Deo reuelatum Alexandriam defertur, & in eccleſia beati Iohannis Baptiſtæ humatur.

|531| 5 |Lampadius & Oreſtes tertiò. Perſæ Romanos apud Surorem uicerunt, ſatis cruenta uictoria. Conſtantinopoli, ſeditione, 30000 hominum perierunt. Hypatius pſeudoauguſtus cum alijs ſeditionis authoribus occiſus. Perſarum rex Coſroës cœpit regnum anno quinto Iuſtiniani: & pacem cum Iuſtiniano imperatore in annos centum & decem fecit. Iudæi & Saraceni, in Palæſtina Iulianum quendam ducẽ faciunt, & Chriſtianos perſequuntur, mox tandem uicti. Bonifacius obijt 17 die menſis Octobris. ¶ Huic aũt ſucceſſit Mercurius papa 56 poſt

pa 56 poſt Petrũ annis 2. Mercurius iſte, ipſe eſt Iohãnes prædictus papa.

Explicit magnus cyclus paſchalis 532 annorum, in cuius 2 anno (iuxta Dionyſium) natus eſt Dominus.

| Anni Chr. | Anni Iuſti. | |
|---|---|---|
| 532 | 6 | Lampadius & Oreſtes quartò. Secundum ſanctam hiſtoriam ſacri Euangelij, in quo nihil falſitatis habetur, teſte etiam ſancto Auguſtino, in anno 13 eiuſdem cycli, Dominus noſter IESVS CHRISTVS, 8 calendis Aprilis, luna 17, à mortuis reſurrexit, anno 18 imperij Tiberij Cæſaris, ſecundum Euangelium Iohannis, hoc eſt in anno 12 incarnationis iuxta Dionyſium. |
| 533 | 7 | Iuſtinianus ſolus. Iſte leges Romanorum multis libris nimis prolixis, & mutili diſſonantia, intra duodecim libros coarctauit in unum librum, quem Codicem Iuſtinianum nominari præcepit. |
| 534 | 8 | Valerius, & Boëtius. |

¶ Agapitus poſt Petrum papa 57, ſedit menſibus 11, diebus 19. poſtquàm Mercurius papa obijt 6 calend. Iunij. Sanctus Beda presbyter & computator, de hoc anno ita dicit: Dionyſius paſchalis circulos ſcribens ab anno Dominicæ incarnationis 532, iuxta ipſum Dionyſium, qui eſt annus 248 Diocletiani poſt cõſulatum Lampadij ac Oreſtis: quo anno Codex Iuſtinianus orbi promulgatus eſt. Hoc Beda ait. Interea Atalaricus rex Gothorum 8 annis imperans, obijt. Cuius mater Amalaſuenda Theodatum ſibi ſociauit in regnum, quam Theodatus poſt dies aliquot in balneo ſtrãgulari præcepit. Quia uerò ipſa uiuens, ſe ſuumq́; filium Iuſtiniano imperatori cõmendauit, Iuſtinianus imperator ad Theodatum iratus erat. Theodatus autem, ut imperator ei hoc dimitteret, miſit ad eum Cõſtantinopolim papam Agapitum. Agapitus uerò papa imperatorem in hereſi Eutychetis corruentem, conuertit ad fidem. Antimum quoq; Conſtantinopolitanum epiſcopum præfatæ hæreſis defenſorem, duas naturas in CHRISTO negantem, in exilium coëgit, & Menam catholicum in loco eius, epiſcopum conſecrauit. Agapitus uerò papa ibidem Conſtantinopoli obijt, decimo calend. Maij, Romæ uerò ſepultus eſt duodecimo calendis Octobris.

¶ Siluerius, papa 59 poſt Petrum, ſedit anno 1, menſibus 2. Interea ad Aphricam, quam multis annis Vandali poſſidebant, à Iuſtiniano imperatore cum exercitu Beliſarius patritius miſſus eſt, & Vandalorum gentem deleuit. Carthago quoquè anno exceſſionis ſuæ 96 recepta eſt, pulſis deuictisq́; Vandalis, & rege eorum Geliſmero, prælio uicto & capto, ac Conſtantinopolim miſſo. Carthago uerò receſſit anno 339 incarnationis Domini, iuxta Dionyſium, Theodoſii imperatoris iunioris 16. Agapito uerò mortuo miſit Iuſtinianus imperator Beliſarium patritium contra Theodatum regem Gothorum, qui quum moram apud Siciliam feciſſet, Theodatus obijt. Cui Vitigis ſucceſſit. Beliſarius uerò uidens ſibi incongruum tempus bellandi, intra urbem Romam ſe muniuit. Vitigis autem cum Gothis Romam per annũ obſident, & Romanorum omnia igne & ferro, etiam reliquias de tumulis ſanctorum ita diripiunt, ut matres membra natorum præ fame eo anno comederent.

| Anni Chr. | Anni Iuſti. | |
|---|---|---|
| 535 | 9 | Beliſarius ſolus. Iſte Beliſarius præcepto Theodoræ Auguſtæ, cõſentiente Iuſtiniano imperatore, papam Siluerîũ, quia Antimum hæreticum Conſtantinopolitanum epiſcopum ab Agapito papa expulſum, noluit reuocare licet nolens, expulit ad Pontiam inſulam, in qua obijt duodecimo calendis Iulij. |
| 536 | 10 | Beliſarius iterum ſolus. |

¶ Vigilius, papa 60 poſt Petrum, ſedit annis 18, menſibus 6.

| Anni Chr. | Anni Iuſti. | |
|---|---|---|
| 537 | 11 | Iohannes, conſul ſolus. Vitigiſum regem Gothorum bello |

captum, Conſtantinopoli ſecum perduxit ad imperatorem Iuſtinianum.

|Anni|Anni|
|Chr.|Iuſti.|

|538| 12| Appius, etiam ſolus. Beliſarius item ad Aphricam cum exercitu uenit.

|539| 13| Iuſtinus iunior, ſolus. Beliſarius Guntharum regem Vandalorum occidit, & Vandalos ſubſtrauit reipublicæ.

|540| 14| Beliſarius conſul ſolus.

|541| 15| Beliſarius iterum ſolus.

|542| 16| Beliſarius item ſolus. Is autem Romam ueniens, crucem auream librarum centũ, & gemmis precioſiſsimis ornatam, ſuis uictorijs inſcriptã, beato Petro apoſtolo per manus Vigilij papæ obtulit.

|543| 17| Beliſarius denuò conſul. His conſulũ ultimus, teſte Caſſiodoro.

|544| 18| Anno 13 magni cycli paſchalis, ideſt 18 Iuſtiniani, annus Dominicæ paſsionis 2 cõtinetur, non antea, ideſt anno paſsionis primo. A paſſione igitur CHRISTI, uſq; in prædictum annum, habetur cyclus magnus paſchalis numero 532 annorũ.

|545| 19| Venit quidam manus in
|546| 20| Oriente, nomine An-
|547| 21| dreas, habens ſecum ca-
|548| 22| nem rufum & cæcũ, qui
|549| 23| iuſſus ab eo faciebat mi
|550| 24| racula. Quum enim ſtaret in foro coram turba, clàm eodem cane afferebãtur aſtantiũ annuli, & ponebantur in pauimento: quos ille cooperiebat, & præcipiebat cani, & tollebat, & dabat unicuiq; ſuum. Interrogatus etiam, oſtendebat canis in utero habentes: & fornicarios & adulteros oſtendebat, cum omni ueritate. Capto Vitigiſo rege, Gothi trãs Padum, Hildebaldum ſibi regem ſtatuunt, eodemq; anno occiditur. Cui Erarius ſucceſsit, & ante annum occiſus eſt Antiochiæ, ob terræmotum. Cuidam ſeruo Dei reuelatũ eſt, ut ſcriberetur in ſuperliminaribus domorũ ſic: CHRISTVS nobiſcum, ſtate. Quo facto ſtetit ira Dei.

|Anni|Anni|
|Chr.|Iuſti.|

|551| 25| Cyclus decennoualis a incipit, indictione 14.

|552| 26| Baduilla, qui & Totila, Erario ſucceſsit.

|553| 27| Vidilius papa ob eandem cauſam quã & deceſſor eius Siluerius indignatione Auguſti per Antimium Scribonẽ Cõſtãtinopolim perductus, indeq; in exiliũ actus, deinde reuocatus ad Romã, uenit Siciliam, & in ciuitate Siracuſa obijt, & ſepultus eſt Romæ uia Salaria, iuxta Marcellũ papã.

|554| 28| ¶ Pelagius, papa 61 poſt Petrum, ſedit annis 11, menſibus 11.

|555| 29| Totila cum Gothis totam Italiam inuadit: exinde per Campaniã uiriq; Dei Benedicti abbatis cœnobium iter faciens, Romam obſidionibus circuncludit, & tunc fames penè ſimilis præcedenti contigit.

|556| 30| Feſsis & non ualentibus Romanis mœnia tueri, Totila porta Hoſtienſi Vrbem intrat. Qui nocte capiens Vrbem, ut parceret Romanis tubas ſonari præcepit, ut Romani uel paululum inimicorum rabiem deuitarent: & aliquantulum cum eis, tanquam pater cum filijs habitauit. Hãc illi ut datur, animi benignitatem, qui nimiæ antea crudelitatis fuit, beati patris Benedicti: quem quum Roma uenire uellet, audierat, monita contulit: quando Totilam increpauit, & de ſua morte poſt octo annos futura, ſibi prædixit.

|557| 31| Pelagius papa eccleſiã beati Philippi & Iacobi incepit cõſtruere.

|558| 32| Romę Caſsiodorus prius conſul, deinde ſenator, poſtea monachus clarus habetur.

|559| 33| Arator ſubdiaconus Acta Apoſtolorum uerſibus hexametris Romæ exarauit.

|560| 34| Victor Capuanus epiſcopus librum de paſcha ſcribens, Victorij arguit errores.

|561| 35| Vir ſanctiſsimus Herculanus, Peruſinæ ciuitatis epiſcopus fuit: q ex p̃cepto totilæ regis Gothorũ ſup̃ murum

murum ſuæ ciuitatis capite truncatus eſt: ſancto Gregorio teſte. Longobardi 40 ruſticos captiuos occiderunt, quia immolatitia cum eis non mãducauerunt, aliosq́ꝫ captiuos decollauerũt, qui caput capræ cum eis non adorauerunt. His temporibus beatus Benedictus prius in loco qui Sublatus dicitur, qui ab urbe Roma 40 milliaribus abeſt, & poſtea in caſtro Caſſiani, quod Aurum appellatur, uirtutibus magnis effulſit: teſte beato Gregorio, in libro ſecundo Dialogorum, capite 14 & 15.

Anni Chr. | Anni Iuſti.

562 | 36 | His temporibus uixit ſanctus Gregorius, ut ipſe perhibet in libro Dialogorum, ita dicendo, Vir uitæ uenerabilis Cerbonius Populonij epiſcopus, magnam in diebus noſtris ſanctitatis ſuæ probationem dedit. Nam quũ hoſpitalitatis ſtudio ualde eſſet intentus, quia milites in hoſpitio ſuo abſcondit, ne occiderentur à Gotis: Totila perfidus rex Gothorũ, eum in loco nomine Merulis, ubi cum exercitu ſuo ſedebat, immaniſsimo urſui homines crudeliter manducãti, in medio coram omnibus deputauit. Vrſus uerò pedes epiſcopi ouili manſuetudine lambebat.

563 | 37 | Priſcianus grammaticus apud Cõſtantinopolim clarus habet. Pelagius papa obijt, 6 nonis Martij.

IVSTINVS, II.

Romanorum 60, Iuſtinus minor, regnauit annis 11. hoc eſt, uſque ad calendas Ianuarij, in anno 527 poſt paſsionem Domini noſtri.

Anni Chr. | Anni Iuſti.

564 | 1 | ¶ Iohannes papa 62 poſt Petrum, ſedit annis 13.

565 | 2 | Narſes patritius ad Italiã ueniens. Totilam Gothorũ regem occidit, & Italiã ad rempublicã reduxit.

566 | 3 | Is Narſes, per inuidiã Romanorum, pro quibus multa contra Gothos laborauit, accuſatus erga Iuſtinum imperatorem & eius cõiugem Sophiã, quod ſeruitio premeret Italiã, receſsit. Neapolim ciuitatẽ Cãpaniæ, & Lõgobardos introduxit in Italiam.

Anni Chr. | Anni Iuſti.

567 | 4 | Leuigillus rex Gothorũ, quaſdam Hiſpaniæ regiones ſibi rebelles, in poteſtatem regni ſui ſuperando redegit.

568 | 5 | Iohannes papa eccleſiam apoſtolorum Philippi & Iacobi, quam prædeceſſor eius Pelagius cœperat, perficiens dedicauit.

569 | 6 | Cyclus decennoualis 3 incipit, indictione 3.

570 | 7 | Germanus Pariſiorum epiſcopus obijt.

571 | 8 | Fortunatus poëta in Gallijs clarus habetur.

572 | 9 | Armenij fidem CHRISTI

573 | 10 | ſuſcipiunt.

574 | 11 | Redemptus Ferentinæ ciuitatis epiſcopus clarus habetur, ut in Dialogo legitur.

575 | 12 | Iuſtinus imperator amentia obijt.

CONSTANTINVS, II.

Romanorum 61, Tiberius Conſtantinus regnauit annis ſeptem. hoc eſt, uſque in annum 538 poſt paſſionem Domini.

Anni Chr. | Anni Con.

576 | 1 | Gregorius apocriſiarius in Conſtantinopoli, & poſtea papa, in Iob expoſitionem condidit. Iohannes papa obijt.

577 | 2 | Benedictus, papa 63 poſt Petrum, ſedit annis 4, menſibus 2.

578 | 3 | Gregorius Eutychiũ Cõſtantinopolitanum epiſcopum Tiberio præſente conuicit, ita ut Tiberius librum Eutychij de reſurrectione deſtruens, ſuis catholicis allegationibus deliberaret flammis cremari debere. Scribebat autem id Eutychius corpus noſtrum in reſurrectione, impalpabile, & uentis aërijq́ꝫ ſubtilius eſſe uenturum cõtra illud Dominicũ, Palpate, & uidete, quia ſpiritus carnem & oſſa non habent, ſicut me uidetis habere.

| Anni Chr. | Anni Iuſti. |
|---|---|

579 | 4 | Gens Longobardorū comitãte fame, mortalitate & peſte, omnem inuadit Italiam, ipſamq; Romam uaſtaturum obſidet urbem: quibus, tempore illo, rex præerat Alburnius.

580 | 5 | Vaſtãtibus omnia per circuitum Longobardis, quum fames abundaret, multa millia frumenti Benedictus papa ab Ægypto dirigens, Romam ſub ſtudio miſericordiæ releuauit.

581 | 6 | Gothi per Erminigildum Lungildi regis filium bifariè diuiſi, mutua cæde uaſtantur. Benedictus papa obijt 2 calend. Auguſti.

582 | 7 | ¶ Pelagius, papa 64 poſt Petrum, ſedit annis 10, menſibus 2. Gregorius papa in Dialogo ſic dicit: In monaſterio meo ante decennium, Geruntius monachus graui infirmitate depreſſus ſomniauit abbates & clariſsimos uiros in meum monaſterium de ſuperioribus deſcẽdere. Quorum unus ait: Ad hoc uenimus, ut demonſtratione Gregorij quoſdam fratres in militiam mittamus. Et alteri ait: Scribe Marcellum, Valẽtinianum, Agnellum, atq; alios, & hunc Geruntium: qui eo ordine obierint.

MAVRITIVS.

ROmanorum 62, Mauritius regnauit annis 21, mẽſibus 4. hoc eſt, uſque ad calendas Maij, in anno 525 poſt paſsionem Domini.

| Anni Chr. | Anni Mau. |
|---|---|

583 | 1 | Pelagius papa ſine iuſsio-
584 | 2 | ne Mauritij ordinat⁹ eſt,
585 | 3 | eo quòd Longobardi Italiam per circuitum obſidebantur, ita ut nullus foras egredi poſſet.

586 | 4 | Erminigildis Lũgildi Gothorum regis filius, ob fidei catholicæ confeſsionem inexpugnabilem, à patre Ariano regno priuatus, in carcerem & in uincula proiectus eſt. Ad extremum nocte ſancta Dominicæ reſurrectionis, ſecuri in capite percuſſus, regnum cœleſte pro terreno rex & martyr poſsidere meruit. Cuius frater Richardus mox ut regnum poſt patrem accepit, omnem Gothorum cui præerat gentem, inſtãte Leandro Hiſpalitano epiſcopo, qui & Hermínigildum docuerat, catholicam conuertit ad fidem.

| Anni Chr. | Anni Mau. |
|---|---|

587 | 5 | Pelagius papa Heliæ A-
588 | 6 | quileiẽſi epiſcopo nolenti tria capitula Chalcedonenſis ſynodi ſuſcipere, ſatis utilem epiſtolam miſit, quam ſanctus Gregorius adhuc diaconus conſcripſit.

589 | 7 | Sanctus Columbanus pa-
590 | 8 | ter, ex Hibernia inſula cum ſancto Gallo alijſq; probatis diſcipulis uenit in Burgundiam, ibiq; permittente Theodorico rege, monaſterium quod Luxouium dicitur, ædificauit. Exinde Abrumhilda fugatus, Alemãniam ingreditur, ubi ſanctum Gallum reliquit. Ipſe uerò in Italiam tranſiẽs, monaſterium quod Bouium dicitur, ædificauit: ubi multorum pater monachorum extitit.

591 | 9 | Hoc tempore factum eſt diluuium 16 calend. Nouembris, ut flumẽ Tiberis ſuper muros urbis Romæ influeret, & per alueum eiuſdem fluminis cum multa ſerpentium multitudine, draco miræ magnitudinis per urbem uſque ad mare deſcẽdit: quam inundationem peſtilentia quæ dicitur inguinaria ſtatim ſequuta eſt, ut pauci ex multitudine uiuerent, in qua primitus Pelagius papa obijt, octauo idus Februarij.

592 | 10 | ¶ Sanctus Gregorius papa 65 poſt Petrũ, ſedit annis 13, menſibus 6, diebus 10, qui in hac tribulatione à cunctis electus eſt: & quum litaniam ſeptiformem ordinaſſet, una die dum Dominum deprecabantur, ſubitò 80 obierunt. Septiformis autem litania ideo dicitur, quia in ſeptẽ ordinibus populus erat diuiſus ita: Primo ordine, clerus. Secundo abbates cum monachis. Tertio, abbatiſſæ cum ſuis. Quarto, infantes. Quinto, laici.

Sexto,

Sexto, uiduæ. Septimo coniugatæ fœminæ erant.

| Anni Chr. | Anni Mau. | |
|---|---|---|
| 593 | 11 | Auares contra Romanos |
| 594 | 12 | dimicantes, auro magis |

quàm armis pelluntur. Ante trienniũ in monaſterio beati Gregorij monachus nomine Iuſtus, fuit medicus, qui ante obitum ſuum germano ſuo nomine Copioſo, ſibi ſeruienti, tres aureos nũmos habere ſe innotuit, quos cum in ſterquilinio ſepeliri fecit beatus Gregorius.

595 | 13 | Gregorius papa anno Mauritij imperij 13, indictione 13, ſynodum epiſcoporum 24 conuocauit ad corpus beati Petri apoſtoli. In eccleſia Arianorum, iuxta Romam, in loco nomine Subura, quum catholicè conſecraretur, introductis in eam ſancti Sebaſtiani & ſanctæ Agathæ reliquijs, diabolus in figura porci per populum exiuit ab ea. Poſt paucos autem dies, nubes cœlitus deſcendẽs, totam miro odore repleuit eccleſiam.

| | | |
|---|---|---|
| 596 | 14 | Cœnobium ſancti Bene- |
| 597 | 15 | dicti abbatis à Longo- |
| 598 | 16 | bardis noctu inuaditur. |

Monachi uerò Romam petierunt codicem ſanctæ regulæ, & pondus panis ac menſuram uini deferentes.

599 | 17 | Gregorius papa adiecit in miſſa, Dieſq; noſtros: uſque, Numerari. Sanctus Gregorius poſtquàm alueum illum Tibris egreſſus eſt, & ſuper muros urbis Romæ influxit, Dialogum compoſuit, ipſo teſte in libro tertio, capite 19. In Campaniæ parte, uir ualde uenerabilis Martinus in monte Marſico, ſolitariam uitam duxit. Hic cathena ferrea ſibi pedem ligauit, eamq; ſaxo ex altera parte affixit, ne longiùs exiret. Quod uir uitæ uenerabilis Benedictus audiens, cuius ſuperiùs memoriam feci, ei per diſcipulum ſuum mandare curauit, Si ſeruus Dei es, non te teneat catena ferri, ſed cathena CHRISTI. Ad hanc uocem Martinus cathenam ſoluit, & nunquam poſtmodum plus longitudine cathenæ exiuit.

| Anni Chr. | Anni Mau. | |
|---|---|---|
| 600 | 18 | Beatus Gregorius miſsis |

Britanniam Auguſtino, Melito & Iohanne, & alijs pluribus cum eo monachis, timentibus Deum, ad CHRISTVM Anglos conuertit. Sanctus Columbanus obijt.

601 | 19 | Edilbertus rex Anglorũ, ad CHRISTI gratiam cõuerſus, cum ſua gente Cantuariorum, cui præerat, proximiſq; prouincijs doctorẽ ſuum Auguſtinum, cæteroſq; antiſtites epiſcopali ſede donabat. Porrò gentes Anglorum ab Aquilone Humbri fluminis ſub regibus Elle & Adilfrido, necdum uerbum uitæ audiuerant.

602 | 20 | Gregorius papa 18 annum Mauritij imperatoris, indictione 4, ſcribens Auguſtino Lundoniæ & Eboraci epiſcopos, accepto à ſede apoſtolica pallio, metropolitanos eſſe debere decreuit. Idẽ refert, apoſtolos ad miſſam cantandam, nihil aliud niſi tantùm orationem Dominicã dixiſſe.

603 | 21 | Mauritius imperator cum filijs ſuis Theodoſio, Tiberio Cõſtanſtantino, à Phoca qui fuit ſtrator Priſci patritij, occiditur. Sed ſanctus Benedictus abbas (ſicut ſui ſcribunt) 12 calendarum Aprilis, ſabbato ſanctæ paſchæ, in hoc anno uidetur obijſſe. Niſi enim in anno 96 ante iſtum annum obitus eius non habetur, quia tunc ſi natus ualde paruulus fuit, in hoc autem anno ætatis ſuæ plus minus'ue 90 obijſſe poſſe.

PHOCAS.

Romanorum 63, Phocas regnauit annis 9. hoc eſt, uſque ad calendas Maij, in anno 566 poſt paſsionem Domini noſtri.

| Anni Chr. | Anni Pho. | |
|---|---|---|
| 604 | 1 | Imago Phocæ 7 calend. |

Maij, indictione 7, Romã delata eſt, ſicut in uita ſancti Gregorij legitur: & poſtquàm à clero & ſenatu acclamatũ eſt eis in baſilica Iulij, iuſſu ſancti Gregorij in baſilica ſancti Cæſa-

rij, Lateranenſi palatio collocatur.

Anni Chr. – Anni Pho.

605 – 2 – Sanctus Gregorius papa obijt 4 idus Martij, indictione 8.

606 – 3 – ¶ Sabinianus, papa 66 poſt Petrum, ſedit anno 1, menſib. 10.

607 – 4 – Precerini ac Benedicti per Orientem uel Ægyptũ ciuile bellum faciunt, ac ſeſe mutua cæde proſternunt. Sabinianus papa obijt 11 calendis Martij.

608 – 5 – ¶ Bonifacius, papa 67 poſt Petrum, ſedit menſibus 10. Hic impetrauit à Phoca Cæſare, ut ſedes apoſtolica Romana caput eſſet eccleſiæ, quum antea Conſtantinopolis primam omnium ſe ſcribebat. Hic conſtituit in eccleſia beati Petri, cum epiſcopis 72, presbyteris 30, diaconibus 3, et omni clero ſub anathemate, ut nullus Pontifice uiuente, aut epiſcopo ciuitatis ſuæ præſumat loqui, aut partes ſibi facere, niſi tertio die depoſitionis eius, adunato clero & famulis eccleſiæ electio tunc fiat. Eodem anno obijt tertio idus Decembris.

609 – 6 – Bonifacius, papa 68 poſt Petrum, ſedit annis 6, menſibus 9.

610 – 7 – Bonifacius papa obtinuit à Phoca Cæſare, ut in ueteri phano, quod Pantheum uocabatur, & à Domitiano imperatore conſtructum erat, eccleſiam omnium ſanctorũ conſecrari, ubi omnium idolorum cultus agebatur.

611 – 8 – Perſæ contra rempublicam bella grauiſſima gerentes, multas Romanorũ prouincias & ipſam Hieroſolymam auferunt, & deſtruentes eccleſias, ſancta quoq; prophanãtes, inter ornamenta ſanctorum uel communium locorum, etiam uexillum Dominicæ crucis abducunt. Heraclius qui Aphricam regebat, Phocam uita priuauit, cui & ſucceſſit.

### HERACLIVS.

Romanorum 64, Heraclius regnauit annis 27, hoc eſt, uſque ad calendas Martij, in anno 573 poſt paſſionem Domini.

Anni Chr. – Anni Her.

612 – 1 – Anaſtaſius Perſa monachus, poſtea nobiliter pro CHRISTO paſſus: qui natus in Perſide, magicas artes à patre puer diſcebat: ſed ubi à captiuis Chriſtianis nomen CHRISTI ſaluatoris audiuerat, in eum mox toto animo conuerſus eſt.

614 – 3 – Tunica Domini in Iudęa reperitur. Bonifacius papa obijt.

615 – 4 – ¶ Deuſdedit, qui & The-
613 – 2 – odatus, 69 poſt Petrum, ſedit annis 4. Hic conſtituit ſecundam miſſam in clero. Eodem anno factus eſt terræmotus magnus, menſe Auguſto indictione tertia. Poſt hæc ſequuta eſt clades in populo, id eſt percuſſio ſcabiarum, ita ut nullus poſſet mortuum ſuum cognoſcere.

616 – 5 – Anaſtaſius relicta Perſide, Chalcedoniam Hierapolimq; quęrens CHRISTVM, ac deinde Hieroſolymam, ubi baptizatus 4 ab eadem urbe milliario, monaſterium abbatis Anaſtaſius intrauit, in quo 7 annis regulariter uixit.

617 – 6 – Anaſtaſius iſte quum Cæſaream Palæſtinæ orationis gratia ueniſſet, captus à Perſis, & multa diu uerba inter carceres & uincula Marzabana duce perpeſſus, tandem mittitur Perſidem ad regem eorum Coſdroen, à quo ter per interualia auditus & uerberatus, ad extremum una ſuſpenſus manu, per tres horas diei: & ſic decollatus, cum alijs 70 martyrium compleuit: mox tunica eius indutus quidã dæmoniacus, curatus eſt.

618 – 7 – Deuſdedit papa obijt 6 idus Nouembris.

619 – 8 – ¶ Bonifacius, papa 70 poſt Petrum, ſedit annis 10.

620 – 9 – Puer natus eſt abſq; ocu-
621 – 10 – lis & palpebris & mani-
622 – 11 – bus & brachijs, à lumbis deorſum, ut cauda piſcis.

623 – 12 – Bonifacius obijt octauo calendarum menſis Nouembris. Hic autem conſtituit, ut nullus trahatur de eccleſia.

|Anni|Anni|
|Chr.|Her.|

|624| 13| ❡Honorius,papa 71 poſt Petrum,ſedit annis 12.

|625| 14| Heraclius imperator cum exercitu ſuperatis Perſis,Chriſtianos qui erant captiui reduxit gaudentes.

|626| 15| Reliquiæ beati martyris Anaſtaſii primò ad monaſteriũ ſuum delatæ, deinde Romam aduectæ uenerantur in monaſterio beati Pauli apoſtoli, quod dicitur Ad aquas Salinas. Cyclus 6 decennoualis incipit, indictio decimaquinta.

|627| 16| Anno Heraclij 16, indictione 15. Edumus rex Anglorum in Britannia trans Vmbranæ gentis ab Aquilonẽ, prædicãte Paulino epiſcopo,quem miſerat de Francia archiepiſcopus Iuſtus uerbũ ſalutis cum gente ſua ſuſcepit,anno autem 11 regni ſui, aduentus 2 Anglorũ in Britanniã, anno 230 hoc geſsit.Ipſe uerò dedit Paulino ſedem epiſcopatus Eboraci. Qui profectò regi in auſpicium futuræ fidei,& regni cœleſtis poteſtas & terreni creuit regni . Totam enim Britanniam primus omnium Anglorum ſub ſe ſubiecit.

|628| 17| In Nilo flumine uiſi ſunt
|629| 18| uir & mulier:uir, terri-
|630| 19| bilis & rufus : mulier,
|631| 20| cum mammillis & cæſarie, & hoc ab ortu Solis uſque ad horam nonam.

|632| 21| Eo tẽpore errorẽ 14 anno
|633| 22| rũ in obſeruatione paſ-
|634| 23| chæ apud Scotos exortũ,Honorius papa per epiſtolã redarguit:ſed & Iohannes,qui ſucceſſori eius Seuerino ſucceſsit, idem arguebat. Quum enim adhuc eſſet electus in pontificatũ, pro eodem paſcha eis ſcribit.Iohannes quoquè & pro Pelagiana hæreſi quæ apud eos reuiuiſcebat,ſcripſit.

|635| 24| Honorius papa obijt, 4 calendis Octobris:& ceſſauit pontificatus anno 1, menſibus 7, diebus 17.

|636| 25| ❡Seuerinus , papa 72 poſt Petrum, ſucceſsit anno uno , & obijt quarto nonis Auguſti.

|Anni|Anni|
|Chr.|Her.|

|637| 26| ❡Iohannes,papa 73 poſt Petrum,ſucceſsit anno 1,mẽſibus 10. Iudæi in Hiſpania Chriſtiani efficiuntur. Siſebutus enim rex Gothorũ glorioſisſim⁹,in Hiſpania Romanas prouincias & Romanæ militiæ urbes bellando ſibi ſubiecit, & Iudęos ſui regni ſubditos ad fidem CHRISTI cõuertit.

|638| 27| Iohãnes papa obijt 4 idus Octobris. Heraclius imperator Conſtantinopoli obijt.

HERACLEONAS.

Romanorum 65, Heracleonas filius Heraclij cum Martina matre ſua,regnauit duobus annis.

|Anni|Anni|
|Chr.|Her.|

|639| 1| ❡ Theodorus,74 poſt Petrum, ſedit annis 6, menſibus 6. Cyrus Alexandriæ,& Sergius & Pirrhus regiæ urbis epiſcopi, Acephalorum hæreſim inſtaurãtes, unam operationem in CHRISTO diuinitatis & humanitatis & unã uolũtatem dogmatizant. E quibus Pirrhus his temporibus ſub Theodoro papa Romam ueniens, ex Aphrica, ficta (ut apparuit) pœnitẽtia, obtulit,eidem papæ præſente cuncto clero & populo libellũ cum ſua ſubſcriptione, in quo cõdemnaretur omnia, quæ à ſe uel à deceſſoribus ſuis ſcripta uel acta fuiſſent contra catholicam fidem. Vnde benignè ſuſceptus eſt ab eo, quaſi regiæ urbis pontifex. Sed quia reuerſus domum, repetijt errorem domeſticũ memoratus ille papa Theodorus, aduocatis cuncti ſacerdotibus & clero in eccleſiam Petri apoſtoli, cõdemnauit eum ſub uinculo anathematis.

CONSTANTINVS, III.

Romanorum 66, Cõſtantinus filius Heraclij, regnauit menſibus 6. Pirrhi ſucceſſor Paulus, non tãtùm uæſana doctrina, ſicut deceſſores eius, ſed & aperta perſequutione catholicos cruciat. Apocriſiarios ſanctæ Romanæ eccleſię, qui ad eius correctionem miſ-

nem miſ-

nem miſſi fuerant, partim carceribus, partim exilijs, partim uerberibus afficiens. Sed & altare eorum in domo Placidiæ ſacratum in uenerabili oraculo ſubuertens, diripuit, prohibens eos ibidem miſſas celebrare. Vnde & ipſe, ſicut præceſſores illius, ab apoſtolica ſede, iuſta depoſitionis ultione damnatus eſt.

CONSTANTINVS, IIII.

Romanorum 67, Conſtantinus, filius Conſtantini, regnauit annis uigintiocto.

| Anni Chr. | Anni Con. | |
|---|---|---|
| 641 | 1 | Conſtantinus imperator deceptus à Paulo, ſicut Heraclius auus eius à Sergio eiuſdem regiæ ciuitatis epiſcopo expoſuit typum aduerſus catholicam fidem. Nec unam, nec duas uoluntates aut operationes in CHRISTO diffiniens eſſe credendas, quaſi nihil uelle uel operari, credendus ſit CHRISTVS. |
| 642 | 2 | |
| 643 | 3 | |
| 644 | 4 | Theodorus papa obijt, 2 idus Maij. |
| 645 | 5 | ¶ Martinus, papa 75 poſt Petrum, ſedit annis 6, menſibus 2. |
| 646 | 6 | Cyclus 7 decēnoualis incipit, indictione 4. |
| 647 | 7 | Martinus papa propter prædictā hæreſim congregauit Romæ ſynodum 105 epiſcoporum: in qua ſynodo damnauit ſub anathemate Cyrum, Sergium, Pirrhum & Paulū, hæreticos præfatos epiſcopos. Facta eſt autem ſynodus præfata, anno 10 imperij Conſtantini, menſe Octobri, indictione 7. Et poſt hæc miſſus ab imperatore Theodoro hexarcha, tulit Martinum papā de eccleſia Conſtantiniana, & perduxit eum Conſtātinopolim, & relegatus Cerſonam Lyciæ prouinciam, ibidemq́; 4 idus Nouembris obijt, & multis uirtutum ſignis refulget. |
| 648 | 8 | |
| 649 | 9 | |
| 650 | 10 | |
| 651 | 11 | |
| 652 | 12 | |
| 653 | 13 | Martinus papa obijt. |
| 654 | 14 | ¶ Eugenius, papa 76 poſt Petrum, ſedit annis 2, menſibus 10. |

| Anni Chr. | Anni Con. | |
|---|---|---|
| 655 | 15 | Eugenius papa obijt 4 nonis Ianuarijs. |
| 656 | 16 | ¶ Vitalianus, papa 77 poſt Petrum, ſedit annis quatuordecim, menſibus ſex. |
| 657 | 17 | Conſtātinus princeps Vitaliano papa nuper ordinato, miſit beato Petro apoſtolo euangelia aurea gemmis albis miræ magnitudinis in circuitu ornata. Ipſe uerò poſt aliquot annos uenit Romam, 5 die menſis Iulij, feria 4. Tunc obtulit Dominico die ſuper altare ſancti Petri pallium auro textile. Et totus exercitus cum cereis eccleſiam intrauit. Hoc factum eſt per indictionem 6, anno 23 imperij Conſtantini. Sequente anno facta eſt eclypſis Solis 5 nonis Maij. |
| 658 | 18 | |
| 659 | 19 | |
| 660 | 20 | |
| 661 | 21 | |
| 662 | 22 | |
| 663 | 23 | |
| 664 | 24 | |
| 665 | 25 | |
| 666 | 26 | Theodorus archiepiſcopus, & Adrianus abbas, uir æquè doctiſsimus, à Vitaliano papa miſsi in Britanniam, plurimas eccleſias Anglorum doctrinæ eccleſiaſticæ fruge fœcundarunt. |
| 667 | 27 | Quum igitur Conſtantinus obtulit pallium, manſit in Roma dies 12. Inde indictione 7 Siciliam ingreſſus eſt, in qua manſit uſque ad indictionem 12. |
| 668 | 28 | In qua indictione, in Sicilia, à ſuis, 15 die Iulij menſis, in balneo occiſus eſt. Et non pòſt longè Vitalianus papa obijt, ſexto calendis Februarij. |

CONSTANTINVS, V.

Romanorum 68, Conſtantinus filius Conſtantini ſuperioris, regnauit annis 17.

| Anni Chr. | Anni Con. | |
|---|---|---|
| 669 | 1 | ¶ Adeodatus, papa 78 poſt Petrū, ſedit annis 4, menſibus 2. |
| 670 | 2 | Saraceni Siciliā inuadūt. Qui nimia præda ſecum ablata, mox Alexandriam redeunt. |

| Anni Chr. | Anni Con. | |
|---|---|---|
| 671 | 3 | Conſtantinus princeps, ſextam ſynodum inſtituit. |
| 672 | 4 | Adeodatus papa obijt. |
| 673 | 5 | ¶Conus, papa 79 poſt Petrum, ſedit anno uno, menſibus ſex. |
| 674 | 6 | Hibernia inſula ſanctis ui- |
| 675 | 7 | ris plena habetur: de qua beatus pater noſter Dyſibodius epiſcopatu abdicato cum pleriſque ſocijs egreſſus, hunc locum inhabitauit, & diuinis laudibus hîc ſe à fidelibus uenerari apud Deum promeruit. |
| 676 | 8 | Agatho papa ex rogatu Conſtantini, Heraclij & Tiberij principum pijſſimorum, miſit in regiam urbem legatos ſuos, in quibus erat Iohannes Romanę eccleſiæ tunc diaconus, non longè pòſt epiſcopus, pro adunatione facienda ſanctarum Dei eccleſiarum. Qui urbem regiam, ideſt Conſtantinopolim egrediẽtes, decima die menſis Nouembris, indictione decima, dominica die, ad proceſſionem imperatoris Conſtantini honorificè uocati ſunt. Die autem decimaſeptima menſis Februarij, die Dominico interrogatus eſt patriarcha Georgius de fide catholica. Adfuerunt autem epiſcopi centum quinquaginta, pręſidente Georgio patriarcha, regiæ urbis & Antiochiæ Machario. Et cõuicti ſunt, qui unam uolũtatem & operationem aſtruebant in Chriſto falſaſſe catholicorum patrum dicta perplurima. Finito autem conflictu Georgius correctus eſt. Macharius uerò cum ſuis ſequacibus ſimul & præceſſoribus Cyro, Sergio, Honorio, Pirrho, Paulo & Petro anathematizatus, & in locum eius Theophanius Abbas de Sicilia Antiochiæ epiſcopus factus: tantaque gratia legatos pacis commutata eſt, ut Iohannes Portuenſis Epiſcopus, qui unus erat ex ipſis, Dominica 8 paſchæ miſſas publicas in eccleſia ſanctæ Sophiæ coram principe & patriarcha Latinè celebraret. Hæc eſt ſexta ſynodus uniuerſalis Conſtantinopoli celebrata, & Græco ſermone conſcripta temporibus Agathonis papæ, exequente ac reſidẽte pijſſimo principe Conſtantino, intra palatium ſuum, ſimulque legatis apoſtolicę ſedis & epiſcopis 150 reſidentibus. Prima enim uniuerſalis ſynodus in Nicæa congregata eſt, contra Arium, 318 patrum, temporibus Iulij papæ, ſub Conſtantino Magno. Secunda, in Conſtantinopoli 150 patrum, contra Macedonium & Eudoxium, temporibus Damaſi papæ & Gratiani imperatoris, quando Nectarius eidem urbi ordinatus epiſcopus eſt. Tertia, in Epheſo, 200 patrum, contra Neſtorium Auguſtæ urbis epiſcopum, ſub Theodoſio Magno principe, & papa Cœleſtino. |

Quarta, in Chalcedone, patrum 630, ſub Leone papa, temporibus Martiani imperatoris. Quinta, item in Conſtantinopoli, temporibus Vigilij papæ, ſub Iuſtiniano principe cõtra Theodorum, & omnes hæreticos.

Sexta, hæc, de qua in præſentia diximus. Arius dixit, Patrem maiorem, filium minorem, ſpiritum ſanctũ creaturam eſſe. Macedonius negabat ſpiritum ſanctum. Neſtorius dixit, ſanctam Mariam, non Dei, ſed hominis tantũ genitricem eſſe. Eutyches Conſtantinopolitanus abbas dixit, Chriſtum per humanam aſſumptionem exiſtere, non duabus naturis, ſed ſolam in eo diuinam naturam manere. Theodorus dixit, alium eſſe Deum, uerbum, & alium eſſe Chriſtum, & Mariam non Dei matrem eſſe. Macharius uerò Antiochenus epiſcopus, dixit, unam uoluntatem Dei & operationem in Chriſto eſſe. Agatho papa obijt 4 idus Ianuarij.

| Anni Chr. | Anni Con. | |
|---|---|---|
| 677 | 9 | ¶Leo, papa octogeſimus primus pòſt Petrum, ſedit menſibus undecim, & obijt quinta nonis Iulij: & ceſſauit epiſcopatus menſibus undecim. Deinde, hoc tempore Leonis papæ, die decimaſexta menſis Aprilis, indictione 11, luna eclipſi pertulit poſt cœnam Domini, nocteque penè |

tota

tota in ſanguineo uultu elaborauit, donec poſt gallicantum cœpit paulatim delimpidare, & in ſuo reuerti.

| Anni Chr. | Anni Con. |
|---|---|

678 | 10 | Sanctus Beda presbyter, Anglicus computator, his temporibus clarus habetur.

679 | 11 | ¶ Benedictus, 82 poſt Petrum, ſedit annis 4, menſibus 9. Iſte ab ineunte ætate, in eccleſia militauit, paupertatis ſemper amator.

680 | 12 | Sancta uirgo Ediſdruda,
681 | 13 | filia Annæ regis Anglo-
682 | 14 | rum, cum magnificis tri-
683 | 15 | bus uiris fuit coniuncta: poſt 12 annos thorum incorrupta ſeruauit. Poſtea regina, accepto inſtruendum monaſterium loco, qui dicitur Ieilge, abbatiſſa & nutrix ſanctarum uirginum uirgo cõſecratur. Cuius caro poſt ſedecim annos ſepulturæ, & ueſtis, qua inuoluta erat, incorrupta reperitur.

684 | 16 | Cyclus decennoualis 9 incipit. Benedictus papa obijt, 8 idus Maij, & ſepultus eſt apud beatum Petrum apoſtolum.

685 | 17 | ¶ Iohannes, papa 83 poſt Petrum, ſedit anno 1, menſe 1. Huius tempore regnauit Iuſtinianus minor, mortuo patre, in initio menſis Septembris, indictione 14. Iohannes papa obijt 4 nonis Auguſti.

IVSTINIANVS, II.

Romanorum 69, Iuſtinianus minor, filius Conſtantini, annis 10.

| Anni Chr. | Anni Iuſti. |
|---|---|

686 | 1 | ¶ Conon, papa 84 poſt Petrum, ſedit anno 1, menſibus 11.

687 | 2 | Sanctus Kilianus Scotus, de Hibernia inſula natus, Virtziburgenſis epiſcopus, clarus habetur. Conon papa obijt 21 die Septembris.

688 | 3 | ¶ Sergius, papa 85 poſt Petrum, ſedit annis 11 & menſibus 9. Pipinus, filius Anſgiſi, Arnolphi filij, Illius Arnolphi, qui poſtea Epiſcopus Metis fuerat, regit Francos annis 27 & dimidio.

| Anni Chr. | Anni Iuſti. |
|---|---|

689 | 4 | Iuſtinianus imperator cõ-
690 | 5 | ſtituit pacem cum Saracenis decennio terra mariq́; ſed & prouincia Aphrica ſubiugata eſt Romano imperio, quæ erat detenta à Saracenis. Ipſa quoq; Carthagine ab eis capta & deſtructa.

691 | 6 | Sergius papa conſtituit, ut tempore cõfractionis dominici corporis, Agnus Dei, à clero cantaretur.

692 | 7 | Iuſtinianus Sergium papam, qui erraticè ſua ſynodo quã Conſtantinopoli fecerat, ſubſcribere noluiſſet, miſſo Zachario protoſpatario ſuo, iuſſit Conſtantinopolim deportari: ſed præueniens militia Rauennatis urbis, aliarumq́; partium, iuſſa principis nephanda, & eundem Zachariam, contumelijs & iniurijs ab urbe Roma pepulit.

693 | 8 | Idem papa Sergius ordi-
694 | 9 | nauit uenerabilem uirum Vilibrordũ, cognomine Clementem, Phryſonum genti epiſcopum: in qua uſq; hodie pro ęterna patria deſedans, peregrinus multis uirtutibus claruit.

695 | 10 | Iuſtinianus ob culpã perfidiæ, regni gloria priuatus, exul ſeceſſit in Pontum.

LEO, III.

Romanorum 70, Leo regnauit annis tribus.

| Anni Chr. | Anni Leo. |
|---|---|

696 | 1 | Papa Sergius in ſacrario beati Petri, reperit capſam argenteam quæ in angulo obſcuriſſimo diutiſſimè iacuerat, & in ea crucem diuerſis ac pretioſis lapidibus adornatam, Domino reuelante reperit: de qua tractis quatuor petallis, quibus gemmæ incluſæ erant, miræ magnitudinis portionem ligni ſalutiferi dominicæ crucis interius repoſitam inſpexit. Quæ ex tempore illo annis omnibus in baſilica Saluatoris, quæ appellatur Conſtantiana, die exaltationis eius ab omni multitudine deuotè oſculatur atq; adoratur.

697

| Anni Chr. | Anni Leo. | |
|---|---|---|
| 697 | 2 | Cudbertus antiſtes Lindiſarnẽſis in Britãnia, miraculis claret. |
| 698 | 3 | Tiberius contra Leonem inſurgens, regnum eius inuaſit, eumq́; q̃diu ipſe regnauit, in carcere tenuit. |

TIBERIVS II.

Romanorum 71, Tiberius regnauit annis ſeptem.

| Anni Chr. | Anni Tib. | |
|---|---|---|
| 699 | 1 | Synodus Aquilegiæ facta |
| 700 | 2 | ob imperitiã, 5 cõcilium uniuerſale ſuſcipere diffidit, donec beati Sergij monitis inſtructa, & ipſa cũ cæteris Dei eccleſiis annuere cõſentit. |
| 701 | 3 | Sergius papa obijt 5 die idus Septembris, indictione 14. |
| 702 | 4 | ¶ Iohannes, papa 86 poſt Petrum, ſedit annis 3, menſibus 3. Cyclus decennoualis 10, incipit indict. 1. |
| 703 | 5 | Beda in libro de Temporibus, in anno 9 eũ condidit, & ita perhibet: Si uis noſſe quot ſint anni ab incarnatione Domini, iuxta Dionyſiũ, ſcito quot fuerint ordines indictionũ, utpote in præſenti anno 5, Tiberij 46. Hos multiplica per 15 fiunt 690, adde ſemper regulares 12, quia 4 indictione, ſecundum Dionyſium, natus eſt Dominus, & indictionẽ anni illius cuiuſcũq; uoluminis, utpote in præſente 1 fiunt 603. iſti ſunt anni Domini, iuxta Dio. |
| 704 | 6 | Giſulphus dux Lõgobardorum Beneuenti Campaniã igne & captiuitate uaſtauit: quumq́; non eſſet qui eius impetu reſiſteret, papa Iohannes miſſis ad eum donarijs multis, uniuerſos captiuos redemit. Iohannes P. obijt, indict. 3. ſecũdũ geſta Pontificũ. |
| 705 | 7 | ¶ Iohannes, papa 87 poſt Petrum, ſedit annis 2, menſes 8, ipſe fecit oratoriũ ſanctæ Dei genitrici opere pulcherrimo, intra eccleſiã beati Petri. Herebertus rex Longobardorum reſtituit ea quæ ad ius apoſtolicæ ſedis pertinebant, hancq́; donationẽ aureis literis Romam direxit. Iuſtinianus imperator Leonem & Tiberiũ cum alijs qui eum expulerant, occidit: quem Iuſtinianum Leo in expulſione illius, detrũcarat: qui pòſt iterum aſſumpto imperio, quoties defluẽtem guttam rheumatis manu deterſit, toties penè aliquẽ de ſuis contrarijs iugulare præcepit. |

IVSTINIANVS, II.

Romanorũ 72, Iuſtinianus regnanit 2 cũ Tiberio filio ſuo, annis 6.

| Anni Chr. | Anni Tib. | |
|---|---|---|
| 706 | 1 | Iuſtinianus auxilio Bulgarorum regnum recipiens, occidit eos, qui ſe expulerãt patritios, & Leonem qui locum eius uſurpauerat, necnõ & ſucceſſorem eius Tiberiũ, tempore Iohannis papæ, ſecundum geſta Pontificum: qui eum de regno eiectum, toto quo ipſe regnabat tempore, in eadem ciuitate, in cuſtodia tenuerat. Galliniũ uerò patriarchã erutis oculis miſit Romam, & dedit epiſcopatũ Tyro, qui erat abbas in Ponto, eumq́; alebat exulem. Iohannes papa obijt 15 calendis Nouembris, indictione 6. |
| 707 | 2 | ¶ Siſinnius, 88 poſt Petrũ, ſedit menſe 1. & obijt idus Nouẽbris. |
| 708 | 3 | ¶ Conſtantinus, 89 poſt Petrum, ſedit annis 7, menſe 1. |
| 709 | 4 | Iuſtinianus imperator pœnitentiam agens, Conſtantinũ papam ad ſe uenire iubẽs, honorificè ſuſcepit, ita ut die dominica miſſas ſibi facere iubens, cõmunionem de manu eius acceperit: quem proſtratus in terra, pro ſuis peccatis intercedere rogans, cũcta priuilegia renouauit. Qui quum exercitum mitteret in Pontum, prohibẽte papa, ad comprehendendum Philippicum, quẽ ibi reliquerat: conuerſus omnis exercitus ad partẽ Philippici, fecit eum ibidem imperatorẽ. Reuerſusq́; cum eo Conſtantinopolim, pugnauit cõtra Iuſtinianũ, 12 ab Vrbe milliario: occiſo Iuſtiniano Philippicus regnat. |
| 710 | 5 | Conſtãtinus papa iuſſu im- |
| 711 | 6 | per. Iuſtiniani, die 5 Octobris, indictione 9, egreſſus de Roma uenit Hidrontum, ubi hyemauit. Iuſtinianus imp. à Nicea Bithiniæ pręcepit papæ ut Nicomediã ueniret obuiam regi uenienti, ubi papa & rex ſimul conue |

nerunt. Papa de Nicomedia egreſſus 25 Octobris, Romam intrauit: deinde poſt mẽſes 3, audiuit ꝙ Philippicus Iuſtinianũ occidit. Hoc anno Hildebertus rex iuſtus migrauit ad Dominũ, regnauit annis 18. ſepultusq; eſt in Cauciato monaſterio in baſilica ſancti Stephani, regnauitq; Dagabertus puer filius eius pro eo 5 annis. Habebat igitur Grimoaldus Maior dom⁹, Pipini filius filiã Rabboconis ducis gentilis, in uxorem: qui quum Pipinum ægrotantem uolebat uiſitare, Leodio in baſilica ſancti Lamberti perẽptus eſt à Rantgario gentile. Thiecoaldum uerò in aula regis ſedere ſublimè conſtituunt.

### PHILIPPICVS.

Romanorum 73, Philippicus regnauit anno uno, menſibus ſex.

|712| 1 |Philippicus imperator eiecit Cyrum de epiſcopatu, eumq; ad gubernãdum abbatis iure monaſterium ſuum Pontum redire præcepit. Idem Conſtantino papa literas miſit praui dogmatis, quas ille cum apoſtolicæ ſedis concilio reſpuit. Et huius rei cauſa fecit picturas in porticu ſancti Petri, quæ acta 6 ſanctarum ſynodorum uniuerſaliũ continerent: nam & huiuſmodi picturas quum haberentur in urbe regia Philippic⁹ iuſſit auferri: ſtatuitq; populus Romanus, ne hæretici imperatoris nomẽ, aut chartas uel figuram ſolidi reciperent. Vnde nec eius effigies in eccleſia introducta eſt, necnon ad miſſam prolata.

|713| 2 |Contra hunc Anaſtaſius inſurgens, regno oculisq; priuauit.

### ANASTASIVS.

Romanorũ 74, Anaſtaſius regnauit annis tribus.

|714| 1 |Anaſtaſius imperator literas Conſtantino papa Romã per Scholaſticum patritium & hexarchum Italiæ direxit, quibus ſe fautorẽ catholicæ fidei, & ſancti Sixti concilij prædicatorem eſſe dixit. Conſtantinus papa obijt, 6 idus Ianuarij.

|715| 2 |¶ Gregorius, 90 poſt Petrum, ſedit annis 16, menſib. 8. qui Bonifacium Scotum ordinauit epiſcopũ Moguntinenſem, & per eum Germania uerbũ ſalutis audiuit. Gregorij tempore indictione 4. uiſa eſt luna cruẽta uſq; ad mediam noctem. Pipinus filius Anſgiſi, Anchiſæ Troiani nomine appellati, dux Francorum, poſt mortem Volfaldi ducis, partem Auſtriæ regebat, obtinuitq; regnum Francorũ per annos 27, cum regibus Ludouico, Hildeberto & Dagoberto. Anaſtaſii imp. anno 2 obijt. Carolus huius filius, qui & Maior domus, ex Adelheida, quam poſthabita priore cõiuge Biltrude, duxit uxorẽ: ſub honore maior domatus tenuit regnũ Frãcorum annis 27, uſq; ad filios ſuos Carlomãnum & Pipinũ. Luitprandus rex Longobardorũ donationẽ patrimonij alpium Cocciarũ, quam Erebertus rex fecerat, Gregorij monitione cõfirmauit. Egebertus Anglus, uir ſanctus, Scotos cõuertit, anno incarnationis 715, iuxta Dionyſium. Gregorius papa ſtatuit ut in quadrageſimali tempore ieiuniũ atq; miſſarum celebritas fieret. Dagobertus poſtquã regnauit annis 5, obijt. Franci Danahelem quẽdam clericum, regem faciunt, atq; Hilpricum uocant. Poſt mortem Pipini, Carolus à Biltrude nouerca incarceratus, liberatur Dei auxilio. Tunc exercitũ mouent iuxta Moſam contra Carolum etiã Phryſones duce Racbodone duce: Carol⁹ cęſus fuga diſceſſit.

|716| 2 |Raginfridus maior domus & Hilpricus rex fines Colonienſiũ & regiones ad Rhenũ uaſtant contra Carolũ, munerati à Biltrude reuertuntur.

### THEODOSIVS.

Romanorum 75, Theodoſius regnauit anno uno.

|717| 1 |Anaſtaſius Theodoſiũ imp. facit: qui apud Niceã uictus, 7000 militum amiſit, captus clericusq; factus. Theodoſius uerò catholicus, mox in regia urbe imaginẽ illam uenerãdam, in qua 6 ſynodi erant depictæ, & à Philippico fuerat deiecta, priſtino in loco erexit. Tiberis fluuius alueum ſuum egreſſus indictione 15, multa Romæ fecit exitia, ita ut in uia Latina ad unã & ſemis ſtaturam excreſceret, atque à

porta

porta ſancti Petri uſq; ad pontem Miluium, aquæ deſcendentes ſe coniungerent. Manſit autem diebus 7, donec agentibus litanias crebras ciuibus, demum die 8 reuertitur. Beda ſic: Multi de Britannia Anglorum Romam uenerunt, inter quos reuerendiſſimus abbas meus Ceolfridus annos natus 74, quum eſſet presbyter annis 47, abbas autem 35. ubi Lingonas peruenit, ibi defunctus, atq; in eccleſia Sanctorum geminorũ martyrum ſepultus eſt: qui inter alia donaria miſit eccleſiæ ſancti Petri Pentatheucũ à beato Hieronymo in Latinum ex Hebræo translatũ. Raginfridus & Hilpricus rex, in Vinciaco, dominica die illuceſcẽte 12 cal. Aprilis, in quadrageſima ante paſcha, cum Carolo pugnãtes, terga uertunt: quos Carolus fugientes cedendo perſequitur uſque ad ciuitatem Pariſienſium. His temporibus, Vinfridus, qui poſtea quum epiſcopus ordinaretur, Bonifacij nomen accepit, doctor catholicus, natione Anglus: primũ Romam, deinde cum authoritate Gregorij papæ, in Franciam, ad prædicandũ uerbum Dei uenit.

LEO, IIII.

ROmanorum 76, Leo, regnauit annis 9, & inde annis 15, uſq; ad Pipinum primũ Frãcorum imperatorẽ.

|Anni|Anni|
|Chr.|Leo.|

|718| 1 |Saraceni cũ immenſo exercitu Conſtãtinopolim uenientes, triennio ciuitatem obſidẽt, donec ciues multa inſtãtia orationum ad Dominũ clamauerũt: tunc multi Saraceni fame, frigore & peſte perierunt: eorum pars obſidionis abſcedit. Qui inde regreſſi, Bulgarorũ gentem quæ eſt ſuper Danubium, bello aggrediũtur: ſed ab hac uicti, refugiunt, ac naues repetũt ſuas: ſed quum altum maris peterent, ingruente ſubita tempeſtate, plurimi merſi ſunt: plurimæ etiam naues eorum merſæ & confractæ. Carolus uictor regrediens, Coloniam uenit, receptiſq; ab Hiltrude theſauris patris ſui, regẽ ſibi conſtituit Lothariũ, nomine non poteſtate. Hilpricus uerò & Raginfridus, auxilio Vdonis Aquitaneorum ducis inſtaurata rurſus acie, ſuperati fugantur à Carolo. Carolus ad Vdonem mittit, & Hilpricum, qui ad eum confugerat, per legatos recepit. Et eo tempore Lotharius mortuus eſt.

|Anni|Anni|
|Chr.|Leo.|

|719| 2 |Sanctus Bonifacius, à præſule ſedis apoſtolicæ Gregorio Moguntiacæ ciuitati, metropoli Germaniæ archiepiſcopo ordinatur, & legatus Germanicus Romanæ eccleſiæ in Franciã mittitur: qui prædicatione ſua multos Turingorũ populos, Heſſorum & Auſtraſionum, ad fidem rectam, à qua diu aberrauerãt, conuertit. Monaſteria ſexus utriuſq; primò inſtituit Germaniæ.

|720| 3 |Mortuo Hilprico, Nouiomago ciuitate ſepultus eſt. Regnauit annis 5 & dimidio. Franci uerò cum Carolo, qui & Maior domus, & Tiedericum Cala monaſterio enutritum, filium Dagaberti iunioris, regẽ ſuper ſe ſtatuũt, & annis 6 in regno ſubſtitit.

|721| 4 |Carolus Raginfridũ perſequens, Andegauis ciuitatem capit, poſtea ad Saxones uictor regreditur.

|722| 5 |Iuramentum ſancti Boni-
|723| 6 | facij in eccleſia ſancti Petri, coram papa Gregorio 2, Leonis imperatoris anno 6. ſed & Conſtantini filij eius. Iterũ Alemanni & Norici, pa-
|724| 7 |cis iura temerare nitũtur.

|725| 8 |Carolus tranſito Ligere Vdonem fugat, uaſtata & incenſa regione eius. Saraceni ab Vdone in auxilium uocati, cum rege ſuo Abdira Magaronnam Burdegalemq; perueniunt, cunctis locis uaſtatis & incẽſis, & eccleſiis igne crematis, & baſilicam ſancti Hilarij Pictauis incendunt. Carolus autem Saracenis cum manu ualidã occurrens, regẽ eorũ cum 375000 proſtrauit, & 1500 de exercitu Francorum tantùm occiſis deuictiſq; hoſtibus, cum triumpho regreditur. Hoc anno Beda computator, minorem librum Compoti componit, ipſo ita teſtante: Si uis noſſe per annos ſingulos

quot ſunt epactæ, ſume annos Domini iuxta Dionyſium, quot fuerunt: utputa, in præſenti octaua indictione, partire per nouemdecim decies nouies triceni quingenti ſeptuaginta, decies nouies octoni centum quinquagies dipondius, remanent tres: tolle triginta, remanent tres: iſti tres, ſunt tres epactæ præſentis anni.

| Anni Chr. | Anni Leo. | |
|---|---|---|
| 726 | 9 | |
| 727 | 10 | Epiſtola Gregorij papæ ſecundi, ad Bonifacium archiepiſcopum, data decimo calendis Decembris, imperatoris Leonis anno decimo, ſed & Conſtantini regni anno 9, indictione decima. |
| 728 | 11 | A Longobardis indictione undecima, peruaſum eſt Sutrinſe caſtellum, & quadraginta diebus poſſeſſum ab eis, donec Gregorij papæ continuis ſcriptis & donationibus dimiſerunt. Menſe Ianuarij duodecim plenis diebus ſtella, quæ Ancifer dicitur, apparuit in Occidua radians in Aquilone, & ad medium cœlum, tempore Gregorij papæ ſecundi. |

Hoc etiam anno Vdo dux moritur, & Carolus Aquitaniæ prouinciam, abſque bello recepit.

|729| 12 | Carolus nauali euectione regnum Phryſonum ingreditur, interfectiſq; quàm plurimis, Popponem ducem eorum interimit, ſubuerſiſq; lucis & phanis uictor cum præda magna reuertitur. Beda uenerabilis presbyter obijt ſecundo calendarum Iunij. Carolus Burgundiam petens, Arelatem, Lugdunum, & ciuitates reliquas, ſuæ ditioni ſubegit.

|730| 13 | Saraceni collecto exercitu Auenionem urbem capiunt, & circunquaſque regiones deuaſtant. Carolus hoc audito ſumptis armis Auinionem urbem obſidione uallat, inſtructiſq; machinis magniſq; copijs, magnam Saracenorum ſtragem effecit, hoc tempore.

|731| 14 | Gregorius papa ſecundus, obijt tertio idus Februarijs, indictione decimaquarta, Leone & Conſtantino imperantibus.

| Anni Chr. | Anni Leo. | |
|---|---|---|
| 732 | 15 | ¶ Gregorius tertius, papa nonageſimus primus poſt Petrum ſedit annis decem. Hic conſtituit in Miſſa, Quorum ſolennitas hodie: & reliqua, uſque, Largitor admitte, per Chriſtum dominum noſtrum. |
| 733 | 16 | Carolus Gothorum fines penetrans, Narbonam urbem obſidet rege Saracenorum, Achima intus incluſo. Saraceni autem audientes urbem obſeſſam, de Hiſpania armati ſuperueniunt: contra quos Carolus dimicans, regem cum populo uſque ad internecionem deleuit. Saraceni à Carolo in bello ſuperati, qui gladium effugere poterant, aſcenſis nauibus demerſi ſunt in mari. |
| 734 | 17 | Luitprandus rex Longobardorum audiẽs, quòd Saraceni depopulata Sardinia, etiam loca illa fœdarent, ubi oſſa ſancti Auguſtini epiſcopi, propter uaſtationem Barbarorum olim tranſlata, & honorificè fuerant recondita. Miſit ergo & dato pretio magno accepit, & tranſtulit ea in Ticinis, ibiq; cum debito tanto patri honore recondidit. Franci Carolo duce Saracenos proterunt, prædam magnam ducentes & captiuorum multitudinem. |
| 735 | 18 | Regionem Gothorum Carolus cum Francis ingreſſus, urbes famoſiſſimas Nemauſum, Acaten, & reliqua caſtella capit, deſtructis muris & mœnijs earum, uſque ad fundamenta. |
| 736 | 19 | |
| 737 | 20 | Carolus Saxones tributarios facit. |
| 738 | 21 | Carolus regionem Prouinciam ingreſſus, Maurontem ducem, qui dudum Saracenos per dolum inuitauerat, fugere omnino compulit. |
| 739 | 22 | Carolus Prouinciam totam, & cuncta eius maritima loca ſuæ ditioni ſubegit. |

740

| Anni Chr. | Anni Leo. | |
|---|---|---|
| 740 | 22 | Pax & quies regno Francorum per Carolum redditur ad tempus Gothis, ſuperatis Saxonibus, & Phryſonibus ſubactis, expulſis Saracenis, prouincialibus receptis. Cyclus decennoualis duodecimus, indictione nona. |
| 741 | 23 | Epiſtola Gregorij tertij ad Bonifacium Scotum, Moguntinum archiepiſcopum, data quarto calendis Nouembris, Leonis imperij anno uigeſimotertio, & Conſtantini filij eius uigeſimo, indictione octaua. Gregorius tertius papa, obijt quarto calendis Decembris, indictione decima. Carolus ſenior filius Pipini ſenioris, anno regni ſui uigeſimo ſeptimo moritur Pariſiis, & apud ſanctum Dionyſium ſepelitur. Cuius filij Carlomannus, & Pipinus, ſub obtentu Mardomacus, totius Franciæ regnum ſuſcipiunt, & inter ſe diuidunt. Leo imperator obijt, cui ſucceſſit Conſtantinus filius eius. |

¶ Hucuſque Beda presbyter, ultimus Chronographorum, Caſſiodori aliorumq́ꝫ temporibus præmiſſa conſcripſit. Hinc nullus Chronographus adnotatur uſq́ꝫ ad tempora Mariani Scothi, niſi quòd Eynhardus cancellarius Magni Caroli imperatoris, atque alij, geſta Temporum conſcripſerunt.

LIBRI SECVNDI FINIS.

# MARIANI SCOTI, HISTORIOGRAPHI SVI TEMPORIS CLARISSIMI, AC MONACHI FVLDENSIS, CHRONICORVM LIBER TERTIVS.

## PIPINVS.

ROMANORVM 77, Pipinus, filius Caroli primus Francorũ imperator, regnauit annis uigintiſeptem.

| Anni Chr. | Anni Pipi. |
|---|---|

742 | 1 | Zacharias, 92 papa poſt Petrum, ſedit annis 11. Pipinus & Carlomannus Hunoldum Aquitaniæ ducem imperio ſuo reſiſtentem ſuperatum, bello ad Vaſcones fugere compulerunt: ſimul & Alemannos, Theotaldo duce, rebellare tentantes, mira celeritate comprimunt.

743 | 2 | Sanctus Bonifacius Moguntinus archiepiſcopus clarus habetur. Epiſtola Zachariæ papæ ad Bonifacium Scotum Moguntinenſem archiepiſcopum, data calendis Aprilis, 24 anno regni Conſtantini, ſed imperij eius anno 2, indictione 11. Alia epiſtola Zachariæ papæ, ad Bonifacium archiepiſcopum data nonis Ianuarijs, anno imperij Conſtantini 6, indictione 15. Alia epiſtola eiuſdem ad Bonifacium archiepiſcopum, data calendis Maij, anno imperij Conſtantini 7, indictione 1. Alia epiſtola eiuſdem Zachariæ papæ ad Bonifacium, data 2 nonis Nouẽbris, anno imperij Conſtantini 11, indictione 5. Pipinus & Carlomannus Vdilonem ducem Bauarorum rebellare conantẽ bello ſuperant.

744 | 3 | Carlomannus cum Vdilone Bauarorum duce pacem fecit. His temporibus fundari cœptum eſt Fuldenſe cœnobium à ſancto Bonifacio, in ſolitudine Bothonia.

745 | 4 | Pipinus & Carlomannus ſimul Saxonum perfidiam ulciſcũtur, uaſtata eorũ regione, & caſtrum Ohſenburg capiunt. Carlomãnus rex frater imperatoris, cum fratre tractat ſeculum dimittere.

| Anni Chr. | Anni Pipi. |
|---|---|

746 | 5 | Carlomãnus Alamannos iterum res nouas molientes, nonnullis eorum interfectis compeſcuit. Sanctus Bonifacius archiepiſcopus cum authoritate ſedis apoſtolicę annuente Carlomanno rege, duas ſedes epiſcopales conſtituit, unam in caſtro Virzeburg ubi Burchardum collegam ſuum ordinauit epiſcopum Alcarum, in loco, qui uocatur Eyhſtad, cui Vilibaldus epiſcopus ordinatus eſt.

747 | 6 | Carlomãnus pergens Romam conſecratur à papa Zacharia, & In monte Soracte, apud eccleſiam ſancti Syluestri conſtructo monaſterio, cum fratribus ſecum ad hoc uenientibus, per aliquot annos perfruitur. Sed ob inſolentiam Francorum Romam uiſitantium, qui eum uelut dominum ſuum quondam pręterire nolebant, ad monaſterium ſancti Benedicti ſitum in caſtro Caſſino ſeceſſit, ubi poſtea regulariter uixit.

748 | 7 | Grypho fugit in Saxoniam, ob metum imperatoris Pipini.

749 | 8 | Grypho iterum de Saxonia reuertitur.

750 | 9 | Burchardus, primus epiſcopus Virzeburgenſis conſecratur, & ſedit annis nouem. Pipinus miſſa Romam legatione, Zachariã papam interrogat de regibus Francorum, ex antiqua Merouingorũ ſtirpe deſcendentium, qui Reges quidem dicebantur, ſed poteſtas regni tota apud Maiorem domus habebatur: excepto quòd chartæ & priuilegia regis nomine ſcri-

bebantur

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

bebantur: & ad Martis campum, qui rex dicebatur, plauſtrum bubus trahentibus uectus, atque in loco eminenti ſedens, ſemel in anno à populis uiſus, publica dona ſolenniter ſibi oblata ſuſcipiebat, ſtante coram Maiore domus, & quæ deinceps eo anno agenda eſſent, populis annunciante. Sicq; rege domum redeunte, cætera regni negocia Maior domus adminiſtrabat. Orat ergo ſibi decerni, quis eorum rex iuſtè dici debeat, & eſſe is qui ſecurus domi ſedeat, an ille qui curam totius regni & omnium negociorum moleſtiam perferat. Tunc Zacharias papa ex authoritate ſancti Petri apoſtoli, mandat populo Francorum, ut Pipinus, qui poteſtate regia utebatur, etiam nominis dignitate frueretur. Ita Hildricus rex, qui ultimus Merouingorum Francis imperabat, depoſitus, & in monaſterium miſſus eſt. Pipinus uerò in ciuitate Sueſſionum, à ſancto Bonifacio archiepiſcopo in regem unctus, regni honore ſublimatus eſt: & deinde ob id, poſt papam ſecundus habetur Moguntinus archiepiſcopus, uſque in hodiernum diem. Grypho frater Pipini, à comitibus fratris ſui occiſus eſt.

|Anni|Anni|
|Chr.|Pipi.|

|751| 10| Zacharias papa obijt idibus Martijs, indictione quinta.

|752| 11| ¶ Stephanus, nonageſimus ſecundus papa poſt Petrum, ſedit annis 5, menſe 1.

|753| 12| Stephanus papa & Carlomannus monachus frater Pipini Regis, uenerunt ad Pipinum in Franciam, petentes auxilium contra Haiſtulphum regem Longobardorum, à quo honorificè ſuſcepti ſunt. Papa etiam apud Pariſios, duos eius filios, Carolum ſcilicet, & Carlomannum unxit in reges.

|754| 14| Sanctus Bonifacius annuncians uerbum Dei in Phryſia, paſſus eſt cum alijs martyribus, nonis Iunij, anno epiſcopatus ſui trigeſimo ſexto. Pipinus imperator Italiam intrauit, & bellum contra Regem Longobardorum ſuſcepit. Quem paucorum dierum obſidione apud Ticinum compulit, & obſides dare, & erepta Romanis oppida reſtituere, atque caſtella, & ut reddita non repeterentur ſacramento fidem facere.

|Anni|Anni|
|Chr.|Pipi.|

|755| 15| Lullus poſt Bonifacium ſucceſſit in epiſcopatu, annis triginta & duobus.

|756| 16|

|757| 17| Organum primitus uenit in Franciam, miſſum Pipino Regi, à Conſtantino imperatore, de Græcia.

Haiſtulphus rex Longobardorum, in uenatione quadam equo lapſus, regnum cum uita perdidit. Stephanus papa obijt quinto calendis Maij, indictione decima. ¶ Huic ſucceſſit germanus eius, Paulus, tempore Leonis & Conſtantini imperatorum, ſedit annis decem, menſe uno.

|758| 18| Pipinus imperator Saxoniam cum exercitu ingreditur, & Saxonibus ſuperatis tributum impoſuit, ut trecentos equos ſingulis annis ſibi ſoluerent.

|759| 19|

|760| 20| Pipinus imperator Aquitaniam ingreditur, & Vaiſarium ducem ſuperans, eum ſacramento conſtrinxit.

|761| 21| Vaiſarius iuramēta mentitus, Pipino moleſtus efficitur, ferro & igne cuncta uaſtando Cabillonem uſque peruenit, Pipinumq; cum ſuis ſibi occurrere compulit.

|762| 22|

|763| 23|

|764| 24|

|765| 25| Taſſilo, qui fuit nepos Pipini, de exercitu Regis ſe ſubducens, ad Baioarios receſſit. Hoc anno Ruggandus, Metenſis Archiepiſcopus, corpora ſanctorum Naboris & Nazarij, de urbe Roma in Franciam tranſtulit. Corpus autem Sancti Nazarij, in monaſterio Lauriſſa conditum eſt.

| Anni | Anni |
|---|---|
| Chr. | Pipi. |
| 766 | 25 |

767 | 26 | Pipinus imperator finito Aquitanico bello, contra Vaifarium ducem Aquitaniæ, ab eo ſuſceptũ, per continuos 9 annos geſto, Turonis ad ſanctum Martinum, orationis cauſa, perrexit. ¶ Anteq̃ mortuus eſſet Paulus papa, ilicò Toco dux Nepeſinæ ciuitatis & Paſſinus & Paſchalis Germanum ſuum Conſtantinum laicum fecerunt papam, & comminando inuitè Georgio epiſcopo, compulerunt eum, orationem clericatus eidem Conſtãtino tribuii: ſicq; clericus factus eſt: & alia die ſecunda feria, ſubdiaconus & diaconus, illuceſcente die eodem, à prædicto epiſcopo factus, & dominica die ſequenti in baſilica ſancti Petri cum armata multitudine à Georgio Preneſtino epiſcopo, & Euſtadio Albanenſe, & Ciconato Portuenſe epiſcopis tribus, pontifex cõſecratus eſt: qui conſecrauit epiſcopos 8, presbyteros 8, diaconos 4. & reliqua: per annũ & menſem 1. Paulus papa obijt in æſtate, & ceſſauit epiſcopatus anno 1, menſe 1. quo Conſtãtinus laicus trãſgreſſor, apoſtolicæ ſedis inuaſor extitit. Idem Conſtantinus, 6 feria, menſe Iulio, depoſitus eſt. ¶ Stephanus papa electus eſt, & quæſiuit peritos epiſcopos à Pipino imperatore, qui iudicarent Conſtãtinum in ſynodo. Nuncij papæ uenerunt ad Carolum & Carlomannum, quia Pipinus interim obierat, & Conſtãtinus papa cæcatus eſt. Facto igitur concilio in baſilica ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti Romæ, iuxta Lateranũ combuſſerunt omnes ſacerdotes: Conſtantinum in medio presbyterij ipſius Eccleſiæ alapis eius ceruicem, prius cedere faciẽtes in eccleſia, ſicq; combuſtus eſt. Clerus uerò & populus & papa clamabant Kyrie eleiſon: & ſtatuerũt ut omnes conſecrationes eius irritè eſſent, præter chriſma & baptiſma. Rogauerat autem papa Conſtantinus Conſtãtinum & Leonem Auguſtos, deprecans eos per imperialem clemẽtiam, ut in ipſis Græciæ partibus Paulum papam exilio mancipatum retineri pręcepiſſent. Paulus papa obijt.

| Anni | Anni |
|---|---|
| Chr. | Pipi. |

768 | 27 | Pipinus imperator de ſancto Martino egreſſus, Pariſiis ad ſanctum Dionyſium uix perueniens, ibi morbo aquæ intercutis 9 calen. Octobris obijt, & ibidem ſepultus eſt.

## CAROLVS MAGNVS.

ROmanorũ 78, regnauit annis 46, menſibus quatuor, Carolus Magnus filius Pipini.

| Anni | Anni |
|---|---|
| Chr. | Car. |

769 | 1 | ¶ Stephanus, 93 papa poſt Petrum, ſedit annis 4.

770 | 2 | Mortuo Pipino rege, Frãci generali conuentu, totum regnum inter filios eius Carolum & Carlomannum ęquè diuiſerunt, Carolus partem patris eius Pipini. Carlomannus uerò partem patrui eius Carlomanni ſuſcepit. Carlomannus autem poſt adminiſtratum biennio regnum in uilla Salmoniaco obijt, 2 nonis Octobris, & Carolus in toto regno rex cõſtituitur. Stephanus papa obijt. ¶ Adrianus papa 94 poſt Petrum ſedit annis 23.

771 | 3 | In Oriente apud Meſopo
772 | 4 | tamiam diſrupta eſt ter
773 | 5 | ra ad duo milliaria, unde
774 | 6 | aſcendit humana uox ali
quid indicans. Carolus Hunoldo qui poſt mortem Vaifarij Aquitaniam inuaſit fugato, & Aquitania ſubiecta rogatu Adriani papæ in Italiam perrexit: ibi Deſiderium regem Longobardorũ longa obſidione fatigans, in deditionem ſuam ſuſcepit: filiumq; eius Adelgiſum, in quo omnes ſpem inclinabãt, ab Italia compellit, atq; Italiam totam ſubegit: & omnia à Longobardorum regibus erepta, tam Romanis quàm Adriano papæ reſtituit, & tunc primũ Romam peruenit ſabbato ſanctæ paſchæ. Interea Saxones in Heſſia Francorum terminos uaſtant. Erat autem ibi in loco, qui uocatur Fritilar baſilica

ſilica, quam ſanctus Bonifacius martyr olim dedicans prophetico ſpiritu nunquam cremandam eſſe prædixit. Cui quũ pagani toto niſu ignem ſupponere conarẽtur, diuino pauore perterriti, fugæ præſidium ſumunt. Duo nanq; iuuenes in ueſtibus albis baſilicam ab igne defendebãt, quos & Chriſtianis & quibuſdam Barbaris uidere diuinitus conceſſum eſt, unus tamen ex hoſtibus iuxta baſilicam flexis genibus accliuis, lignis & igni incumbẽs ſpecie plantis repertus eſt mortuus.

| Anni Chr. | Anni Car. | |
|---|---|---|
| 775 | 7 | Subiecta Italia Saxonicũ bellum, biennio ante Italicum incœptum, repetitum eſt, & per 33 annos permanſit. Quorum Saxonum Carolus 10000 hominum captiuorum cum uxoribus & paruulis per Galliam ac Germaniam diſperſit. |
| 776 | 8 | Carolus in Italiam profectus Rutgaudum interfecit, domuit, & Britones, qui in Occidente, ſuper littus Galliæ reſidebant. |
| 777 | 9 | |
| 778 | 10 | Saxones Vindibindo duce eorum ſuadente Francorum terminos uſque ad Rhenum fluuium, ferro & igne deuaſtant. |
| 779 | 11 | Carolus iterum in Saxoniam uadit. Sanctus Sturnus abbas primus Fuldenſis obijt. Cui ſucceſſit Baugolphus abbas. Cyclus decennoualis 14 incipit, indictione 2. |
| 780 | 12 | |
| 781 | 13 | Bertha regina obijt. |
| 782 | 14 | Carolus 2 Romam perrexit, ibiq; baptizatus eſt filius eius Carlomannus, quem Adrianus papa mutato nomine uocauit Pipinum. |
| 783 | 15 | Hildegart regina obijt 2 calendis Martij, uxor Caroli. |
| 784 | 16 | Carolus Faſtradam natio |
| 785 | 17 | ne Francã duxit uxorẽ. |
| 786 | 18 | Vittikind Saxo Actimaci ad fidẽ Caroli uenit, & baptizatus eſt, & Saxonia tota ſubiecta eſt. |
| 787 | 19 | Carolus pergit in Italiam & matrem ſuam Berthradam defunctam, in baſilica ſancti Dionyſii Pariſiis, iuxta patrem Pipinum humauit, cum magna gloria. Carolus tertiò Romam profectus eſt, & ſigna crucis in ueſtibus hominũ apparuerunt. Lullus archiepiſcopus Moguntinus obijt. Richolphus ordinatur in epiſcopum Moguntiæ 4 nonis Martij apud Fritiſlar. Sanguis è cœlo & de terra profluxit. |

| Anni Chr. | Anni Car. | |
|---|---|---|
| 788 | 20 | Carolus à Roma pergit in Beneuentum, ad ſanctum Benedictũ, & per Alamaniã uenit ad Baioariam. |
| 789 | 21 | Baioaria capta eſt, Taſſilo dux Baioariæ depoſitus eſt, multis de cauſis. Carolus Sclauos qui dicuntur Vilzi ſubegit. |
| 790 | 22 | Baſilica ſancti Bonifacij Fuldenſis monaſterij fundatur. |
| 791 | 23 | Carolus perrexit per Hannoniam. |
| 792 | 24 | Carolus Auaros ſubegit, & Hunnorum regnum uaſtat. |
| 793 | 25 | Coniuratio Pipini contra patrem ſuum Carolum. Qui conſilio detecto tonſuratur, & ſociorum eius alij decollantur, atq; alij ſuſpendũtur. |
| 794 | 26 | Hæreſis Feliciana in ſynodo apud Francofourt habita, damnatur. Faſtrada regina de genere Germanorum obijt, & apud ſanctum Albanum ſepelitur. Poſtquàm Carolus Liutgardam duxit Alamannam. |
| 795 | 26 | |
| 796 | 27 | Adrianus papa obijt in natiuitate Domini: quem uelut fratrẽ aut chariſſimum filium planxit Carolus, ſeptimo calendis Ianuarij. |
| 797 | 28 | ¶ Leo, 95 poſt Petrum, ſucceſſit annis 20, menſibus 6. |
| 798 | 29 | Romani Leonem papam litania maiore captum, excæcauerunt, & linguam eius radicitus abſciderũt: qui in cuſtodiam miſſus, noctu per murum euaſit, & ad legatos Caroli Virundum abbatem & Vinegiſum Spoletanorum ducem ueniens, Spoletum ductus eſt, & ad regem in Saxoniã, apud Paterbuniũ præſente Richolpho Moguntino archiepiſcopo, peruenit, à quibus ſummo |

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

bus ſummo honore ſuſceptus eſt. Cyclus decennoualis 15 incipit hoc anno, indictione ſexta.

|Anni|Anni|
|Chr.|Con,|

|799| 31|Carolus propter Leonis papæ cauſam Romã pergit, ibiq; hyemauit. Leo autem papa, poſtquàm de eo quæſtione habita in baſilica ſancti Petri Anilonem aſcendit, poſito ſuper caput ſuum euangelio, & coram omni populo, inuocato ſanctæ trinitatis nomine, iureiurando ab obiectis ſe criminibus purgauit. Carolus hoc tempore, à Romanis Auguſtus appellatus eſt. Anno 23 regni Caroli, fuit gelu magnum & amariſſimũ, quo pelagus Ponti uſq; ad cẽtum milliaria in
|800| 32| oriente, in glaciem uer
|801| 33| ſum eſt, habens cubitos à ſuperficie in profundum 50.

|802| 34|Carolus pontem 500 paſſuum lõgitudinis trans Rhenum Moguntiaci conſtruxit: tanta enim ibi eſt fluminis latitudo.

|803| 34|Leo p. uenit in Franciam.

|804| 35|Carolus filius Caroli imperatoris Boëmos uaſtat, Lechonem regem eorum occidens. Hoc anno monaſterium ſancti Albini dedicatur, indictione 12. Anno 35 regni Caroli in Oriente apud Thraciam quidã homo fodiens inuenit ſepulchrum homi
|805| 36| nis, in quo has literas
|806| 37| pariter inuenit: CHRIS-
|807| 38| TVS NASCITVR EX MA-
RIA VIRGINE, ET CREDO IN EVM, SVB CONSTANTINO ET IRENE IMPERATORIBVS (O SOL) ITERVM ME VIDEBIS.

|808| 39|Carolus religionem Chriſtianam, qua ab infantia fuit imbutus ſanctiſſimè, & cum ſumma pietate coluit, circa pauperes ſuſtentandos & eleemoſynam deuotiſſimus erat.

|809| 40|Carolus antequàm more
|810| 41| retur, quatuor annis febribus crebrò corripiebatur.

|811| 42|Carolus anno regni eius
|812| 43| in Francia 43, in Italia au
|813| 44| tem 36, imperij anno 11, indictione 4, theſauros & ueſtes cæteraq; omnia diuiſit per tres partes: quarum duas partes per 21 partẽ, totidem metropolitanis ciuitatibus, quæ in regno eius eſſe noſcuntur, partitus eſt: quorum nomina hæc ſunt,

Roma, 1
Rauenna, 2
Mediolanum, 3
Forum Iulij, 4
Gradus, 5
Moguntia, 6
Colonia, 7
Viuauum, quæ & Salzburg, 8
Treueris, 9
Senones, 10
Veſuntium, 11
Lugdunum, 12
Rothomagum, 13
Remis, 14
Areles, 15
Vienna, 16
Tarantaſia, 17
Ebrodunum, 18
Burdegala, 19
Turones, 20
Bituriges. 21

Vnuſquiſque autem metropolitanus epiſcopus unam partem ſuæ eccleſiæ, & duas ſuffraganeis ſuis dare debuit: tertia uerò pars, uel uſque ad obitum eius, uel uſq; dum uellet carere, in uſu quotidiano haberetur.

1 Cuius tunc prima pars, prædictis metropolitanis epiſcopis, ad eaſdem prædictas partes adderetur.
2 Altera, filijs & filiabus nepotibuſq;.
3 Tertia, pauperibus diſtribuatur.
4 Quarta, ſeruis & ancillis.

Precium librorum ſuorum, quorum magnã in bibliotheca ſua copiam habuit, pauperibus erogare præcepit.

|Anno|Anno|
|Chr.|Con.|

|814| 45|Pons apud Moguntiam, quem per decennium ingenti labore & mirabili de ligno opere Carolus cõſtruxit, anno uno antequàm obijt, tribus horis conflagrauit, ut nec haſtula de eo remãſerit. Pons prædictus apud Mogũtiam erat trans Rhenum, quem quia in eo latrones noctu hominibus

in Renum

in Rhenum proiectis rapiebant prædam, Richolphus archiepiſcopus Moguntinus comburi præcepit. Poſt eius mortem Haſtulfus ſucceſſit annis 11. Carolus circa calendas Nouembris habito generali conuentu, uocauit ad ſe de Aquitania Ludouicũ filium ſuum, & quum eum moneret, præcepit ei, ut die Dominico proprijs manibus ſuis de magno altari Aquiſgrani coronam imperij capiti ſuo ſuperponeret, qui donatis magnis muneribus Aquitaniam perrexit. Carolus autem quum Aquiſgrani hyemaret, menſe Ianuarij febre correptus eſt: in quo 5 calendis Februarij, hora diei 3, indictione 7, ætatis ſuæ anno 700 obijt: & ibidem Aquiſgrani eadem die in baſilica Saluatoris ſanctæq́ Dei genitricis, quam ipſe ex fundamentis erexit, ſepultus eſt.

LVDOVICVS.

ROmanorũ 79, Ludouicus regnauit annis 26, menſibus 11.

|Anni|Anni|
|Chr.|Lud.|

|815| 1 |Ludouicus imp. omnem iniuſtitiam regni ſui correxit. Baugulfus abbas Fuldenſis obijt, iuſſumq́ eſt, ut omnes monachi cantarent curſum ſancti Benedicti.

|816| 2 |Leo papa obijt.

|817| 3 |¶ Stephanus 96, poſt Petrum, ſedit annis 2, menſibus 7. Cyclus 17 decẽnoualis incipit, indictione 10. Stephanus papa obuiante Ludouico imperatore, in campo magno Remenſium, ſequẽti die dominico coram omni populo ante miſſam unxit eum in imperatorem, & auream coronam miræ pulchritudinis cum precioſiſſimis gemmis mirabiliter ornatã, de Roma ſecum portatã, impoſuit ſuper caput eius: aliamq́ coronam auream Irmingardæ reginę, uocans eam Auguſtam.

|818| 4 |Stephanus papa donatis magnis muneribus, & honeſto in itinere ſeruitio, ad Romam à rege dimiſſus, & non longè pòſt obijt.

|819| 5 |¶ Paſchalis, 97 papa poſt Petrum, ſedit annis ſeptem.

|820| 6 |Ludouicus imperator Britanniam ſubegit, ducem Marcomannum occidens: qui inde regrediens, Irmingarda Regina febre poſtea obijt.

|Anni|Anni|
|Chr.|Lud.|

|821| 7 |Ludouicus imperator Iudith filiam Velphi ducis Baioariæ reginam ſibi ſociauit, & in Ingelnheim uilla regia generale palatium habuit.

|822| 8 |Ludouicus Sclauos orientales uaſtat, eorum ducem Luduit fugans. Eigil Fuldenſis abbas obijt. Rabanus ſibi ſucceſſit.

|823| 9 |Ludouicus filio ſuo Lothario filiam Hugi comitis coniunxit, ex publico conſenſu.

|824| 10 |Ludouicus Lotharium fi-
|825| 11 |lium in Italiam direxit, indeq́ Francofort peruenit, ubi natalem Domini celebrauit. Paſchalis papa obijt. ¶ Eugenius, 98 papa poſt Petrum ſedit annis 3. Haiſtolfus Moguntinus archiepiſcopus obijt. Otgarius ſibi ſucceſſit. In territorio Tullenſe Commerciaco uilla, puella duodẽnis poſt ſacrã cõmunionem, quam in paſcha à ſacerdote acceperat, primò pane, deinde alijs communibus cibis & potibus ita abſtinuit, ut nulla penitus corporis alimenta percipiens, plenum triennium ſine omni uictus deſiderio compleuit: cœpit autem ieiunare anno Dominicę incarnationis 823. anno autem 825 circa Nouembrem menſem, eſcam ſumere, ac more cæterorum mortalium uiuere ipſa cœpit.

|826| 12 |Ludouicus imperator uaſtat Britanniam.

|827| 13 |

|828| 14 |Ludouicus imperator in ſuo Ingelnheim palatio, Harioldum regem Danorum de fonte baptiſmatis ſuſcepit, & uxorem eius regina Iudith eleuauit. Hiltumus oſſa ſancti Sebaſtiani martyris tranſtulit in Galliam. Corpora etiam ſanctorum martyrum Marcellini & Petri, menſe Nouembri, in Franciam allata ſunt. Veti Auguenſis monachus, in ſpiritu raptus, admirabilem uiſionem uidit. ¶ Eugenio papa defuncto Valentinus

99 poſt

99 poſt Petrum ſucceſſit,qui uixit 40 dies,& obijt. ¶ Gregorius, papa 100 poſt Petrum,ſedit annis 16.

|Anni|Anni|
|Chr.|Lud.|

|828| 15|Reliquiæ ſancti Marcellini martyris poſt paſcha,ad palatiū delatæ,& per eas ibi miracula facta ſunt.

|830| 16|Ludouicus imp. Vormatiæ Carolo filio ſuo & Iudith reginæ, terram Alamanicam & Rheticam & partem Burgundiæ dedit coram filijs ſuis Lothario, Ludouico & Pipino, qui tres germani inde ſunt indignati.

|831| 17|Iudith regina quaſi uiolata à duce Bernardo,imperatoris ſacro fonte baptiſmatis filio,à primatibus regni uelata eſt,& in monaſteriū miſſa. Fratres etiam reginæ,Conradū & Rodolphum tondentes,& in monaſteriū mittētes: quos in Noillo palatio ſuper flumen Valum,cum ueritate ſuperauit rex,& reginā Aquis obuiam ei uenientem,iubente papa Gregorio accepit.

|832| 18|Bernardus dux in palatio Theodonis corā rege & filijs eius purgauit ſe, quum nullus uel armis eum culpabilem feciſſet.

|833| 19|Filij regis arripuerunt regnum,patrem dehonorantes.

|834| 20|Ludouicus imperator à filijs ſuis,ideſt Pipino,Ludouico & Lothario imperio,priuatur:obuiam ei uenientes cum Gregorio papa,in campo magno,qui eſt inter Argentoratum & Baſileam:tunc ſeparantes reginam ab eo,& mittentes eam in Italiam,in ciuitatem Tartunam, Pipinus in Aquitaniam,Ludouicus in Baioariam perrexit. Lotharius uerò patrē ad Compendium palatium,& inde Aquiſgrani duxit,& in cuſtodia incluſit, & ibi celebrauit natale Domini,patre adhuc incluſo. Poſt Epiphaniā Lotharius coniurauit contra patrem,& compellit patrem ſecum ire ad Compēdium:quos cum multitudine ſequutus eſt Ludouicus: & quum prope eſſet,fugit Lotharius:patrem uerò duxit Ludouicus ad ſedem regalem Aquiſgrani, & ibi pariter paſcha celebrauerunt.

|Anni|Anni|
|Chr.|Lud.|

|835| 21|Pipinus & Ludouicus patrem ſuum reſtituerunt in regnum.

|836| 22|Cyclus decennoualis in-
|837| 23| cipit,indictione 14.
|838| 24|Cōiuratio Lotarij iterum
|839| 25| ad Francofort,& conuerſum eſt regnū ad patrē eius. Paudo diaconus palatij lapſus eſt in Iudaiſmum.

|840| 26|Eclipſis ſolis facta eſt 3 nonis Maij,inter 8 & 9 horam diei, in uigilia Aſcenſionis Domini. Ludouicus imperator dum filium ſuum Lothariū trans Rhenum perſequeretur, morbo grauatur,& in naui per Meni fluuium deducitur,& uix Ingelhein perueniēs obijt 11 cal.Iunij,& inde menſe Martij in ciuitate Metis aſportatur,& in baſilica ſancti Arnolphi ſepelitur.

## LOTHARIVS.

Romanorum 80, Lotharius, regnauit annis quindecim.

|Anni|Anni|
|Chr.|Lot.|

|841| 1|Ludouicus & Carolus paterno regno priuati,apud Fontaniacū fratrem ſuum Lothariū bello uincunt; in quo prælio penè ad internecionem occiſi ſunt Franci, ubi & Adelbertus comes occiſus eſt.

|842| 2|Tres fratres,Lotharius, Carolus & Ludouicus regnum Francorum inter ſe diuiſerunt. Carolus occidentem à Britannico Oceano uſque ad Moram fluuium obtinuit. Ludouicus Orientem, ideſt omnem Germaniam,uſq; ad Rheni fluenta,& nonnullas ciuitates trans Rhenum,cum adiacentibus pagis,ob copiam uini. Lotharius uerò primogenitus & imperator, medium inter utroſq; regnum tenuit, totamq; prouinciam, & omnia regna Italiæ cum ipſa Roma obtinuit. Ab hoc Lothario, regnum Lothringum
|843| 3| hactenus nominatur.
|844| 4|¶ Sergius, 101 papa poſt
|845| 5| Petrum,ſedit annis 3. Lo
|846| 6| tharius imperator Regē Sclauorum Geſtimulum occidit.

|847| 7|Otgarius Moguntinus archiepiſcopus

Anni Chr. Anni Lot.

848 8 chiepiſcopus obijt. Ra-
849 9 banus abbas Fuldenſis ſi-
850 10 bi ſucceſſit. Hattho fit
851 11 abbas. Sergius papa ob-
852 12 ijt. ¶Huic ſucceſſit Leo, annis 8. Irmingardis coniux uxor Lotharij obijt: reliquit 3 filios, Ludouicũ, Lotharium & Carolum. Ludouicus filius Ludouici Pannoniam ſubegit, & Bohemos domum rediens cremauit.

853 13 Leo papa obijt cal. Aug.

854 14 ¶Huic ſucceſſit Iohanna, mulier, annis 2, menſibus 5, diebus 4.

855 15 Cyclus decẽnoualis 18 incipit, indictione 3. Lotharius imperator, conuocatis primoribus regni, imperium inter filios ſuos diuiſit. Ludouico quidam Italiã tradidit, eumq; imperatorẽ nomine ſuo appellare fecit: Lothario uerò regnũ, quod ex ſuo nomine uocatum eſt, cõceſſit. Carolo autem iuniori, ipſorum prouinciam mandauit. Qui ita diſponens, ſeculum reliquit, & in Prumiam monaſterium uenit, poſtquam habitum ſanctæ conuerſationis accepit monachorum, eodem anno 3 calendis Octobris obijt. Eo etiam anno Ludouicus rex cũ magno exercitu perrexit cõtra Ratzidum regem Maruhenſium.

## LOTHARIVS, II.

Romanorum 81, Ludouicus qui & Lotharius, regnauit annis 15.

Anni Chr. Anni Lud.

856 1 Rabanus archiepiſcopus Mogũtinus obijt, Carolus ei ſucceſſit.

857 2 ¶ Benedictus, 103 papa
858 3 poſt Petrum, ſedit annis
859 4 2, menſibus 6, diebus 6.

860 5 ¶Nicolaus, 104 poſt Petrum, ſedit annis 8, diebus 9.

861 6 Meginradus eremita martyrizatur.

862 7 Hatto abbas Fuldenſis eccleſiæ obijt.

863 8 Carolus Moguntinus archiepiſcopus obijt, cui Lutbertus ſucceſſit.

Anni Chr. Anni Lot.

864 9 Lotharius imperator quia
865 10 Tietburgam uxorem le-
866 11 gitimam recuſare uellet,
867 12 & quã exoſam habebat,
868 13 propter Valdradã ſuam concubinam, ſororem Guntheri Colonienſis archiepiſcopi: quam quum adoleſcens eſſet, in domo paterna, nimio diligebat amore. Fratres ergo reginæ hoc ad Nicolaũ papam Romam deducunt. Inde Nicolaus papa Arſenium epiſcopum apocriſiariũ & conſiliarium ſuum, uice ſua in Franciam anno iſto direxit: qui quum ueniſſet, conuocato conuentu epiſcoporum, antequàm protinus anathematis gladio feriretur, neceſſitate conſtrictus, Lotharius uellet nollet, reginam in matrimonium recepit: impoſito iuriſiurandi ſacramento, ne eam à ſe ſepararet, neq; ipſa uiuente aliam ſuper eam induceret. Sed poſtea, regina proiecta, & Valdrada pro ea inducta, annitentibus in hoc plurimùm Tietgaudo Treuerenſi archiepiſcopo, & Gunthero Coloniẽſi archiepiſcopo. Sanctus Nicolaus papa, 3 nonis Februarij, in purificatione beatæ Mariæ, Valdradam anathematis ſententia, ab omni conſortio ſanctæ eccleſiæ excommunicauit.

869 14 Cometa uiſa eſt manifeſtiſſimè hoc anno. In his etiam diebus à plurimis uiſus eſt canis Treueris, ſedere ſuper cathedram epiſcopalem. Sanctus Nicolaus papa obijt, octauo idus Decembris.

870 15 ¶Adrianus, 105 poſt Petrum, ſedit annis 2. Lotharius quum audiſſet mortẽ Nicolai papæ, miſit ad Adrianum papam, rogans, ut cum gratia eum ſuſciperet. Cui papa reſcribẽs, dixit, ſi ſe inuicem ab obiectis ſibi prædictis criminibus ſciret, ut ad appetitã ſancti Petri benedictionem perueniret: ſi culpabilem, ut condigna pœnitẽtiæ remedia ſuſciperet, nihilominus ſine dilatione ueniret. Qui quum Romam ueniſſet, ab Adriano papa honorificè ſuſceptus eſt. Qui quum à papa

interrogatus fuiſſet, ſi præcepta ſancti Nicolai, imò beati Petri, & iuſiurandũ dominici corporis obſeruaret, reſpondit, ſe ita obſeruaſſe omnia, ac ſi diuinitũs ſibi eſſent imperata. Quod etiam proceres ac optimates ſui, cum eo teſtificati ſunt. Cui papa dixit: Oportet te ergo (fili chariſſime) corpus Chriſti nobiſcum participare, ut per hanc participationem membris Chriſti, unde uidebaris abſciſſus, in corpore Chriſti inſeri merearis. Papa itaque celebrata miſſa, hora cõmunicationis accipiens corpus Chriſti in manibus ſuis, dixit Lothario: Si innoxius es à prædictis criminibus, remiſſio ſit tibi hæc communicatio: ſin autem, nequaquam ſumere præſumas: ne fortè ad iudicium & condemnationem tibi perueniat. Rex autem captus mente, obduratus pariter & obcæcatus, abſq; retractione communicauit. Deinde papa ad ſequaces & fautores regis dixit ſingulis: Si tu cum Rege tuo, in adulterio non communicaſti, hæc communio corporis Chriſti, ſit tibi in uitam æternam. Nullus autem in hoc ſcelere Regi cõſentiens qui communicauit, poſt annum uixit. Lotharius uerò imperator Roma egreſſus, morbo corripitur, & perueniens Placẽtiam obijt 6 idus Auguſti. Inde etiam in populo mortalitas maxima facta eſt. Cuius regnum Ludouicus & Carolus ſenior, duo fratres eius, in loco Marſana, iuxta Moſam, unà cũ proceribus & optimatibus ſuis, æquis partibus inter ſe diuiſerunt. Carolus ad Heriſtellung perrexit: cuius palatium ei acciderat.

LVDOVICVS, II.

Romanorum 82, Ludouicus filius Lotharij uel Ludouici, regnauit annis quatuor.

| Anni Chr. | Anni Lud. | |
|---|---|---|
| 871 | 1 | Adrianus papa obijt. ¶ Iohãnes, 106 papa poſt Petrum, ſedit annis 10, diebus 2. |
| 872 | 2 | |
| 873 | 3 | Ludouicus imperator Romam ueniens, ibiq; conuentum celebrans coram papa Iohanne, Adelgiſus dux Beneuẽtanus, Græcorum perſuaſionibus corruptus, contra Ludouicũ imperatorem manum eleuans, à ſenatu tyrannus atq; hoſtis reipublicæ proclamatur, & bellum contra eum decernitur. Ictu fulminis Vormatia comburitur, eodem anno. |
| 874 | 4 | Ludouicus imperator Cæſar Italiæ obijt, & Carolus ſenior, rex Italiæ & Galliæ Romam perrexit. Cyclus 19 decennoualis incipit, indict. 7. |

CAROLVS II.

Romanorum 83, Carolus, regnauit annis duobus.

| Anni Chr. | Anni Car. | |
|---|---|---|
| 875 | 1 | Carolus Romã perueniẽs datis Iohanni papæ magnis munerib. imperator factus eſt. Ludouicus autẽ frater Caroli apud Francofort palatiũ obijt 5 calendis Septẽbr. & ſepultus in monaſterio ſancti Nazarij Loreſſan. hic ex regina nomine Hemma, 3 filios habuit, ideſt Carlomannũ Arnoldi patrem, & Ludouicũ Carolumq; iuniorem poſtea imperatorem. Carolus autem ſenior audiens mortem fratris ſui, ad Aquis palatium uenit: & ibi paucis diebus moratus, ad Coloniã inde profectus eſt. Carlomannus uerò primogenitus, Ludouici fines Italiæ intrauit, quia Carolus ſenior inde receſſit. Carolus autem frater eius in Alamãnia morabatur. Porrò Ludouicus, qui ad obitũ fratris patris apud Francofort fuit, in principali ſede orientalis regni reſidebat. Qui quoq; Carolum ſeniorem, 8 idus Octob. bello in pago Meginẽſe, nomine Ripuaria, non longè ab Andirnachin caſtello, iuxta Renũ pugnãtẽ, ultra 50000 ſuperauit. Deinde tres fratres, in loco qui dicitur Salefelt, inter ſe regnum paternũ diuiſerunt. Carlomannus Boariam, Pannoniam, Carnutum & regna Sclauorum Bohemienſium. Ludouicus Orientalem Franciam, Turingiam, Saxoniam & Phryſiam, & partem Lotharij regni. Carolus Alemanniam, & aliquas ciuitates ex regno |

ex regno Lotharij tenuit.

|Anni|Anni|
|Chr.|Car.|
|876| 2 |Carolus imperator Romã ſecundò profectus eſt, & ab urbe Roma in Pragã reuerſus, Boſoni germano ſuo, Richildis reginæ filio, Irmingardam filiam Ludouici imp. cum maxima gloria uxorauit, deditq; ei Prouinciam: & corona capiti eius impoſita, regem eum iuſſit appellare. Et inde euolutis diebus paucis Papiam ingreditur: in qua quum rempub. diſponeret, repentè nunciatũ eſt ei, Carlomannum cum ingenti multitudine armatorum, Longobardorũ regnum introiſſe: qui mox pauore ſolutus, Ticinum Padumq; pertranſijt, & ſummo anniſu in Gallias repedare cõtendit: ſed prius quàm Alpium præminẽtia iuga, anguſtaq; itinera attingeret, ęgritudine tunditur, de qua protinus 2 nonis Octob. obijt: cuius corpus in feretro extra Italiam leuauerunt: ſed ob intolerabilem fœtorem eius, cõpulſi ſunt illud terræ mandare. poſt aliquot annos oſſa eius trãslata ſunt Pariſiis, & in monaſterio ſancti Dionyſii honorificè ſepulta.

LVDOVICVS, III.

Romanorum 83 (at ordine 84) Ludouicus, qui uocabatur Balbus, eo quòd impeditioris eſſet eloquij, Caroli filius, regnauit annis duobus.

|Anni|Anni|
|Chr.|Lud.|
|877| 3 |
|878| 2 |Ludouicus Balbus obijt, 3 filios relinquẽs, ideſt Ludouicum & Carlomãnum, ex puella nomine Anſgrad, interdicta à Carolo patre ſuo, qa ſine conſilio ſuo uxorauit eam, pater ſibi uxorem Adelheit coniunxit: quæ poſt mortem uiri genuit filium, aui nomine, ideſt Carolum. Eclipſis ſolis facta eſt, 4 calendis Nouembris.

CAROLVS, III.

Romanorũ 84, Carolus iunior, cũ diſtortis cruribus, regn. annis 10.

|879| 1 |
|880| 2 |Boſo germanus Caroli ſenioris occupare regnum nitens, à filijs Balbi perſequutus eſt & fugatus.

|Anni|Anni|
|Chr.|Car.|
|881| 3 |Carlomannus maior, rex Baioariæ, pater Arnoldi, obijt paralyſi 7 nonis April, ſepultusq; in Odingas, in Baioaria. Ludouicus frater eius poſſidens regnum ſuum, conceſſit Arnoldo Carantanũ, quod ei pater dederat.
|882| 4 |Carolus iunior ex Alamãnia egreſſus, Longobardorũ fines poſſidens, in paucis diebus totam Italiam accepit: & Romam perueniens, à papa Iohãne & ſenatu imperator factus eſt.
|883| 5 |Ludouicus rex, frater imp. obijt Francoforti 13 calen. Septembr. ſepultusq; eſt in cœnobio cum patre.
|884| 6 |Ludouicus filius Balbi obijt apud ſanctum Dionyſium, ubi & ſepultus eſt: cuius regnum frater eius Carlomannus accepit. Bertholfus Treuirorum epiſcopus obijt 4 idus Febr. Cui ſucceſſit Rabboto 6 idus Aprilis, qui Rubertum epiſcopum Metenſis eccleſiæ conſecrauit, 10 calend. Maij.
|885| 7 |¶ Marinus, 107 papa poſt Petrum, ſedit anno uno, menſibus 5.
|886| 8 |Carlomannus filius Balbi obijt, & ſepultus eſt apud ſanctum Dionyſium, cum fratre ſuo.
|887| 9 |¶ Agapitus, 108 poſt Petrum, ſedit anno 1. Carolus imp. corpore & animo cœpit ægrotare menſe Nouembri, circa tranſitum ſancti Martini: tunc tribunus ueniens, conuentũ conuocauit. Tunc cernẽtes optimates regni, imperatorem nõ ſolùm uiribus corporis, ſed etiam animi defeciſſe, Arnoldum Carlomãni filium, ultrò in regnum attrahunt, & ab imperatore ita intra triduũ deficiunt, ut cum ipſo uix aliquis remaneret, qui ei ſaltem officia humanitatis impenderet. Cibus enim & potus ex Liberti epiſcopi Moguntini ſumptibus præſtabatur. Cui ſupplicanti Arnoldus nõnullos in Alamãnia fiſcos conceſſit. Huius Caroli imp. anno 6. gens Danorũ, qui & Normanni uocantur, copioſa nimis claſſe oceanũ permeans, Francorũ ex improuiſo terminos occupauit, ac in ſabbato ſanctæ

paſchæ ciuitatem Nannetis combuſſerunt: & epiſcopum eius cum clero ſuo dum fontem ſacri baptiſmatis benediceretur, cum maxima multitudine populi trucidauerunt. Tulpiacum, Iuliacum, Aquis, Hindam, Stabulaus, Prumiam ac Nuimago, Regium caſtrum, deinde Coloniã, Bonnam, Metis, Treuerim, cum alijs quàm plurimis in Gallia ac Germania locis ferro & igni ad nihilum redegerũt. Magna igitur parte regni Francorum uaſtata, ab eis Carolus directo contra eos exercitu, arte cuiuſdã Franci ac ſolertia, nomine Otonis, qui erat dux belli, centum millia una die ex eis proſtrauit, & cæteros fuga elapſos, Francia excedere compulit. Agapitus papa obijt.

### ARNOLDVS.

Romanorum 85, Arnoldus Baioarius regnauit annis 12.

| Anni Chr. | Anni Arn. |
|---|---|

|888| 1 | Arnoldus compoſitis in Francia feliciter rebus, in Baioariã reuertitur. ¶ Adrianus papa ſedit anno 1 mẽſibus 4. Carolus imperator obijt 2 idus Iunij, & ſepultus in Augea inſula.

|889| 2 | Lutbertus epiſcopus Moguntinus obijt. Sanctus Sunderoldus ſibi ſucceſſit. Mortuo Carolo quędam pars populi Italici Berẽgarium filium Eberhardi, qui ducatum Foroiulianorum tenebat, regẽ ſibi ſtatuit: quidam uerò Vidonẽ filium Lamperti ducem Spoletanorum regia dignitate ſublimandum decernunt. Sed poſt tantas ſtrages inter eos factas, Vido uictor exiſtens, Berengarium regno expulit.

|890| 3 | ¶ Baſilius, ſedit annis 4.

|891| 4 | Nortmanni Vormaciam ciuitatem occiſis habitatoribus ſubuerterunt: ubi etiam Sunderoldus archiepiſcopus Moguntinenſis occiſus eſt, ſabbato, 6 calendis Iulij.

|892| 5 | Cyclus 20 decennoualis,

|893| 6 | indictione 11.

|894| 7 | ¶ Stephanus ſedit annis 6. Arnoldus rex cum ualida manu & forti exercitu Lõgobardorum terminos intrauit, & uſque Placẽtiam peruenit: inde conuerſus, per Alpes Penninas Galliam intrauit, & uſq; ſanctum Maurum peruenit. Prælium magnũ factũ eſt inter Bauaros & Vngaros.

| Anni Chr. | Anni Arn. |
|---|---|

|895| 8 | Vido qui nomine imperatoris Italiam regebat, obijt. Lampertus filius eius, regnum obtinens, diadema imperij à papa ſibi fecit imponi. Synodus 96 epiſcoporũ cum abbatibus probatiſq; multis clericis Tribuas in monaſterio reſidẽtes, contra pleroſq; ſeculares, qui epiſcopalem authoritatem minuere tentauerunt, plurima decreta ſuper ſtatum ſanctę eccleſię ſcripta roborauerunt. ¶ Formoſus papa ſedit annis 5, mẽſibus 6. Arnoldus rex Vormatiam uenit, ibiq; omnibus optimatibus regni ſui ſibi occurrentibus, conuentũ publicũ celebrauit. In quo omnibus collaudantibus Kindiboldũ filium ſuum regno Lotharij præfecit.

|896| 9 | Deinde ſecundò Arnoldus Italiam ingreſſus, Romam peruenit, & urbem cum conſenſu Formoſi papæ armis cepit, quod retrò antè, natiuitatis Domini tempore, ſemel fecerat. Mater autem ducis Lamperti, quæ ad prælium à filio relicta fuerat, cum ſuis latẽter aufugit. Arnoldus uerò urbem ingreſſus, cum magno honore à Formoſo papa ſuſceptus, & ante confeſſionẽ ſancti Petri, imperator factus eſt. Eodem anno Lampertus, nomine imperatoris, obijt: & Ludouicus filius Boſonis, fratris Caroli ſenioris, à Longobardis inuitatus, à Prouincia egreſſus, Italiam intrauit.

|897| 10 | Kindiboldus hortatu Arnoldi patris ſui, Oddonis comitis filiam, nomine Hidam, poſt paſcha, ſibi uxorem ſociauit.

|898| 11 | In Italia inter Ludouicũ filium Boſonis & Berengarium multa certamina ſunt geſta.

|899| 12 | Vngari Italiam multum uaſtant. Hoc etiam anno Arnoldus imperator obijt, tertio calendis Decembris, ſepultuſq; eſt Modingas, ubi & pater eius iacet.

Roma-

## LVDOVICVS.

ROmanorum 86, Ludouicus filius Arnoldi, regnauit annis 12.

|Anni|Anni|
|Chr.|Lud.|

|900| 1 |¶Bonifacius ſedit diebus 15. Ludouicum filium Arnoldi, 2 nonis Febr. anno ætatis ſuæ 7, quem ex legitimo matrimonio Arnoldus genuit, proceros & optimates regem ſuper ſe conſtituūt, & coronatum regijs & ornamentis indutum, ad Forachim congregati in unum, in faſtigio regni eleuāt. ¶Stephanus papa, ſedit an. 1.

|901| 2 |¶Romanus, ſedit mēſib. 4. Kindiboldus filius Arnoldi necatur.

|902| 3 |¶Theodorus, diebus 20. ¶Iohannes ſedit annis 2. Stephanus comes frater Valonis, quum in ſeceſſu reſidens, nocturnis horis aluum purgaret, ſagitta per feneſtram percutitnr.

|903| 4 |¶Benedictus ſedit annis
|904| 5 | menſibus 5. Sclaui uaſtauerunt Saxoniam. Foccho Remorum archiepiſcopus, à quodam ſatellite Balduini comitis nomine Vimmaro, occiſus eſt: cui ſucceſſit Henricus, qui cū multis alijs epiſcopis, eundem Vimmarum pro tanto ſcelere, perpetuo anathemate excommunicauit.

|905| 6 |Ludouicus filius Boſonis qui ſortitus fuerat nomen imperatoris Berengariū de Italia expellens, totum illud regnū poſſedit: qui de ſecuritate præſumēs, abſoluto exercitu, cum paucis Veronam ingreſſus eſt, adhortante Adalhardo, prædictæ ciuitatis epiſcopo. Quod quum ciues cum ſumma feſtinatione Berēgario, qui tunc in Baoria exulabat, nunciaſſent, promittētes, & portas ciuitatis ſibi aperire pronunciantes, Ludouicū regno oculiſq; Berengarius, priuans regnum Italiæ obtinuit. Eodem anno Cōradus comes pater Conradi imp. 3 cal. Martij bello occiditur in Heſſia, in loco qui dicitur Friteslar, ab Adelberto comite. Eodē anno, menſe Iulio, Ludouicus rex cōuentum generalem celebrauit apud Triburas uilla regia, & in caſtro quod Teraſſo dicitur, obſidione cinxit Adelbertū & decollauit 5 idus Decembris.

|Anni|Anni|
|Chr.|Lud.|

|906| 7 |¶Leo, ſedit dies 57.

|907| 8 |¶Chriſtophorus, ſedit 4 menſibus. Hic fuit cardinalis titulo Damaſi, & 4 menſibus electus, poſtea monachus factus eſt. Baioarij ab Vngaris interficiuntur.

|908| 9 |¶Sergius, ſedit annis 7, menſibus 3, diebus 15. Vngari Saxoniam & Turingiam uaſtant. Lupoldus dux occiſus eſt ab Vngaris. Burchardus quoq; dux Turingorū ab eiſdem occiſus eſt. Adelbertus comes perfidia Hattonis Moguntini epiſcopi & cuiuſdam Lupoldi deceptus, Ludouico imperatore iubente decollatur hoc modo: Quum bellum eſſet inter Conradum, Conradi regis patrem, & Adelbertum Henrici regis patrem, primū interfectus eſt frater Adelberti, poſtea in ultionem fratris Cōradus quoq; occiſus eſt ab Adelberto, nec ullus regum tam ingens bellum inter eminentes uiros ſedare potuit. Poſtremò epiſcopus Hatto mittitur à rege ad ſedandam tam ingentē diſcordiam. Qui ingreſſus ciuitatem Adelberti, ſub iureiurando ſpopondit, aut ei pacem cum rege facturum, aut incolumē eum loco ſuo reſtituturum. His pactis conſentiens Adelbertus fidei gratia & amicitiæ, rogauit pontificem, ut dignaretur aliquid guſtare. Quo negante illicò egreſſus eſt urbem: Quumq; pertranſiſſent oppidum cum omni comitatu fertur epiſcopus dixiſſe, Sæpius petit, qui oblata ſpernit: tædet me longioris uiæ, tardiorisq; horæ: iam ieiuni tota die non poſſumus ambulare. Lętus Adelbertus inclinatur ad genua epiſcopi, ut guſtandi gratia reuerterentur in urbem, depoſcit. Pontifex in urbē reuerſus, cum Adelberto liberatur à lege iuramenti, ut ſibi uidebaī, eo quòd incolumem eum loco ſuo reſtituiſſet: deinde regi Ludouico à pontifice præſentatus, accepit capitalem ſentētiam.

|909| 10 |Vngari Alamāniā uaſtāt.

|910| 11 |Bellum maximum Fran-

corum cūm Vngaris.

|911| 12 |Lodouicus rex obijt,pro quo Conradus, filius Conradi illius, quem Adelbertus Babembergēſis occidit,in regem eleuatur.

CONRADVS.

ROmanorum 87,Conradus regnauit annis ſeptem.

|Anni|Anni|
|Chr.|Cōr.|

|912| 1 |Cyclus 21 decēnoualis incipit,indictione 15.Hattho Moguntinus archiepiſcopus obijt: cui ſucceſſit Hurgerus.

|913| 2 |Vngari Alamanniam uaſtant,ſed à Baioarijs & Alamannis maxima cæde ſternuntur.

|914| 3 |

|915| 4 |¶ Anaſtaſius papa annis ſedit 2,& totidem menſibus. Vngari totam Alamanniā igne & gladio Turingiā uaſtant,uenientes uſq; Fuldam.

|916| 5 |

|917| 6 |¶ Lando ſedit menſib.4. Vngari per Alamanniam in Alſatiam & uſque ad fines regni Lotharij uaſtando uenerunt.

|918| 7 |¶ Iohānes ſedit annis 14, menſibus 2,diebus 3.Conradus rex obijt 10 calendis Ianuarij,ſepultusq; eſt in Fulda monaſterio,iuxta altare ſanctę crucis.Baſilea ab Vngaris deſtruit.

HENRICVS.

ROmanorum 88,Henricus comes rex effectus regnauit annis 17.

|Anni|Anni|
|Chr.|Hen.|

|919| 1 |

|920| 2 |

|921| 3 |

|922| 4 |

|923| 5 |Precioſiſſimus theſaurus ſanguinis Domini uenit in Augiam 6 idus Nouembr. Fortè ille ſanguis qui de imagine Chriſti confluxerat cum In Berito,ciuitate à Iudæis patiebatur eadē quę & Dominus paſſus eſt ab eis.

|924| 6 |

|925| 7 |

|926| 8 |Vngari totam Franciam, Alſatiam, Galliam, & Alamanniam, igne & gladio uaſtant.

|Anni|Anni|
|Chr.|Cōr.|

|927| 9 |Herigerus archiepiſcopus Moguntinenſis obijt,calend.Septembris. Cui ſucceſſit Hildebertus abbas Fuldenſis:cui ſucceſſit Hademarus 13 ad Fuldam prior.

|928| 10 |

|929| 11 |

|930| 22 |Cyclus decēnoualis 22 incipit,indictione 4. Henricus rex regē Obricorum & Nortmannorum efficit Chriſtianos.

|931| 13 |Iohānes papa obijt.¶Leo ſucceſſit ei menſibus 7,diebus 15.

|932| 14 |Leo papa obijt.

|933| 15 |¶Stephanus ſedit annis 2 menſe 1,diebus 12.

|934| 16 |Vngari ab exercitu regis Henrici,occiſi ſunt,& multi quoq; ex ipſis comprehenſi ſunt.

|935| 17 |¶Leo an.3,men.6,di.10.

|936| 18 |Hildebertus Magūtinenſis archiepiſcopus obijt: cui ſucceſſit Fridericus.Henricus rex obijt, 4 nonis Iulij:& Otto filius eius in regnum conſtituitur.

OTTO.

ROmanorum 89, Otto regnauit annis 36, menſibus 10.

|Anni|Anni|
|Chr.|Ott.|

|937| 1 |Monaſteria ſanctorū Scotorum,ſancti Galli & ſancti Bonifacij igne conſumuntur. Vngari per Orientales Francos & Alemāniam multis ciuitatibus igne & gladio conſumptis, iuxta Vormatiam Rheno tranſito uſque ad mare Oceanum, regnū Galliæ deuaſtauerunt,& per Italiā redierunt.

|938| 2 |¶Stephanus ſedit annis 3 menſibus 3,diebus 15.Otto ſibi de Boarijs reſiſtentib.redijt.Frater eius Henricus comprehēſus eſt ab Eberhardo. Illo autem liberato Eberhardum miſit in exilium,atq; iterum Boarios inuaſit cū exercitu,omnesq; ſibi ſubdidit,niſi tantùm unum Arnolphi filium. Interim maxima pare Vngarorum à Saxonibus occiſa eſt.

| Anni Chr. | Anni Ott. |
|---|---|

939 | 3 | Otto in Lothoringos iuit uſque ad Capri montem. Interea Ludouicus rex Galliæ inuaſit Alſatiam. Tunc Otto reuertens uenit ad Briſaciam, & obſedit eã, & Ludouicus rex diſceſſit. Iterum Eberhardus dux occiſus, & Gilbertus etiam dux in Rheno ſubmerſus.

940 | 4 |

941 | 5 | ¶ Marinus ſedit annis 3, menſibus 6, diebus 14.

942 | 6 |

943 | 7 |

944 | 8 | ¶ Agapitus ſedit annis 10 menſibus 6, diebus 10.

945 | 9 | Otto dux obijt, cui ſucceſſit Conradus. Otto rex in Lothoringos cum exercitu iuit, & omnes ſubiugauit imperio ſuo: ſed Metenſis epiſcopus reſiſtebat. Henricus uerò frater regis, proiectis armis uenit ad eum.

946 | 10 |

947 | 11 |

948 | 12 |

949 | 13 |

950 | 14 | Cyclus 23 decẽnoualis incipit, indictione 8. Berengarius rex apud Auguſtã in conuentu Ottonis ad dedicationem uenit. Inde cum regina coniuge eius, Villa nomine, ad caſtellum Babemberg deductus, extremam clauſit horam: & draco uiſus eſt.

951 | 15 |

952 | 16 | Per loca Germaniæ Gallięq; plurima, terręmotus magni facti.

953 | 17 | Moguntia ciuitas ab Ottone rege obſeſſa eſt.

954 | 18 | Guilielmus filius Ottonis ſic: Anno Dominicæ incarnationis 954, indictione 12, beatæ memoriæ dominus Fredericus, ſanctæ Moguntiacenſis eccleſiæ archiepiſcopus, 8 calendis Nouembris obijt. Eodem uerò anno, ego Guilielmus tantę ſucceſſionis indignus, loco eius cum conſenſu cleri & populi eiuſdem ſanctæ ſedis, 16 calẽdis Ianuarijs, ipſoq; die pacem inter Regem Ottonem & filium eius Luttolphum facta, in loco Aranſtedi, ſum electus: & in die 9 calendis Ianuarijs Moguntiæ ordinatus. Hæc dixit Guilielmus epiſcopus filius Ottonis imperatoris. ¶ Iohannes ſedit annis 7, menſibus 11. Luttolphus dux Ottoni regi patri ſuo rebellat.

| Anni Chr. | Anni Ott. |
|---|---|

955 | 19 | Vngari Noricam, Franciam, Italiamq; petunt.

956 | 20 | Vngari totam Baoariam depopulantes iuxta Auguſtã Alamanniæ urbem ab Ottone rege pugna uicti, immenſa cæde necantur. Luttolphus Adelbertum bello uicit, & ipſe eodem anno moritur. Hademarus abbas Fuldenſis, qui monaſterium Fulda, magnifico opere conſtruxit, obijt: cui ſucceſſit Hatto filius ſororis ſuæ.

957 | 21 |

958 | 22 |

959 | 23 |

960 | 24 | Cruces in ueſtib. apparẽt.

961 | 25 | Otto rex Romam ueniens, imperator efficitur à Iohãne papa.

962 | 26 | ¶ Leo anno 1, menſib. 4.

963 | 27 | Romanus rex Gręc. obijt.

964 | 28 | ¶ Benedictus mẽ. 2, die. 5.

965 | 29 | ¶ Iohannes ſedit annis 9.

966 | 30 | Otto filius Ottonis imperator, à Iohanne papa ante altare ſancti Petri cum patre ſuo coronatus eſt.

967 | 31 | Guilielmus epiſcop. Mo-

968 | 32 | gũtinus obijt, & apud ſanctum Albanũ ſepelitur: cui Hatto abbas Fuldẽſis ſucceſſit. Nicephorus rex Gręcorum & ſenex, quum timuiſſet à filijs ſuis proijci uoluit caſtrare eos: tũc mater eorũ, neſciẽs aliter eos liberare, ſuaſit Iohãni regem occidere & imperare. Iohannes itaq; clam in palatiũ intrauit, regemq; occidit, & imperauit.

969 | 33 | Cyclus 24, indictione 12.

970 | 34 | Hatto epiſcopus Moguntinus obijt: ei ſucceſſit Rubbertus.

971 | 35 | Signum quoddam igneum apparuit in cœlo.

972 | 36 | ¶ Benedictus papa ſedit anno uno, menſibus ſex.

973 | 37 | Otto imperator obijt nonis Maij, & ſepultus Magdeburgi.

OTTO.

ROmanorũ 90, Otto regnauit annis 10, menſibus 7.

| Anni Chr. | Anni Ott. | |
|---|---|---|
| 974 | 1 | ¶ Bonus papa ſex annis menſibus, ceſſauit diebus 10. |
| 975 | 2 | ¶ Bonifacius papa ſedit menſibus 5, diebus 12. Otto imperator obijt nonis Maij. Sanctus Vdalricus migrauit ad Dominum, 4 nonis Iulij, anno epiſcopatus ſui 50. Ebergerus archiepiſcopus Colonienſis immolauit Scotis in ſempiternũ, monaſteriũ ſancti Martini, in Colonia: quibus primùm primus abbas præerat, Minborinus Scotus annis 12. Hoc etiam anno Rupertus Dung, honeſtiſſ. archiepiſc. |
| 976 | 3 | ¶ Benedictus papa ſedit annis 10, menſibus 6, ceſſauit dieb. 20. Mogũtinus obijt, pro quo Villegiſus conſtituitur, qui in primis cœpit ædificare monaſterium ſancti Martini, qui etiam conſtruxit monaſterium ſancti Stephani, ibiq; ſepultus eſt. Reſtaurauit quoq; diuinum officium, in monte ſancti Diſibodi cum canonicis, quod Hatto prçceſſor eius, uel huius Ruperti archiepiſcopi deſtruxit, expulſis inde monachis. |
| 977 | 4 | |
| 978 | 5 | |
| 979 | 6 | |
| 980 | 7 | |
| 981 | 8 | |
| 982 | 9 | |
| 983 | 10 | Otto imperator apud Calabriam, occiſo à Grçcis exercitu eius, de naui exiliens natando aufugit. Otto imperator Romæ 6, idus Decemb. moritur, ibiq; ſepelitur. Boppo epiſcopus Verzeburgenſis obijt. |

OTTO.

ROmanorum 91, Otto 3, filius ſecundi Ottonis admodũ puer, regnauit annis 18, & menſibus aliquot.

| Anni Chr. | Anni Oto. | |
|---|---|---|
| 984 | 1 | |
| 985 | 2 | ¶ Iohannes, ſedit menſ. 8. |
| 986 | 3 | ¶ Iohannes pa. menſib. 4. |
| 987 | 4 | Villegiſus archiepiſc. Moguntinenſis dedicauit eccleſiã in Turnilan, Vigero comite rogante. Qui Vigerus mox eandem eccleſiã, quæ etiã Dorlon nominatur, cũ omnibus quæ in eadem marchia habuit, poſt obitũ ſuum ſancto Martino & epiſcopo Moguntino contradidit. ¶ Iohannes papa ſedit annis 10, menſ. 10, diebus 12. & ceſſauit diebus 6. |
| 988 | 5 | |
| 989 | 6 | |
| 990 | 7 | |
| 991 | 8 | |
| 992 | 9 | |
| 993 | 10 | |
| 994 | 11 | |
| 995 | 12 | Sanctus Adelbertus epiſcopus de Praga, ciuitate Aprutis martyrio coronatur. Bernuardus epiſcopus Verzeberg obijt in inſula Eubœa, & ſepelitur in monaſterio, quod dicitur Politica. |
| 996 | 13 | |
| 997 | 14 | ¶ Gregorius papa ſedit |
| 998 | 15 | annis 2, menſibus 6. |
| 999 | 16 | Gregorius papa obijt. |

Hic iam cœpit milenarius primus.

| | | |
|---|---|---|
| 1000 | 17 | Sylueſter fit papa, hic ſedit annis 4, menſe 1, & diebus 8, & ceſ |
| 1001 | 18 | ſauit ſedes diebus 23. |
| 1002 | 19 | Otto 3 imperator in Italia obijt abſq; filijs, 5 calen. Februarij, cuius inteſtina Auguſtç, reliquum corpus Aquiſgrani ſepelitur. |

HENRICVS.

ROmanorũ 92. Henricus dux Bauariæ, Babembergenſis rex effectus, apud Moguntiam conſecratus à Villigiſo archiepiſcopo, regnauit annis 23, menſibus 5.

| | | |
|---|---|---|
| 1003 | 1 | Sylueſter obijt. ¶ Huic ſucceſſit Iohannes menſib. 5, dieb. 15. |
| 1004 | 2 | ¶ Iohãnes fit papa annis 5. Genricus rex Italiam, Bohemiam, & Boliſlaum ducem cum omni Sclauorum gente ſubiugauit. |
| 1005 | 3 | Epiſcopatum Babemb. |
| 1006 | 4 | à rege Henrico cõſtituitur, & Eberhardus ibi epiſc. ordinatur. Cyclus 26 decennoualis, indictione 5. |

1008

| Anni Chr. | Anni Hēr. | |
|---|---|---|
| 1008 | 6 | Brunus epiſcopus à Pruſcis, multis ſupplicijs affectus, & pedib. manibusq; abſciſſis, poſtremò capite plexus, cœlos petijt. |
| 1009 | 7 | Iohannes papa obijt. |
| 1010 | 8 | ¶ Sergius papa, ſedit annis duobus, menſibus ſeptem. |
| 1011 | 9 | Hoc anno Babembergēſis eccleſiæ dedicatio facta eſt, 46 epiſcopis ad hoc uocatis. Villegiſus Moguntinenſis archiepiſcopus obijt, cui ſucceſſit Erkenbaldus, |
| 1012 | 10 | ¶ Benedict⁹ p. annis 12. |
| 1013<br>1014<br>1015<br>1016<br>1017<br>1018 | 11<br>12<br>13<br>14<br>15<br>16 | Henricus rex Romæ imperiali benedictiōe coronatur à papa Benedicto. Brianus rex Hiberniæ, paraſceue paſchæ, 6 feria, 9 cal. Maij, manibus & mente ad Deū intētus necatur. Erneſt dux in uenatu occiditur. |
| 1019<br>1020 | 17<br>18 | Benedictus papa Babēbergam ueniens, eccleſiam ſancti Stephani ibidē dedicauit |
| 1021 | 19 | Terræmotus magnus factus eſt, 4 idus Maij, feria 6. Sanctus Hiribertus Coloniēſis archiepiſcopus obijt, pro quo Piligrinus conſtituitur. Erbenbaldus Moguntinenſis archiep. obijt, pro quo Eribo conſtituitur. |
| 1022<br>1023 | 20<br>21 | Henricus imperator nouam Troiā deditione cepit, & fit mortalitas magna in exercitu. |
| 1024 | 22 | Benedictus papa obijt. Henricus imper. 3 idus Iulij, abſq; filijs obijt, & Babembergæ in monaſterio ſancti Petri à ſe facto, ſepelitur, |

CONRADVS.

Romanorū 93, Conradus iunior. Francus, eligitur: regn. annis 15.

| Anni Chr. | Anni Cōr. | |
|---|---|---|
| 1025 | 1 | ¶ Iohānes ſedit annis 9. |
| 1026<br>1027 | 2<br>3 | Conradus filiū ſuū Henricū Rgem fecit, & ipſe pergens Romam imperator efficitur. Cyclus 27 decennoualis, indictione 9, |
| 1028 | 4 | Ego miſer MARIANVS in peccatis fui in hoc anno natus, |
| 1029 | 5 | Conradus imp. Stephanum Pannoniæ regem cum exercitu petijt. In Alamānia Erneſt dux & Vernherus comes cum multis occidūtur. |
| 1030<br>1031 | 6<br>7 | Arbio archiep. Mogūtinus obijt. Stephanus rex Pannoniæ, miſſis legatis, cum imperatore Conrado pacificatur. |
| 1032 | 8 | Sanctus Bardo ſucceſſit annis 20. Rudolphus rex Burgundiæ obijt, diadema ſuū Cōrado imp. miſit. |
| 1033<br>1034 | 9<br>10 | Conradus imper. hyeme Burgundiā petit. Moëlcoliū rex Scotiæ obijt. Donchad filius filiæ eius, ſibi ſucceſſit annis quinque. |
| 1035 | 11 | Propter religionē diſtrictam, diſciplināq; nimiam, & propter aliquos Scotos, quos ſecū habebat Helias Scotus abbas, qui monaſteriū ſancti Pātaleonis & ſancti Martini in Colonia pariter regebat. Piligrinus Colonienſis archiepiſc. inuidioſis uiris inſtigatus, Heliam abbatē uoluit expellere & omnes Scotos monachos, quos ſecum habebat. Helias Scotus abbas ſtatim quū de aula regia reuertiſſet, dixit cum cæteris Scotis: Si Chriſtus in nobis peregrinis eſt, nunquam uiuus ad Coloniam ueniat Piligrinus. Et ita Dominus cōpleuit. Iohannes papa obijt. ¶ Benedictus huic ſucceſſit annis 14. |
| 1036 | 12 | Piligrinus epiſc. Colonienſis obijt, pro quo Hermānus conſtituitur. Otto princeps Carlingorum à Gozelone duce pugna uictus, fugiēs occiditur. Burim Verzeburgenſis epiſcopus obijt. |
| 1037<br>1038 | 13<br>14 | Sanctus Bardo archiep. præſente Conrado imp. indictione 5, 4 idus Nouemb. cōſecrauit monaſterium ſancti Martini ſedis Moguntinēſis archiepiſcopatus, imò omnium Francorum, in honore ſancti Martini, cum multis epiſcopis. Connigund imperatrix obijt 5 nonis Martij, & Spirę ſepelitur. Hermannus dux obijt, filius imperatoris. Stephanus rex Vngarorū Chriſtianus obijt, qui cum omni gente ſua ad fidem conuertitur. |



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

| Anni Chr. | Anni Cõr. |
|---|---|

1039 | 15 | Conradus imper. obijt 2 nonis Iunij, ſepultusq; eſt Spiræ. Eberhardus primus epiſcopus Babembergenſis obijt: & Richardus abbas Fuldenſis: hic etiã multos Scotos ſecum habebat: cui Sigeuar abbas ſucceſſit.

HENRICVS.

Romanorum 94, Henricus filius Conradi imp. regnauit annis 17.

| Anni Chr. | Anni Hen. |
|---|---|

1040 | 1 | Donchad rex Scotiæ occiditur à duce ſuo. Magfinloech ſucceſſit in regnum eius.

1041 | 2 | Henricus rex ducem Bohemię Fratizlaum bello petit, ſed multis proceribus & militibus in præſtructione ſyluæ, circa & ultra occiſis, uel captis, nil dignum efficere potuit. Petrus quoq; Vngarorũ dux, rex eidem duci cõtra Henricũ regẽ auxilia miſit.

1042 | 3 | Helias Scotus obijt 2 idꝰ Aprilis, uir prudens & religioſus. Vngari quędam Ononem regem ſibi eligentes, Petrũ regem ſuum expellunt: qui profugus & exul Henrici regis, cui priori anno rebellauerat, gratiam quęrit & inuenit. Hẽricus rex Bohemiam ingreſſus, igne prædaq; cuncta deuaſtat, & rebellem ducem obſides dare, & ipſum poſt ſe Ratiſponam ad deditionem humiliter uenire, ſibiq; iureiurando fidelitatem ſeruitiumq; confirmare coarctat. Quo rex Vngarorũ ob ſuſceptum ab Henrico rege Petrum, à ſe expulſum, fines Boariæ prędis & incendijs depopulatur: ſed magna pars exercitus eius, ab Adelbone marchione deleta eſt.

1043 | 4 | Annuchadus Scotus & incluſus obijt, 3 calendis Februarij, in monaſterio Fuldenſi: ſuper cuius ſepulchrum uiſa ſunt lumina, & pſalmodia audita. Super quem ego Marianus Scotus 10 annis incluſus, ſuper pedes eius ſtans quotidie cãtaui miſſas. Henricus rex Pannoniã ingreſſus, duas populoſiſſimas ciuitates euertit, plures deditione ſubiecit. Sed quum Petrum regem, quem ſecum ducebat, prouinciales recipere nollent, alium quem petebant ducem, eis conſtituit: quẽ Ono poſt diſceſſum eius, in Bohemiam repulit. Giſla imperatrix mater Henrici regis, obijt 16 calẽdis Martij, & apud Spiram ſepelitur.

| Anni Chr. | Anni Hen. |
|---|---|

1044 | 5 | Henricus rex iterũ Pannonias inuadens, ſatisfactionem, obſides, munera pacis per iuſiurandũ confirmationem accipiens, diſceſſit. Inde reuerſus Cõſtãtienſi ſynodo adfuit, ubi cũctis debita dimiſit, deſtructiſq; omnibus immutitijs, pacem hactenus inauditam tam in tota Sueuia, quàm in alijs ſui regni prouincijs, regia cenſura per edictum cõfirmauit. Deinde Agnetem Guilielmi Pictauienſis principis filiam, reginam apud Mogũtiam ungi faciens, regalibus ſibi nuptijs in Ingelnhein copulauit. Lupoldus marchio Adelberti filius, in maxima Vngarorum clade, immaturè obijt.

1045 | 6 | Cyclus 23 decẽnouális, indictione 13. Henricus rex 3, Panoniam iratus, ingreſſus, Dei fauente clemẽtia, & beato Vdalrico epiſcopo imperante, Victor fratris Ononem cum uxore & filijs cognatiſq;, quibus locus euadẽdi erat, effugabat: Petrum in regnum cõſtituit, ſubditoq; ſibi Vngarorum regno honorificè reuertitur.

1046 | 7 | Henricus rex Italiam ingreſſus, pacificè à Romanis ſuſcipitur. Papas 3 non dignè cõſtitutos, ſynodaliter depoſuit, & Sindegerũ Babẽbergenſem epiſcopum papam conſtituit. Ipſeq; & coniux eius Agnes regina, eadem die imperiali benedictione ſublimantur. ¶ Clemens papa, qui & Sindegerus, 141 poſt Petrum, anno uno.

1047 | 8 | Petrus rex Vngariæ cæcatus à Pannonio quodã. Clemens papa obijt. Otto dux Sueuorũ obijt, pro quo Otto de Suinforto ſurrexit. ¶ Papa Bobbo, 142 poſt Petrum, anno 1.

1048 | 9 | Henricus rex naſcitur.

1049 | 10 | ¶ Bobbo papa obijt. Tullenſiũ antiſtes Brunus, qui & Leo, 143 poſt Pe-

poſt Petrum,ſedit annis quinque.

| Anni | Anni |
| Chr. | Hen. |

|1050| 11 |Rex Scotiæ Machetad, Romæ argentum ſeminando pauperibus diſtribuit.

|1051| 12 |Sanctus Bardo epiſcopus Moguntinenſis obijt 4 idus Iunij.

|1052| 13 | Lutpoldus epiſcopus, ſucceſſit annis octo, menſibus 4. Ego MARIANVS ſeculum reliqui.

|1053| 14 | Aldericus Barboſus in Hibernia, uir ualde famoſus & miræ religionis: ipſe enim fœminas & puerulos more clericorum coronãdo tondebat: & coronas, & non uelata capita fœminas conuerſas debere, prædicabat: earumq́ ſcholam & puellarum & puerorum & laicorum multam habebat: ob id, ex Hibernia proiectus eſt. Leo papa exercitum ducens per Apuliam contra Normannos, infinita utrobiq; cæde peracta, ſine uictoria redit.

|1054| 15 |Leo papa obijt. Velfus dux Carinthiorũ obijt. Conradus dux ab imperatore Henrico expulſus, in Pannonia exul, ueneno ſublatus eſt. Heizil comes de Obernſteinueld defunctus eſt.

|1055| 6 |¶ Victor, papa 154 poſt Petrum, annis 3 ſedit. Hermannus Colonienſis epiſcopus obijt. Sanctus anno ſibi ſucceſſit.

|1056| 17 |Ego MARIANVS peregrinus factus pro regno cœleſti, patriam meam reliqui, & in Colonia, 5 feria, calendis Auguſti, monachus effectus ſum. Iiſdem temporibus multi diuerſarum prouinciarũ Principes perierunt. Fames multas prouincias afflixit: egeſtas & penuria undiq; præualuit: multa mala tunc temporis facta ſunt. Henricus imperator his doloribus cordetenus compunctus infirmari cœpit, & productus uſq; ad mortem. Sapienti tamen uſus conſilio, ab omnibus, quibus potuit, ueniam petens, quibuſdam prædia quæ abſtulit, reſtituit: cunctis qui contra eum culpas damnabiles fecerunt, relaxans. Filium ſuum Henricum Romani pontificis tunc præſentis, cæterorumq́ pontificum & principum electione regem conſtituit. His & alijs prout uitæ poſſibilitas admiſit, bene diſpoſitis, 3 nonis Octobris hanc uitam pręſentem finiuit: ſepultusq́ Spiræ, papa pręſente.

HENRICVS, III.

ROmanorum 95, Henricus rex, filius Henrici imperauit annis 5.

| Anni | Anni |
| Chr. | Hen. |

|1057| 1 |Henricus admodũ puer cœpit regnare. Agnes imperatrix eius mater, ducatũ ſuſcepit Boariæ. Victor papa, multis in Germania bene diſpoſitis, redijt Romã, & eodem anno obijt.

|1058| 2 |¶ Stephanus, qui & Fridericus, papa 145 poſt Petrum, frater Godfridi ducis, iam monachus in mõte Caſſino factus, à Romanis pontifex conſtituitur. Hic etiam eodem anno obijt. Obierunt Adelberus Babembergenſis epiſcopus, & Otto dux de Suinforti. Podelbrũna ciuitas, cum duobus monaſterijs, feria 6 ante palmas, igne conſumuntur. In monaſterio autẽ erat Paternus nomine, monachus Scotus, multiſq́ annis incluſus, qui etiã combuſtionem prænunciabat, in ſua cluſa ambiens martyriũ combuſtus eſt. Feria 2 poſt octauas paſchæ, exiẽs de Colonia, cauſa orationis, eundem locũ uiſitaui, ob bona quæ narrãtur de eius ſepulchro: & ſic cũ abbate Fuldenſi Fuldam ueni. Egebertus abbas Fuldenſis obijt 15 calendis Decembris: cui ſucceſſit Sigefridus, in natiuitate Chriſti.

|1059| 3 |¶ Nicolaus, 146 poſt Petrũ, annis 2. Ego MARIANVS indignus cum Sigefrido iſto apud Verzebergũ ad presbyteratum conſecratus media quadrageſima, 3 idus Martij, & feria 6 poſt Aſcẽſionem, 2 idus Maij incluſus Fuldę per annos 10. Lutpoldus Moguntinenſis præſul obijt 6 idus Decembr. ei Sigefridus abbas Fuldẽſis ſucceſſit.

|1060| 4 |Sigefridus iſte in epiphania archiepiſcopus factus eſt, papę etiã tunc Nicolai legato Alexandro poſtea papa facto, præſente. Vidradus abbas poſt eũ ſucceſſit. Nicolaus papa obijt.

| Anni Chr. | Anni Hen. | |
|---|---|---|
| 1061 | 5 | ¶ Alexander, 147 poſt Petrum, ſedit annis 13. Molaus abbas Scotorum Coloniæ obijt. |
| 1062 | 6 | Hucuſque duo magni |
| 1063 | 7 | cycli, ideſt 1044 anni. |
| 1064 | 8 | Sanctus Cuono Treuirorum epiſcopus martyrizatur in deſerto loco, à ſcopuloſo monte ter præcipitatus, à Theoderico comite, eo quòd abſque electione conſtitutus eſt: & ſepultus eſt Doleiæ, ubi per illum Dominus multa ſigna tunc temporis fecit. Ipſe comes pœnitentiam agens, Hieroſolymam pergens uitam finiuit, & omnes conſentanei eius, mala morte perierunt. Pro quo Vdo conſtituitur. |

Cyclus paſchalis magnus Dionyſii, in quo ſumus, 3. indictione ſecunda.

Multi diuites & pauperes cum Sigefrido Moguntino archiepiſcopo, Traiectenſi epiſcopo, Babembergenſi epiſcopo, & Ratisbonenſi epiſcopo: poſt tranſitum ſancti Martini Hieruſalem plus 7000 perrexerunt: ubi uerò epiſcopi ſedebant, dorſalia pallia pendebant, ſcutellas & uaſa aurea & argentea habebant.

| 1065 | 9 | Arabes uerò fama pecuniæ congregati ſunt, multoq; prædictorum in paraſceue occiderunt. In quoddam caſtellum nomine Caruaſalim noſtri fugerunt, ibiq; ſe contra iacula Arabum defenderunt. Tunc bonus quidē miles nullo modo prohibitus, à ſepulchro Domini nudus foras exiuit. Arabes ſtatim eum in modum crucis extendentes, ab imo uentris uſque ad guttur, ſuperficiem eius proſcindētes, ſcrutati ſunt, qualiter humana uiſcera haberentur: deinde eū membratim diuidētes, lapidibus obruerūt, omnibusq; noſtris de caſtello intuentibus dixerunt, Omnes uos ſimiliter obruti eritis, ſi totam pecuniam nobis non tradideritis. Tunc timore perterriti promiſerunt ſe daturos totam pecuniam ſuam, tantùm ut eis uictum dimitterent uſque ad fines Chriſtianorum. Tunc ducem Arabum cum uiris 16 totidemq; gladijs intromiſerunt. Qui quum uidiſſent epiſcopos glorioſos cum multis militibus, & dorſalia pendentia, extēdit corrigiam circa collum Babembergenſis epiſcopi. Guntheri conſiderans magnitudinē & pulchritudinē eius, ait: Tu & omnia iſta, mea erunt. Epiſcopus uerò per interpretem ait: Quid mihi facies? Et ille dixit: Iſtum pulchrum ſanguinem gutturis tui ſugam, & ſuſpendam te ſicut canem ante caſtellum. Tunc epiſcopus cōprehenſo capite eius ſtrauit ducem in terram, atque omnes alij ligati ſunt. Qui uerò foras erant, audientes iſta, irruerūt ſuper caſtellum. Sed ſtatim iſti ligati, & ſupra murum contra iacula ſuorum ſuppoſiti, rogauerūt filios & amicos ſuos cæteroſq; pacem facere inter eos: unde bellum & diſſenſio inter latrones orta eſt, quum multi ex eis pecuniam eligerent, multi ut patres & amicos ſuos reciperent. Feria uerò 2 poſt paſcha, quidam de noſtris qui euaſerant, petierunt ducem de Ramula in auxilium. Statim Deo annuēte, uenit cum multo exercitu, & fugatis Arabis accepit quingentos biſantios aureos, captiuumq; ducem Arabem, inimicū multo tempore regis Saracenorum. & duxit Chriſtianos Hieruſalem, & iterum inde ad nauim. Dominus autem ſequundum uentum dedit. Sic uſque ad Chriſtianos uenerunt. Sed duo tantùm millia ex 7000, reuerſi ſunt.

| Anni Chr. | Anni Hen. | |
|---|---|---|
| 1066 | 10 | Cometa ſtella uiſa eſt. Araldus rex Normannorum mille nauibus uenit Angliam, menſe Septembri, regnaturus: qui Eboraci, in autumno, ultra 1100 ſacerdotes Anglos occidit. Araldus uerò rex Anglorum, cum 7 aciebus bellicis, ſtatim peruenit illò. Araldum imparatum abſq; loricis inuenit, & bello occidit, menſe Octobri. Guilielmus uerò qui & Baſtard, hoc eſt nothus, cum Francis intrat. Interim Anglos & Araldum bello occidit |
| 1067 | 11 | & ipſe regit Anglos. |
| 1068 | 12 | Duo papæ in Roma conſtituuntur |

ſtituuntur, ideſt epiſcopus Parmenſis, qui eſt expulſus, & Lucenſis, qui papa eſt effectus.

| Anni Chr. | Anni Hẽr. | |
|---|---|---|
| 1069 | 13 | Ego miſer MARIANVS iuſſu epiſcopi Moguntinenſis, & abbatis Fuldenſis, feria 6, ante palmas, 3 nonis Aprilis, poſt annos 10 meæ incluſionis ſolutus, de cluſa in Fulda ad Moguntiam ueni, & in feſtiuitate Septem fratrum ſecundò includor. Conſecratio noui monaſterij ſanctæ Mariæ in Moguntia, 9 calen. Decembris. |
| 1070 | 14 | Scotis & Francis uaſtantibus Anglos diſpergũtur, & fame moriuntur, carnemq; humanam manducare coguntur. Dechi marchio Henrico regi rebellat. |
| 1071 | 15 | Quidam clericus Carolus nomine, more Simonis Magi, qui donum ſpirituale pro precio rogauit ab Apoſtolis, à rege Henrico comparauit epiſcopatum ciuitatis Conſtantiæ. Qui in conuẽticulo epiſcoporum & abbatum in monaſterio ſancti Martini Moguntiæ, in aſſumptione ſancti Martini, facto à Sigefrido archiepiſcopo coram rege culpatus, quod non intraret, per oſtium in ouile ouium depoſitus eſt. Deinde poſt annum non uixit. Otto dux Boariæ regi Henrico rebellat. |
| 1072 | 16 | Coniurant regni principes contra Henricum regem. Eo tempore Sigefridus epiſcopus Moguntinenſis, cauſa orationis in Galitiam, ad ſanctum Iacobum perrexit. Quum autem Cluniacũ dominica die ante miſſam ſancti Michaëlis ueniſſet, intrans clauſtrum, reſpuit ſeculum. Sed dum mercennarij Moguntinum epiſcopatum comparare uellent precio Sigefridus in obedientia ſancti Benedicti, quam abbati deberet, uiolenter compulſus, Moguntiam 8 idus Decembr. redijt. Hucuſque duo magni cycli, hoc eſt 1044 anni. |
| 1074 | 17 | In hoc anno iuxta curſum Solis & Lunæ habentur, ſicut in anno 15 Tiberij, in quo baptizatus eſt Dominꝰ, ideſt dies baptiſmatis, 8 idus Ianuarij, epiphania, die Dominico & craſtino, feria 2. initium ieiunij Domini, 15 calendis Martij, in die 40 ſui ieiunij, 6 feria. Victoria eius de diabolo ſuperato in gula & uana gloria atq; auaritia, in quibus diabolus primũ Adam in eadem feria proſtrauit. A baptiſmate itaque Domini in anno 15 Tiberij. Alexander papa obijt Dominico die, undecimo calendis Maij. |

| Anni Chr. | Anni Hen. | |
|---|---|---|
| 1074 | 18 | Hildebrãdus qui & Gregorius papa, ſedit annis 12. Papa Gregorius decreuit præcepto Petri apoſtoli & ſancti Clementis, ut ſuprà, & canonibus patrum per bannum Dei, Petri & Pauli & ſuum, ſynodali iudicio multorum epiſcoporum, & contradicens interdixit presbyteris, diaconibus, omnibusq; clericis, uxores habere, & omnino cum fœminis habitare: niſi cum eis, quas regula uel Nicena ſynodus cõceſſit. Decreuit quoquè, ut ſub ſententia ſancti Petri cum Simone damnaretur, non ſolùm emptor, ſed & uenditor, cuiuſq; conſecrationis officij eccleſiaſtici, ideſt epiſcopatus, presbyteratus, diaconatus, præpoſituræ eccleſiæ uel decimationis, ſed & ſocius tranſgreſſoris. Dominus enim dixit: Gratis accepiſtis, gratis date. Vnde & de prædicta ſynodo legati papæ miſſi, ad Henricum regem Romanorum, ideſt duo epiſcopi, cum regina eiuſdem regis matre, & uniuerſali ſynodo, coram rege, communi omnium epiſcoporum interdictu, fœminas ſepararent à clericis, & maximè à presbyteris: & noluerunt eſſe in paſcha cum rege in ciuitate Babemberga, nec cibum, uel ſocietatem Hermanni eius ciuitatis epiſcopi habere, qui etiam epiſcopatum comparauit. Arnoldus abbas ſancti Albani obijt, pro quo alius abbas conſtituitur nomine Godeſchalcus. |
| 1075 | 19 | Plures clerici ſub ſententia interdicti Apoſtolici libentius eſſe uoluerunt, quàm fœminis & uxoribus |



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

carere, ſed ut uel per alios caſtigarentur. Decreuit papa ſynodica legatione etiam hoc anno, ut nullus Chriſtianus audiret miſſam coniugati presbyteri. His temporibus, non autẽ eodem anno, orta eſt grauis atque feralis diſcordia, in regno Teuthonico, inter regem Henricum & principes Saxoniæ, cuius cauſa (ut fertur) hæc erat: Rex Henricus, omnes Saxones ſeruituti ſubijcere cogitabat: ſed quia hoc tam facilè ut ſperauerat, perficere non poterat, accepto cõſilio, prius principes propoſuit honoribus ac dignitatibus ſuis deſpoliare, & ſic reliquos prouinciæ populos, ſuo dominio ſubiugare. Vt ergo uolũtatis ſuæ propoſitum facilius adimplere ualeret, in ipſa Saxonum prouincia, in monte qui uocatur Hattiſberg, caſtrum munitum cõſtruxit, cui ex ipſius montis uocabulo nomen dedit, ut uocaretur Hattisburg. Conſummato uerò caſtro & ſecundum uoluntatem ſuã, omnibus ibidem negocijs regni diſpoſitis, ad effectum deſiderij iamdudum cõceptum, toto conamine ſuam extendit intentionem. Ottoni itaque ducatum Boariæ abſtulit, metuens eum, quia genere Saxo erat, quẽ protinus Velfoni ad iniuriã Saxonum contulit. Poſt hæc, quadam die in eminenti loco eiuſdem caſtri cõſiſtens, & elegantiam patriæ undiq; bene poſſeſſam reſpiciens, fertur dixiſſe: Saxonia regio pulcherrima, ſed ſerui nequiſſimi habitatores, uidelicet illo prænotãs opprobrio. Quod audiens prædictus Otto dux, grauius quàm credi poteſt, dictum regis ſuſcepit: colloquutusq; principibus Saxoniæ, rebellare omnẽ ſimul fecit prouinciam. Et meritò unicam enim & dilectam Domini ſponſam, quã redemit de inimico, precioſi ſanguinis ſui precio, quantum in ipſo fuit, per concubinarios, ideſt hęreticos polluere & obfuſcare ueritus non eſt, dum ſpiritualia eccleſiæ officia, gratifica uidelicet ſancti Spiritus munera, per iniqua contrariaq; fidei catholicæ cõmercia, more Simonis efficeret uenalia. Hęc & his ſimilia nefanda & inaudita Henrici regis flagitia, uidentes & audientes fieri, catholici uiri per id temporis in eccleſia cõſtituti, cum propheta Helia Domini zelo zelãtes pro domo Iſraël, directis Romam nuncijs ad Alexandrum apoſtolicæ ſedis antiſtitem, hæc ei & alia quàm plurima, quæ in regno Teuthonico, inſanientibus ſimoniacis hæreticis, rege Henrico authore & patrono dicta & geſta ſunt, tam literis quàm uiua uoce gemendo ac dolendo, conqueſti ſunt: deinde eodem zeli Dei feruore ſuccenſi, conuenientes in unum, caſtrum Hatiſburg obſeſſum capiunt, omnia ibidem inuenta diripiunt. Fertur etiam, quòd plus quàm triginta fœminæ una die eiectæ ſint de munitione, quæ omnes fuerunt uiolatæ, ueſtibus uſque ad nates preciſis, ad iniuriam Saxonum: unde ipſi nimium efferati animis, caſtrum & omnia quæ in eo conſtructa erant, cum monaſterio, clericis undiq; per fugam diſperſis, funditùs exciderunt: oſſaq; filij eius de ſepulchro eiecta, per compita diſperſerunt. Interea domino Alexandro apoſtolico de medio ſublato, ſuſcepit ſedem Apoſtolicam Gregorius ſeptimus, qui & Hildebrandus, profeſſione monachus. Iſte querimonijs & clamoribus catholicorum iuſtis, aduerſum Henricum & ſcelerum eius immanitatem auditis, zelo Dei accenſus, iam dictum regem excommunicatum pronunciauit, maximè propter ſimoniam. Quod factum catholicis quidem uiris benè placuit, ſimoniacis uerò ac fautoribus regis nimium diſplicuit, qui dicebant, Nunquam fuiſſe auditum, regem aliquando excommunicationi ſubditum. Facta eſt ergo maxima diuiſio in eccleſia Dei. Catholicis domino Apoſtolico ſtudioſè fauentibus ac præceptis eius, Henrico & ſchiſmaticis cooperatoribus eius, ex corde obedientiam exhibentibus: inter quos erat princeps & ſignifer iuſtitiæ dilectus Deo & hominibus beatus Hanno Colonienſis archiepiſcopus (cuius memoria in benedictione eſt) cum reuerẽdiſſimis eccleſiarum

rectoribus

rectoribus Sigefrido Moguntino, Vezelino Mageburg, Rucherio Haluerſtadẽſi, aliiſq; epiſcopis & abbatibus, monachis & clericis, aſſentiẽtibus quoquè principibus totius Saxoniæ, Ottone duce, Magno duce, Vdone marchione, Ludouico comite, cũ aliis innumerabilibus tam nobiliũ quàm infimarum militaribus uiris. Quorum ſi dei deuotorum ac feruorem iuſtitiæ, uenerabilis papa Gregorius audiens, & contra eos ſæuitiam Henrici fautorumq; eius, quemadmodum & contra ſemetipſum inſurgere uidens, ne deficerent in tribulationibus, quas ſuſtinebant ab iniquis, ſed fortiores, imò conſtantiæ uirtute ſolidiores efficerentur: miſſis ad eos literis paucis, hæreticorum audaciam, garrulitatẽ, & ſuperbiam, authore Henrico, ac defenſore, ad iniuriam & contumeliam ſanctę ſedis apoſtolicæ perſtrinxit elatã: quamobrem regem anathematis uinculo alligauerit, literis inſinuauit: quibus catholici ad reſiſtendum iniquis hæreticis conſtantiores effecti ſunt. Anno præſcripto Domini 1075, regni autẽ ſui 19. Henricus congregato exercitu Saxoniam hoſtili animo intrare conatur, quòd audientes Saxones econtra ſe præparant ei occurrere. Congregati nanq; patriæ libertatem ad introitũ Turingiæ, iuxta fluuium, qui dicitur Vnſtruch conſederunt: non enim dederãt ſpatium, ut intraret prouinciam eorum. Saxonibus ergo ſuper latitudinem terræ diffuſis, & iam caſtra hora 9 metantibus, ſpeculatores Henrici conſiderato exercitu, uenerunt ad dominum ſuum, mentiendo, dicentes Saxones ſe præparare ad pugnam. Quod audiens protinus ſuos, præcepit armari, & confeſtim irruit, ſuper ignaros & imparatos. Saxonibus uerò quamuis ſero, tamen ferociter ad arma cõfugientibus, facta eſt pugna ualidiſſima, ita ut fluuius illo in loco uiam præberet itinerantibus ſuper occiſorum cadauera. In iſta pugna dux Sueuorum Rodolphus, qui poſtea Saxonibus regnauit, exercitum regis ducens, ſtrenuiſſimè dimicauit. Inter innumerabiles in prælio corruentes interiit ibi comes Geuchardus pater Lutgeri, qui poſt modum imperium aſſumpſit, qui etiam paucis diebus ante hoc prælium natus fuit. Occidit quoquè illo die de exercitu regis, Erneſtus marchio cum aliis multis. Henricus ergo tantùm uice uictoriam habuit, licet cum dolo acquiſitam. Hoc bellum conſummatum eſt 5 idus Iunii. Obiit Vidradus abbas Fuldenſis. Obiit etiam Henricus Spirenſis epiſcopus, pro quo Huzmannus conſtituitur.

| Anni Chr. | Anni Hēr. | |
|---|---|---|
| 1076 | 20 | |
| 1077 | 22 | In concilio 24 epiſcoporum, abbatum, multorumq; clericorũ, |

Vormatiæ menſe Martio facto, præſente Henrico rege, decretũ eſt, ut bannum Hildebrandi papæ, nullus curaret, nec papa eſſet. Dominus Hanno Coloniẽſis archiepiſcopus, obiit 2 nonis Decembris, qui ex fundamentis 5, congregationes fecit 2. In Colonia idẽ in honorẽ ſanctæ Mariæ uirginis, aliã in honorem ſancti Georgii martyris. tres etiam congregationes monachorum diuerſis in locis ex ſuo cõſtruxit: unam in Veſphalia, in loco qui dicitur Grafſchaff: aliam in regione Sclauorum, in loco qui dicitur Salephelt, tertiam in monte qui dicitur Sigeberg, in qua feliciter ſepultus, requieſcit, pro quo Hildolphus cõſtituitur. Saxones igitur ferociores ex damno quod paſſi ſunt effecti, adhuc rebellare nitebantur, quos prædictus dux Rodolphus compeſcuit, ne hoc facerent: dans eis conſilium, propter pacem & concordiam, ut in poteſtatem regis ſe traderent in fide ſua, dicens, ſe accepturum quod nihil eis noceret. Cuius ſequentes conſilium, ueniente poſtmodum rege in Saxoniã, principes Saxonum in poteſtatem eius ſe dederunt: uidelicet Vezelo archiepiſcopus Magdeburgenſis, Butto Haluerſtedenſis, Otto dux, Magnus dux, Vdo marchio, quos omnes Rex cuſtodiri præcepit.

Videns ergo Rodolphus dux, quòd eis conſilium dederat,& fideiuſſor extiterat, quòd eos iuuare non poterat, dolorem inde habens non minimum, Regi indignabatur nimiū. Ipſi autem ſine uoluntate regis quomodocūq; liberati de cuſtodia,& ad ſua tandem reuerſi,poſt Rodolphū miſerunt,eumq; ſuper ſe regem fecerunt. Qui ductus Moguntiam, conſecratus eſt à Sigefrido archiepiſcopo,in regem. Qui ſtatim congregato exercitu, Verzeburg obſedit:quam continuò captam in deditionem accepit,anno Domini 1077.

| Anni Chr. | Anni Hēr. |
|---|---|

1078 | 22 | Gregorius igitur præſul uenerabilis,hæreticorum inſaniam,catholicorum quoq; aſtipulante ueritate cognoſcens, Conſtantiam Rodolpho regi miſſis literis,apoſtolicā mandauit benedictionem:in quibus etiam omnibus Chriſti fidelibus beato Petro, ac ſibi uicario, eius obedientiam profitētibus, uniuerſaliter inſinuauit: Henrico propter ſuperbiam,inobedientiam ac falſitatem,regni dignitatem ablatam:Rodolpho uerò regi,pro ſua humilitate,obedientia & ueritate, authoritate ſancti Petri collatam. Henricus rex natiuitatem Domini apud Spiram celebrauit:& inde in Longobardiam pergens,papa ſibi obuiam ueniente,rex à papa ſolutionem banni obtinuit:papa uerò ſedem apoſtolicam à rege accepit:& pœnitentiā,quam ſibi papa conſtituit,minimè ſeruauit:unde & poſtea eum iterum anathematizauit. Bellum iuxta Stroui commiſſum eſt, 7 idus Auguſti:ubi Vizelo Magdeburgēſis archiepiſcopus, frater beati Annonis Colonienſis archiepiſcopi cum alijs multis occubuit. Rodolphus rex uictoriam tamen obtinuit.

1079 | 23 | Bellū iuxta Fladecheim 5 calendis Februarijs commiſſum eſt, in quo Memfrid comes cum alijs multis occubuit. Gregorius papa ſeruus ſeruorum Dei,per totum Italicum regnum & Theutonicorū,debitam ſancto Petro obedientiam,exhibentibus apoſtolicam benedictionē. Si qui ſunt presbyteri uel diaconi uel ſubdiaconi,qui iaceāt in crimine fornicationis, interdicimus eis ex parte omnipotētis Dei & authoritate ſancti Petri,introitum eccleſiæ,uſq; dum pœniteant & emendent. Si qui uerò in peccato ſuo perſeuerare maluerint,nullus officium eorū auſcultare præſumat:quia benedictio illorū uertitur in maledictionē, & oratio in peccatum,teſtante Domino per Prophetā, Maledicam (inquit) benedictionibus ueſtris.

| Anni Chr. | Anni Hēr. |
|---|---|

1080 | 24 | Apud Brixam Noricam 30 epiſcoporum magnæq; partis optimatum,regni cōuentus contra Hildebrandū papam habetur. Bellum iuxta Elſtra cōmittitur à rege Henrico idus Octobris,in quo Rodolphus rex occiditur & Merſeburg ſepelitur,Saxones uerò uictoriam reportarunt.

1081 | 25 | Henricus cū magno exercitu profectus Romā,eam obſedit. Papa audiēs multos Romanos fauere ſchiſmaticis,deſperans recepit ſe in domum Theodorici uel Creſcētis,ut quidam dicunt: ſed nec ibi ſe tutè ſciens, cum paucis noctu Salernam abijt:ubi uſq; ad obitum ſuum habitauit. Vidēs autem Henricus papam aufugiſſe,cōgregatis 30 epiſcopis fautoribus ſuis, in ipſa Romanę urbis obſidione,iuſſit haberi ſynodum,in qua Gregorius papa falſis & inauditis criminationibus, à fautoribus Henrici fictè compoſitis, abſens accuſatur. Deniq; dicebant,eū prophanum,ſceleſtum, amatorem diſcordiæ,uirum ſanguinum,ſedem apoſtolicam uſurpaſſe per necromātiam. Conſpirantes ergo qui cōuenerant in unum aduerſus Dominum, & aduerſus uicarium eius papam Gregorium, damnauerunt eum:& facta damnationis eius epiſtola, comminando mandauerūt ei,ne amplius apoſtolicam ſedem,pro tantis criminibus condemnatus,intraret. Et quia in proximo erat ſacratiſſimæ paſchæ ſolennitas,inebriati profunda diabolici furoris inſania,

Vigbertum

Vigbertum Rauennę ciuitatis archiepiſcopum rapuerunt, ac papam conſecrauerunt, quem Clemẽtem nominauerunt: à quo ipſe Henricus in ſancto die paſchę, unà cum uxore ſua Bertha Cæſarea impoſita appellatione, coronatus eſt dominus. Itaque apoſtolicus Gregorius, audiens ab inſanientibus Vigbertum hæreticum & inuaſorem ſibi in Romana ſede ſuperpoſitã, congregatis undiq; quotquot habere potuit catholicis epiſcopis & abbatibus, primo gradu Rauennatem ſedem inuaſorem Romanæ eccleſiæ poteſtati, ſancti Spiritus & authoritate ſancti Petri, apoſtolici anathematis mucrone mulctauit: deinde Henricum cum omnibus fautoribus ſuis, epiſcopis & abbatibus, monachis & clericis, laicis quoquè potentibus cum infimis quibuſque perſonis, ſub interminatione terribili generaliter communione priuauit. Moguntia ciuitas ex parte maiore, & monaſteriũ epiſcopale, aliaq; tria monaſteria igne conſumpta ſunt, Monaſterium Babembergenſe in uigilia paſchæ combuſtum eſt. Henricus rex naſcitur.

Anni Chr. — Anni Hen.

1082 26 Prima paſchalis luna, 4 nonis Aprilis, toto orbi apparuit, quũ 2 nonis Aprilis eſſe deberet. Catholici per Saxoniam conſtituti, ex conſtantia domini apoſtolici roborati, conſtituerunt ſuper ſe regem Hermannum. Iſte Hermannus fuit Lothoringus, uir ſapiens, modeſtia, genere & fortitudine inſignis. Ipſius filius erat Otho Palatinus, comes de Rinecke.

1083 27 Roma capta ab Henrico Rege, & in exercitu eius maxima peſtilentia facta eſt. Cyclus decennoualis 2 incipit, indictione 6. Hermannus rex, feroci animo Orientalem Franciam prædando & incendendo ingreditur.

Hucuſque author noſter Marianus Scotus.

# APPENDIX

## DODECHINI ABBATIS IN MONASTERIO SANCTI DYSIBODI, ad Chronica Mariani Scoti, continuatæ hiſtoriæ Appendix.

HENRICVS anno Domini 1084, poſtquàm Romam cepit, de Italia reuertitur, Auguſtaq; ciuitas ab eo obſidetur & capitur. Sigifredus archiepiſcopus obijt.

Anno 1085. Synodus Moguntiæ apud ſanctum Albanum, iuſſu Henrici habetur: cui ipſe quum legatarius Vigberti, qui & Clemēs, interfuit: cui omnes obedire contra Gregorium potentialiter compulit. Vizelo ipſius ciuitatis epiſcopus hanc ſynodum regebat, qui Hildebrandi aut Gregorij pronunciabat. Gregorius papa, qui & Hildebrandus, obijt. ¶ Huic ſucceſſit Deſiderius, abbas cœnobij ſancti Benedicti, de monte Caſſino, quem Victorem nominauerūt. Iſte rurſus poſt paucos dies decedit. ¶ Huic ſucceſſit Otto cardinalis, qui eſt appellatus Vrbanus. Hic dicitur fuiſſe monachus apud Cluniacenſe monaſterium. Ipſe itaque uenerabilis papæ Gregorij ſcripta & dicta contra ſchiſmaticos habita, confirmauit. Henricum & Vigbertum Romanæ eccleſiæ inuaſorē, cum omnibus fautoribus ſuis, ab eccleſia Dei excommunicauit. Dietmarus epiſcopus Vormatiæ obijt. Godeſcalcus abbas ſancti Albani deponitur: cui ſucceſſit Adelmannus.

Anno 1086. Henricus rex Saxoniā ingreditur, & patriam undique præda & incēdio omnibus iratus uaſtat. Hermannus autem rex congregato exercitu quàm maximo, occurrit ei iuxta Verzeburg, in loco qui dicitur Bleichfeld, ibiq; conſerto prælio innumerabilis multitudo hominum ex utraque parte occubuit. Hermannus uerò clariſſimam uictoriam adeptus, cum pace redijt. MARIANVS Scothus & incluſus obijt, & apud ſanctum Martinum ſepelitur.

Anno 1087. Hermannus rex occiditur. Bertha imperatrix obijt, & Maguntiæ ſepulta eſt: ſed poſtea ab imperatore Spiram transfertur. Henricus rex defuncto Hermāno rege, iam pacificè Saxoniā ingreditur, cui Henricus marchio de Scaden, fœdere pacis ſociatur. Sanctus Nicolaus tranſlatus eſt de Mira in Barum.

Anno 1088. Rezil Maguntinus archiepiſcopus obijt, cui ſucceſſit dominus Richardus.

Anno 1089. Henricus rex memor iniuriæ, quam ſibi Eggebertus anno præterito, marchio apud Marſeburg fecerat, marchiam Orientalem ei auferens, Henrico cuidam contulerat: congregato exercitu quàm plurimo, Glico caſtrum eius ualde munitum, quod eſt in Turingia, iuxta Erphesfort ad occidentem ſitum, in uigilia Aſſumptionis Mariæ obſidione circumuallatur, & uſque ad natiuitatem Domini obſiderat. In cuius exercitu magnus dux cum multis alijs nobilibus aderat. In uigilia autem natalis Domini, quę in die dominica tunc euenerat, circa ueſperam, ſole ad occaſum declināte, & exercitu, quæ neceſſaria erant præparante. Speculatores uenerūt dicentes, marchionem cum magna multitudine appropinquare. Cōturbatis ergo tali nuncio omnibus, armaq; cum feſtinatione arripientibus. Eggebertus marchio ut erat audaciſſimus, ſuper inermis ut turbo uehemens, cum ſuis irruit, & cædis initium ipſe ſignifer, & dux exercitus ſui fecit. Facta eſt itaq; concertatio dura, & uſq; in profundiſſimam noctem deductam. In eo denique certamine Burchar-

Burchardus Loſannæ epiſcopus interfectus eſt, qui lanceam regalem ferebat: cum quo etiam multi clericorum tumultum fugientium ac perſequentium contriti corruebant. De exercitu regis multi ſunt occiſi, quàm plurimi captiuati, innumerabiles uerò uulnerati, prȩda magna ſublata, oppidum Glico cum gloria obſidione liberatũ. Hẽricus igitur uictus fugam arripuit. Eggebertus autem uictor exiſtẽs, perſequutus regem quoſcunque inuenit, de exercitu eius cepit, uulnerauit, & interfecit. Per idem tempus, catholici in eccleſia rari habebantur. Schiſmatici uerò multiplicabantur.

Anno 1090. Valtramus Megburgenſis eccleſiæ antiſtes, quum eſſet ſapiens præcipuè Henrico regi, miſſis literis ad Ludouicum comitem, ſuggerens ei, ut ſe ſubdens ſæpe, iam dicto regi tueretur partes eius. In quibus literis, tanquam pro defenſione ordinationis Dei, re autem uera fauendo regi, laborans, beatæ memoriæ Gregorio papæ, & piæ recordationis Rodolpho regi, & alijs principibus, qui iam in ſomno pacis requieuerant, obloquendo detrectarant, dicens eos quaſi non fuerint, ſic perijſſe: affirmans eis malum principium fuiſſe, quos finem peſſimũ contigiſſet, habuiſſe: quarum literarum modus iſte eſt: Valtramus Dei gratia id quod eſt, Ludouico ſereniſſimo principi, cum inſtantia orationum, ſemetipſum ad omnia deuotiſſimum. Omni regno utilis eſt concordia, deſiderabilis eſt iuſtitia: hæc enim uirtus, mater eſt probitatis, & conſeruatio totius honeſtatis. Qui autem inteſtina graſſando diſſenſione, ad humani ſanguinis alios irritat effuſionẽ: profectò uir ſanguinum eſt, atq; illius particeps, qui noſtrum ſanguinem ſitiens, ſemper circuit, quærens quem deuoret. Tu igitur glorioſiſſime princeps, attendens, quomodo Deus pacis eſt, & non diſſenſionis: quod ex te eſt, pacem cum omnibus habeas. Deus, charitas eſt, diabolus odium. Tota lex & Prophetæ, in dilectione pendent. Qui autem odit fratrem ſuum, homicida eſt, nec habet partem in Chriſti regno & Dei. Hoc ipſa ueritas: hoc diſcipulus ille ueritatis proteſtatur, qui de pectore Dominico Euangelij profundius potatus ueritatẽ, fluminis impetu lætificat abundantius ciuitatem Dei. Sed ille uas electionis, qui uſq; ad tertium cœlum raptus, non ſecũdum hominem, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti euangelium ſuum didicit, Omnis, inquit, anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non enim eſt poteſtas, niſi à Deo. Qui autem reſiſtit poteſtati Dei, ordinationi reſiſtit. Sicut amici noſtri inter mulierculas & ſimplex uulgus ſomniant, regiæ poteſtati ſubdi non oportere: falſum eſt. Ergo quòd omnem animam poteſtati ſubdi oporteat. Sed nunquid ueritas mendacij arguenda eſt? An experimẽtum quærant eius, qui in Apoſtolo loquebatur Chriſtus? An æmulemur Dominum? Nunquam fortiores illo ſumus. Fortiorem ſe confidit, qui Dei ordinationi reſiſtit: quoniam non eſt poteſtas, niſi à Deo. Sed quid ait Propheta: Confundantur omnes, qui pugnant aduerſum te, Domine: & peribunt uiri, qui reſiſtunt tibi. Rodolphus Hildebrandus, Eggebertus, & innumeri principes, Dei ordinationi, in Henrico imperatore reſtiterũt. Et ecce, quaſi non fuerint, perierunt: quia profectò neceſſe eſt, malum fuiſſe principium, quorum finis peſſimus ſubſequutus eſt. Nunc ergo, quoniam qui ex aduerſa ſunt ſuis, aduerſum nos eminus digladiantur ratiocinationibus ueſtro iudicio, ubi ius, uel etiam in ueſtro iudicio cõſeramus, domicilio tantùm non ſuo uſurario, ſed Chriſti & antiquorum patrum utamur teſtimonio. Ac ne fortè recuſetur lex, huius eſto certaminis, uel me in populorum tranſire ſententiam, uel ex noſtro triumpho, uos domino noſtro imperatori lucri faciamus. Attendatur & illud, Si quis aliter euãgelizat, præter quod euangelizatũ eſt, uobis anathema ſit. Hoc anathema non de prophanæ no-

uitatis uſurario, ſed de tertio intonuit cœlo. De iſtis autem, qui ignorantes Dei iuſtitiam, & quærentes ſuam ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti: fiducialiter dixerim, Maledicetur illi, & tu benedices: qui inſurgunt in me, confundantur. Seruus autem tuus lætabitur, quoniam (ut ais Domine) ſine me nihil poteſtis facere: nec damnas iuſtum, quum iudicabitur illi: Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? Suo domino ſtat, aut cadit. Has ſanè literas prædictus comes Ludouicus ſuſcipiens, uocato ad ſe uenerabili Stephano qui & Herrandus, Haluerſtadenſi epiſcopo, eas tradidit legendas, rogauitq; eum, quatinus his diligenti examinatione perſpectis, iuxta rationem ueritatis, congrua obuiaret reſpōſione, & linguam blaſphemantis, os quoq; iniqua proferentis contra iuſtitiā, authoritate ſancti Spiritus, & teſtimonio Scripturarum obſtructū: ne amplius contra eccleſiā Dei latratus proferret inſanos, & fureret. Venerabilis autem epiſcopus ſecūdum petitionem Comitis, ſuſceptis literis, ac diligenti examinatione perſpectis, uocato notario epiſtolam dictauit: in qua primùm, præſcriptum Valtramū epiſcopum hæreticum, ſimoniacum, redarguit: regem etiam Henricum, hæreticū & excommunicatum: ideoq; nec regem dicendum cōprobauit: epiſcopatus pro pecunia, pro gladio, pro adulterio, pro ſodomitica immundicia uendentem declarauit. Sed ipſius iam epiſtolæ textus exponatur, ut illius uenerabilis uiri feruor, in tenore iuſtitiæ agnoſcatur.

Comes Ludouicus domino Valtramo, quicquid tali uocabulo dignū eſt. Sicut bonus homo de bono theſauro cordis ſui, profert bonū: ita malus homo de malo theſauro profert malum. Vnde tibi tanta arrogantia, ut me ad indignationem tam iniurioſis iniurijs prouocares. Etenim dominos & patres meos, qui me in uia iuſtitię confortatur. Viros ſanguinū ſimiles Satanæ, obliquè appellas, & monita ſalutis quę ſuggerūt inter mulierculas & ſimplex uulgus ſomniare dicis. Nūquid Deus indiget tuo iudicio? ut pro illo loquaris dolos? Docuit iniquitas os tuum, et imitaris linguam blaſphemātiū, ita ut rectè de te dicat Propheta, Noluit intelligere, ut bene ageret: iniquitatē meditatus eſt in cubili ſuo. Quamuis ergo quantum peruerſus, tantū peruerſa loquutus ſis: nos tamē ori noſtro cuſtodiā ponere decreuimus & ſimile, quū conſiſteret peccator aduerſum nos, ſed excitat nos ſermo diuinus, dicens: Reſponde ſtulto ſecūdum ſtultitiā ſuam, ne ſibi ſapiens uideatur. Nūquid enim fatuitas perſonabit, & ſapientia obmuteſcet? Nunquid loquatur mēdacium, & ueritas ſilebit? Nunquid tenebræ operient terram, & Dominus nō orietur? immo lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Qua conſideratione concaluit cor noſtrum, & in meditatione noſtra exarſit ignis. Loquimur igitur & clamamus, uulpesq; paruulas quæ uineas Domini demoliūtur, quantum poſſumus, arcemus, timentes prophetiam illam exprobrantem, Non aſcēdiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis murum pro domo iſrael, ut ſtaretis in prælio in die Domini. Audiant, non tu, qui aures habes & non audis, qui oculos habes & non uides: qui lumen quod in te eſt, tenebras feciſti. Audiant inquam omnes corda ti, qui aures audiendi habent, quam ad te, aut nō intelligas, aut intelligere diſſimules, neq; quid loquaris, neque de quibus affirmas, ad ſubiectionem domini Henrici, quem imperatorem dicunt, nos inuitos & in quantum intelligere datur, ut per omnia ſubditi ſimus, quaſi apoſtolico argumento neceſſitatem imponis, dicēs: Omnis anima poteſtatibus ſuperioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas, niſi à Deo: qui ergo poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Quam apoſtoli ſententiā te malè intelligere, peius interpretari dicimus. Si enim omnis poteſtas à deo eſt, ut tu intelligis: quid eſt quod de quibuſdā dicit Dominus per Prophetam: Ipſi regnauerunt, & non ex me

principes

principes extiterunt, & non cognoui eos. Si omnis poteſtas à Deo eſt. Et tu intelligis, quid eſt quod ait Dominus, Si oculus tuus ſcandalizauerit te, erue eum, & proijce abs te. Quid enim eſt poteſtas, niſi oculus? Certè Auguſtinus in expoſitione apoſtolicæ ſententiæ, Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Quòd ſi poteſtas (inquit) aliquid iubeat quod contra Deum ſit, hîc contemne poteſtatem, timendo poteſtatem alioquin. Nunquid iniquitas apud Dominum? Nunquid Chriſtus, peccati miniſter eſt? Abſit. Quid ergo dicemus? Nunquid ab Apoſtolo diuerſa ſententiæ prophetia euulgatur? Auguſtinus, minimè. Diuerſas tibias inflat ſpiritus unus. Itaq; audiamus apoſtolum concordantem, & ſeipſum exponentem, & inimicum ultoremq; ſuum deſtruentem. Non eſt (inquit) poteſtas, niſi à Deo. Quid ſequitur? Qui ergo (inquis) poteſtati reſiſtit: & reliqua. Abſit. Non hoc ſequitur. Sed quid ſequitur? Quæ autem à Deo ordinata ſunt. Nempe hoc eſt quod quærimus. O lingua doloſa, ô cor machinans malum. Spiritus uadēs & non rediens. Cur mentitus es ſpiritui ſancto? Arguat te conſcientia tua. Ecce fugit impius neminē perſequente. Cur ut deciperes, ſupprimere ueritatem uoluiſti? Cur medullam, cur animam huius ſententiæ furatus es? Nam ſi hæc uerba de medio ſententiæ apoſtolicæ tollantur, contra ſibi inconueniens & exanimis iacebit: impletur ſermo diuinus: Qui parat proximo ſuo foueā, incidet in eam. Certi nec culpā furti, nec pœnā euadere poteris. Quid infelix, quid iudici uenturo, quum à ſeruis negociatoribus locum requiret, reſponſurus es: qui dominicę pecunię fraudator, in mediū produceris. Quare non iudicium & laqueum proditoris timuiſti, ne ſimilem reatum ſimilis uindicta ſequeretur. Præuidēs per ſpiritum ſanctum Apoſtolus, te tuiq; ſimiles hæreticos in eccleſia emerſuros, qui bonum malum, malum bonum dicerent: qui tenebras lucem, & lucem tenebras ponerent: qui de ſententijs ueritatis occaſionem inducendi erroris, captarent: quum præmiſiſſet, Non eſt poteſtas, niſi à Deo: ut cōiecturam reprobi intellectus amputaret. Quæ autem ſunt (inquit) à Deo, ordinata ſunt. Da igitur poteſtatem ordinatā, & nō reſiſtimus, imò dabimus ilicò manus. Miror autem, ſi in te uel gutta ſanguinis eſt, quòd non erubeſcis dominum Henricum, regem dicere uel ordinem habere. An ordo tibi uidetur, ius dare ſceleri, fas nefasq;, diuina & humana confundere? An ordo uidetur tibi in corpus ſuum peccare, uidelicet (proh pudor, proh nefas) uxorem propriam ſcelere omnibus ſeculis mundi inaudito, lupanar facere. An ordo tibi uidetur, quum Dominus dicat, Defendite uiduam: uiduas iudicij æquitatem poſtulantes, nefanda cōtaminatione proſtituere? Hæc qui ordinata, qui ſana dixerit: hunc inſani capitis eſſe, inſanus iurat Oreſtes. Vſq; ad hæc miſerrima tempora, natura ſecretum amauit, ſed traditus in reprobum ſenſum rex ueſter, naturæ inuolucrū detexit, qui omnem pudorem ponit in propatulo: ut autem illa quæ ſine numero ſunt, taceamus, uidelicet concremationes eccleſiarum, deprædationes, homicidia, incendia, truncationes, & his ſimilia, quę ille poteſt, nos enumerare non poſſumus: ea quæ maximè eccleſiam Dei grauant, loquamur. Audi ergo uera, non fucata. Audi fortia, nō faceta. Omnis qui dignitates ſpirituales uendit, hæreticus eſt. Dominus autem Henricus, quem Regem dicunt, epiſcopatus & abbatias uendit. Etenim Conſtantienſem, Babembergenſem, Moguntinenſem, & plures alias pro pecunia: Ratisbonenſem, Auguſtenſem, Straſburgenſem, pro gladio: abbatiam Fuldenſem, pro adulterio. Monaſterienſem epiſcopatum (quod dicere & audire nefas eſt) pro ſodomitica immundicia uendidit. Quæ ſi impudenter negare uolueris, teſte cœlo, teſte terra, omnes etiam à furno redeuntes, ſcioli, concludent, Ergo dominus Henricus

hæreticus

hæreticus eſt. Pro quibus nephandis malis ab apoſtolica ſede excommunicatus, nec regnum, nec poteſtatem aliquam ſuper nos, quia catholici ſumus, poterit obtinere. Sanè quia fratrũ nos odij fatigas, intellige nulli nos odium, dein affectione, ſed de pietate intendere: abſit ut dicamus, Henricus inter fratres aut Chriſtianos reputetur, qui toties corripientem eccleſiam non audiens, ſicut ethnicus & publicus habetur. Cuius odium pro magno ſacrificio, Deo offerimus, dicentes cum Pſalmiſta: Nonne qui oderũt te, Domine, oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? perfectò odio oderam illos, inimici facti ſunt mihi. Cuius odij dignitatem, ueritas commendans ait: Si quis non odit patrem & matrẽ, & fratres & ſorores, adhuc autem & animã ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Non ergo de odio iuſtè reprehenduntur, qui animã noſtram cum auia Dei exorbitamus, qui patrem & matrem & omnem affectũ, qui nobis in uia Dei obſtat, odiſſe præcipimur. Inde eſt, quòd omni ſtudio, omni conatu laboramus, ut hoſtes eccleſiæ: nos quoq; ut aduerſarios caueamus: & non quia noſtri, ſed quia Dei inimici ſunt, odio habeamus. Porrò quòd de pace cum omnibus hominibus habenda perſuades, meminiſſe debes: quia præmiſit Apoſtolus, Si fieri poteſt. Fieri autem non poteſt, ut cum ijs qui Deo contrarij ſunt, pacem habeamus. Quis autem neſciat Dominum ſaluatorem, non ſolùm pacem commendare, quum dicit, Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Sed etiam ipſam pacem exiſtere, ſicut ait Apoſtolus: Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraq; unũ. Quid ergo ait, Pax noſtra, commendans pacem. Nolite (inquit) arbitrari, quia ueni mittere pacem in terram, non ueni pacem mittere, ſed gladium. Quid eſt hoc? Quare pax gladium? quare pax bellum indicit? Nimirum ut deſtruatur pax diaboli. Habet enim & diabolus pacem ſuam: de qua Dominus dicit: Quũ fortis armatus cuſtodit atriũ ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet. O quàm potenter paruos ſatellites ſuos atrium ſuum, hoc tempore, diabolus cuſtodit: qui ſcuto falſitatis, & galea perfidei protecti, nulla ueritatis iacula, nulla fidei ſpicula admittitis. Poteſt tamen Dominus noſter, utpote fortior armatus, ſuperueniens fortem ueſtrum uincere, & arma, in quibus confidit, auferre. Non ergo rectè culpamur, ſi pacem illam omni bello crudeliorem deteſtamur quam ipſa ueritas ſuper Hieruſalem flendo reprobat, dicens: Equidẽ in hac die quæ ad pacem tibi, & quam Pſalmus ſuper iniquos, zelat, pacem peccatorũ uidens. Quod uerò papam Gregorium, regem Rodolphum, marchionem Eggebertum peſſimi interitus damnas, & dominum tuum, quia illis ſuperſtes eſt banſicas, liquet profectò, ab omni ſpirituali te conſideratione manere & uacuum. Nonne beatius eſt bene mori, quàm male uiuere. Beati enim qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam. Iam & Neronem, quia apoſtolis Petro & Paulo: iam & Herodẽ, quia Iacobo Apoſtolo: iam & Pilatum, quia domino Ieſu Chriſto ſuperuixerint, beatos æſtimas. Qua opinione quid inſanius aut infelicius dici poteſt? Quapropter & ab hac blaſphemia, linguam magniloquam compeſce: niſi fortè in numero illorum te conſtituis, qui in fine iuſtorum uidentes gloriam, ſeram & infructuoſam agentes pœnitentiam, præ anguſtia ſpiritus gementes dicẽt: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati, uitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Ergo errauimus auia ueritatis, & ſol iuſtitiæ non luxit nobis. Quid nobis profuit ſuperbia? et diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia uelut umbra. Quæ nos uerba in memoria adamantina ſcribentes, omnem ſimilitudinem extollẽtem ſe aduerſus ueritatem Dei, contem-

contemnimus & gloriantes in tribulationibus, calumniari, proſcribi & exterminari. Deniq; occidi poſſumus, flecti uel uinci non poſſumus: & cum magno tripudio illud, quod tu puer adoleſcens, iuuenis frequẽtatus, nondum corde ſenex cõcepiſti, de patribus noſtris exultamus, qui contẽnentes iuſſa principum meruerunt pręmia æterna. Porrò ſententias tuas diligenti curioſitate cruciantes, quaſi ſpiritualia ſpiritualibus cõparare uolumus: ſed ſicut, & reliqua non pauca.

Anno 1093. Dominus Emehardus ordinatur 6 calen. April. Verzeburg. Vratiſlaus dux Bohemiæ, in uenatu, repentè de equo cadens, ſubitò moritur. Conradus filius Henrici imperatoris, patri ſuo, hac de cauſa rebellauit: Henricus rex Adelheidam reginam, quam duxerat uxorem, odio cœpit habere: ideo incarcerauit eam, & conceſſit ut plerique uim ei inferrent: immò filiũ hortans, ut eam ſubagitaret. Quo recuſante patris polluere ſtratum, eum adhortando rex, non ſuum, ſed peregrini filium eſſe affirmauit cuiuſdam principis de Sueuia, cuius etiã faciem prædictus Conradus plurimũ aſſimulauit. Regina autem, poſt plurima & inaudita malorũ genera ſibi innocenter illata, de cuſtodia qua tenebatur quoquo modo Dei miſeratione liberata, ad potẽtiſſimam tunc tẽporis fœminam, Mathildã nomine, fugiendo peruenit. Quæ ſuſceptam reginam ad uenerabilem uirum perduxit Vrbanum, apoſtolicæ ſedis antiſtitem, cuius prouoluta pedibus, profuſis lachrymis, ac intimis ſingultibus, omnem ſuę quam pertulerat calamitatis, intimauit miſeriam. Papa autem agnita reginæ calamitate humanitatis miſeratione compaſſus, facta concione catholicorum, denuò Henricum regem excommunicauit pro illicitis ac nefandis omnibusq; ſeculis inauditis rebus in legitima uxore ſua perpetratis. Regina autem reuerſa eſt in regionem ſuam, & ingreſſa monaſterium, facta eſt abbatiſſa, ut quidam dicunt. Eclipſis Solis facta eſt tertia hora diei, & draco uiſus eſt. Conradus igitur patri ſuo rebellãs uenit ad papam Vrbanum, & ſolutus ab excõmunicatione, in Longobardia regnauit cõtra patrem. Erat deniq; Cõradus iſte in omni bonitate & probitate cõſpicuus, humilis & modeſtus: qui paucos annos ſuperuiuens poſtquàm coronatus eſt, immaturè obijt.

Anno 1094. Peſtilẽtia magna fuit. Beatus Anſelmus Cantuarienſis archiepiſcopus floret, qui multa ſcripſit. Prius fuit pater monachorum in monaſterio Betti, docens liberales artes, & uiam amoreq; patriæ cœleſtis. Precibus ſuis ad Deum mortalitas ſedata eſt, multaq; alia miracula edidit. Præſumpta eſt illi talis aſſertio, quum abbas erat: Si in Deo tres perſonæ ſunt, una tantùm res, & non ſunt tres res, unaquæq; per ſe ſeparatim, ſicut angeli, aut tres animæ, ita tamen ut uoluntate & potentia ſint idem omnino: ergo pater & ſpiritus ſanctus cum filio eſt incarnatus. Verùm author iſtius peruerſæ dogmatis, à patribus & doctoribus eccleſiaſticæ fidei circumuẽtus & conuictus, ac penè à populo neci traditus, ut mortem euaderet, errorẽ abiuraſſe dicebatur. Contra quem errorem pater Anshelmus epiſtolam abbas inchoauit, epiſcopus conſummauit, ſcribens ad Vrbanum papam. Ad Valramum quoq; Numburgenſem epiſcopum, de proceſſiõe Spiritus ſancti ſcripſit epiſtolam, in cuius capite ipſum Valramum epiſcopũ, fautorem Henrici uehementer redarguit, ſeq; papæ Vrbani dictis & ſanctionibus per omnia ſubditum ac obedientem declarauit. Anshelmus ſeruus eccleſiæ Cãtuarenſis Valramo Numburgenſi epiſcopo ſcienti, breuiter loquor. Si certus eſſem, prudentiam ueſtram non fauore ſucceſſori Iulij Cæſaris & Neronis & Iuliani apoſtatæ cõtra ſucceſſorem & uicariũ Petri apoſtoli, libentiſſimè uos ut amiciſſimũ & reuerendum epiſcopum ſalutarem. Quomodo autem ad defenſionẽ ueritatis, quam contra Gręcos quæritis, ſecundum poſſe, nulli deeſſe

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

eſſe debemus, opuſculum uobis miſi, quod de Spiritus ſancti proceſſione, contra illos edidi. De ſacrificio uerò in quo idem Græci nobiſcum non ſentiunt, multis rationabilibus catholicis uidetur: quia quod agunt Græci, non eſt contra fidem Chriſtianam: quam quidem epiſtolam, quia lōgiſſima eſt, ſicut ſuperior, propter deuitandum faſtidium, hic interſerere ſuperſedentes, ad alia feſtinās. Ad Guilielmum etiam Herſagienſem abbatem, breuem quidem epiſtolam ſcripſerat, in qua ſecundum quod interrogatus fuerat de quodam comite ab apoſtolica ſede excommunicato, de presbyterorū coniugio, de lapſis ſacros ordines habētibus, de occultis criminibus pollicitis & confeſſis: de his qui propter uerecundiam aut ſtultitiam, ſeu duritiam cōfiteri nolunt, & tamen ſuperbè officium ſuum appetunt, cū maxima diſcretionis examinatione: humilem quidem, ſed ſcripturarum authoritate firmatum, reddidit reſponſum. Fecit etiam libros diuina authoritate equidem firmatos: unū de incarnatione Domini, qui dicitur Cur Deus homo: ſecundum quem uocauit Monologion: tertium, quem intitulauit Proſagion. In medicationibus quoq; & orationibus componendis plurimis, laborauit: in uerſibus aptandis hexametro pentametroq; extantibus aliquantulum deſudauit.

Anno 1095. Adelmannus abbas ſancti Albani obijt. Lupuldus marchio, & Henricus Palatinus comes etiam obierunt.

Anno 1096. Multa cœlitus portenta, mira pręſagabantur: de quibus duo ponamus, ut de reliquis fidem certiorem habeamus. Species ignis in modum fulguris, ad longitudinem haſtæ formatus, ſed lucidior clariſſimo die et in ipſo ſolis fulgore diſcurrens, oculos intuentium terrore improuiſo percutiebat, & tamen nemini nocebat. Super hæc quadam die, ſole ad occaſum ruente, & nubecula in aëre nulla apparente, ignei quaſi globi diuerſis aëris & locis emicuerunt, rurſusq; alijs in firmamenti partibus ſe condiderūt. Hoc quidam non ignem, ſed angelicas fuiſſe opinabantur poteſtates, commotionem gentium, quæ ſequuta eſt præfigurantes. Dum ergo iſta præ oculis adhuc haberentur, ecce quidam incluſus, cui nomen erat Petrus, in finibus Hiſpaniæ conſtitutus, clauſtris egreſſus totum commouit orbem, quādam circunferens chartulam, quam aſſerebat de cœlo lapſam, in qua continebatur uniuerſam Chriſtianitatem armis inſtructam de cunctis mūdi partibus ire debere Hieroſolymam, eamq; paganis inde pulſis perpetuò poſſidere cum finibus ſuis. Hoc autem, euangelico confirmabat teſtimonio. Et Hieruſalem, inquit Dominus, calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora gentium. Vnde prouocati, non ſolùm ruſtici, ſed etiā reges, duces, cæteræq; mundi poteſtates, epiſcopi, monachi, reliqui quoq; eccleſiæ ordines, ad hoc item mouebantur. Poſtremò conſentientibus dictis eius cunctis, regna rectoribus, urbes paſtoribus, uici uaſtantur habitatoribus: & non tantùm uiri & pueri, ſed etiam mulieres quàm plurimæ, hoc iter ſunt aggreſſæ. Mirabilis enim ſpiritus illius temporis homines impulit, ad hoc iter aggrediendū: nam fœminæ in hanc expeditionē exeuntes, uirili utebantur habitu, & armatæ incedebant. Cōgregatis ergo in unum omnibus, qui ad hoc iter aggrediendum ſe ſignauerant, conſilium inierūt ut Iudæos ubicunq; conſtitutos ſponte ſeu coactos, ad Chriſtianitatem trahātur, nec alicubi Iudaici nominis memoria remaneret. Sed paſſim omnes interficerentur: quicunq; Chriſtianitatis nomen cum fidei ſignaculo nō amplecterentur. Vnde factum eſt, ut quidam ex eis, quāuis inuiti ad baptiſma confugerent, ne rerum ſuarū ſubſtantiam ſimul & uitam amitterent: plures eorum occidebātur, quorum ſubſtantiæ Chriſtianis diripiebantur. Huius itaq; doloris immanitate compulſi Iudæi in ſeipſos irruerunt, & cultris ſeinuicem uulneratos interemerunt. Viri

uxoribus

uxoribus & cognatis non pepercerũt, matres filios cum filiabus occiderunt. Hieroſolymitæ autem itinere ſuo per Gentes uſque ad urbem Pannoniorũ, quæ uocatur Merſeburg, attingentes, magna ex parte interfecti ſunt. Et meritò, quia enim uiri cum mulieribus (ut ſuprà dictum eſt) incedebatur, immunditiæ fornicationum & abhominationum factæ ſunt inter eos: idcirco iram Dei promeruerũt. Godefridus autem & Balduinus frater eius, cum reliquis perrexerunt, & cum maximo labore Antiochiam, ac poſtremò ipſam Hieroſolymam cum reliquis urbibus ceperunt, Chriſto eis largiente, uirtutem & uictoriam de inimicis. Poſt aliquot annos Godefridus dux obijt, & locum ſepulturæ ad ſepulchrum Domini promeruit. Balduinus uerò ab exercitu Chriſtianorũ rex conſtituitur per aliquot annos ſuper Chriſtianos regnauit: & paganis latius expugnatis, terras eorum cum urbibus quas poſſiderant, Chriſtianis ſubiugauit. Theodoricus abbas ſancti Albani conſtituitur.

Anno 1097. Henricus de Italia redijt, & Iudæis de præterito anno, uel coactè baptizatis legem & ritus Iudaizandi concedit. Praxedis regina diſceſſit ab imperatore.

Anno 1098. Ruchardus Moguntinenſis archiepiſcopus regi excommunicato fauere noluit, gratiam eius perdidit, & in Turingiam ſecedens, per aliquot annos ibidem ſtetit.

Anno 1099. Imperator paſcha Ratiſbonæ celebrauit, ubi his diebus magna mortalitas eſt facta, in qua Rabodo Palentinus comes cum alijs multis moritur. Conradus Traiectenſis epiſcopus, 4 feria paſchæ, à negociatore Phryſio crudeliter occiditur. Hermannus Colonienſis epiſcopus obijt: cui Fredericus ſucceſſit. Conradus Einſtędenſis epiſcopus obijt: pro quo Conradus cõſtituitur. Vrbanus papa qui & Otto, obijt. ¶ Cui Richerus abbas, qui Paſchalis, ſuccedit annis 18. Cuidã religioſo in uiſione reuelata eſt mors Vrbani. Cui interrogãti quis poſt eum futurus eſſet pontifex: reſpõdit is qui apparuit: Reinherus abbas. Rurſus illo interrogãte: quamdiu uiuere deberet: Reſpice (ait) ad ſuppedaneum lectuli tui. Quumq́ reſpexiſſet, uidit iacẽtem ſchedulam paruam ex una parte piloſam & ex alia pura, paucis literis taliter inſcriptã: Terni, ter quaterni, terniq́. Qui ſimul iuncti, 18 fiunt. Rurſus autem illo ſciſcitante cur prædicta ſchedula partim piloſa & partim pura eſt: reſpondit: Tempus papatus eius partim placidum, partim turbulentũ erit. Quod uerũ fuit. His temporibus exorta eſt ſecta monachorum, qui non nigris, ſed griſeis induuntur ueſtimentis: cuius author extitit quidam Adam: ut dicunt. Paſchalis igitur põtifex in ſpecula totius Eccleſiæ conſtitutus, iuxta tenorem anteceſſorũ ſuorum, Alexandri, Gregorij, Vrbani, cõtra inuaſores ſpiritualium chariſmatum, decretum promulgauit: ac dono Henricum regem cum omnibus fautoribus ſuis excommunicatum pronũciauit. Interea Vigbertus Romanæ & apoſtolicæ ſedis inuaſor, moritur: & quia nõ habuit ſucceſſorem ſuæ ſectæ, ruit omnis populus ad Paſchalem papam, & ſic annihilata eſt hæreſis eius, quæ hactenus uigebat. Quidam autem de fautoribus eius, rumorem ſparſerunt in populum ad ſepulchrũ eius ſe uidiſſe diuina micuiſſe luminaria: quapropter Paſchalis zelo Dei inflammatus, iuſſit ut effoderetur & in Tibrim iactaretur. Quod & factum eſt. Paſchalis ſtatuit, ut quicunque de ſchiſmate hæreticorum ad unitatem & concordiam ſanctæ eccleſiæ catholicæ reuerti uellent prius omnem hæreſim anathematizarent: ſicq́ promiſſa apoſtolicæ ſedis pontifici Paſchali, eiusq́ ſucceſſoribus obedientia ſub teſtimonio Chriſti & eccleſiæ paci & unitati reconciliarentur. Ordo reconciliationis huiuſmodi eſt: Anathematizo omnem hæreſim, & præcipuè illam quæ ſtatũ præſentis eccleſiæ conturbat, quæ aſtruit & docet, anathema contemnendum & eccleſiæ ligamẽta ſpernenda eſſe. Hanc cum ſuis autho-

ribus damno & anathematizo. Promitto autem obedientiam apoſtolicæ ſedis pontifici Paſchali, eiuſq; ſucceſſoribus, ſub teſtimonio Chriſti & Eccleſię affirmans quod affirmat, & damnans quod damnat ſancta & uniuerſalis Eccleſia. Hieroſolyma idus Iulij capta eſt à Chriſtianis, eo die quo diuiſio Apoſtolorum facta eſt. Gotfrido duce exercitum ibi regente: & ſtatim eum Chriſtiani regem ſuper ſe conſtituerunt.

Anno 1100 actum eſt quod ſequitur. Paſchali papæ Romanæ eccleſiæ & omnib. epiſcopis & uniuerſis Chriſtianæ fidei cultoribus, Piſanus archiepiſcop. & Gotfridus dux, gratia Dei eccleſiæ ſancti ſepulchri nunc aduocatus, & Regemundus comes ſancti Ægidij, & uniuerſus Dei exercitus qui eſt in terra Iſraël, ſalutē. Multiplicare preces & orationes cum iocūditate & exultatione in cōſpectu Domini, quo modo Deus magnificauit ſuam miſericordiam, complēdo in nobis ea quæ antiquis temporibus promiſerat. Etenim quum capta Nicea cunctus exercitus inde diſceſſerat, plus quàm trecenta millia armatorum ibi fuerūt. Et licet hæc tanta multitudo quæ uniuerſam Romaniā occupare poterat, atq; epotare flumina omnia & paſcere omnes ſegetes una die poſſet: tamen cum plenitudine tanta conduxit eos Dominus, ut de ariete minimus, & de boue uix 12 acciperētur. Præterea & ſi principes & reges Saracenorū contra nos ſurrexerint, tamen Deo uolente facilè uicti & conculcati ſunt. Ob hoc quidem feliciter acta, quia quidā intumuerant, oppoſuit nobis Deus Antiochiā humanis uiribus inexpugnabilē, ibiq; per 9 menſes, nos detinuit: atq; in obſidione extra ita humiliauit, ut in toto exercitu noſtro uix cētum boni equi reperirentur, aperuit nobis Deus copiam ſuæ benedictionis, & nūc etiam induxit nos in ciuitatem ad Turcos & omnia eorum poteſtati noſtrę tribuit. Quum hæc quaſi uiribus noſtris acquiſita teneremus, nec Domini, qui hęc obtulerat dignè magnificaremus, à tanta multitudine Saracenorum obſeſſi ſumus, ut de tanta ciuitate nullus egredi auderet. Præterea fames ita cōualuerat, ut uix ab humanis dapibus ſe aliqui abſtinerent. Longum eſt enarrare miſerias, quæ in ciuitate fuerunt. Reſpiciens autem Dominus populū, quē ita diu flagellauerat, benignè conſolatus eſt nos. Itaq; primò quaſi pro ſatisfactione tribulationis lāceam ſuā munus inuiſum à tempore apoſtolorū pignus uictoriæ nobis cōtulit: deinde corda hominum adeò animauit, ut illis quibus ægritudo uel fames, ambulandi uires negauerat, arma ſumēdi & uiriliter contra hoſtes dimicandi uirtutem infunderet: deniq; cum triūphantis hoſtibus fame & tędio deficeret exercitus Antiochiæ, & maximè propter diſcordias principum, in Syriam profecti, Varram & Marram urbes Saracenorum expugnauimus, & caſtella regionis obtinuimus. Quumq; ibi moram diſpoſuiſſemus, tanta fames in exercitu fuit, ut corpora Saracenorū iam fœtentium, à populo Chriſtiano iam comeſta ſint. Deniq; cum diuino monitu in interiora Hiſpaniæ ingrederemur, largiſſimā atq; miſericordem & uictorioſiſſimam manum omnipotentis patris nobiſcum habuimus. Etenim ciues & caſtellani regionis, per quam procedebamus, ad nos cum multis donarijs legatos præmittebant parati ſeruire nobis, & oppida ſua reddere. Sed quia exercitus noſter nō multus erat, & in Hieruſalem unanimiter uenire feſtinabant, acceptis ſecuritatibus tributarias eas fecimus, quippe quum de multis unà ciuitatibus, quæ de maritimis illis ſunt, plures homines haberet q; in exercitu noſtro fuiſſent. Quumq; auditum eſſet Antiochiæ atq; Laodiceæ & Rohas, quia manus Domini nobiſcum eſſet, plures de exercitu, qui ibi remanſerant, cōſequuti ſunt nos apud Tyrum. Sic itaq; Deo cooperāte, uſq; ad Hieruſalem peruenimus. Quumq; in obſidione multum exercitus laboraret, maximè propter inopiam aquæ,

habito

habito concilio, epiſcopi & principes circũeundam eſſe ciuitatem nudis pedibus, prædicauerũt: ut ille qui pro nobis humiliter eam ingreſſus eſt, per humilitatem noſtram pro ſe ad iudicium de ſuis hoſtibus faciendum nobis eam aperiret. Placatus itaq; Dominus hac humilitate, 8 die poſt humiliationem cum ſuis hoſtibus ciuitatem nobis tribuit, eo uidelicet die, quo primitiua eccleſia inde abiecta fuit, quum feſtũ de diſperſione Apoſtolorum celebratur. In porticu Salomonis, & in tẽplo eius noſtri equitabant in ſanguine Saracenorum uſq; ad equorum genua. Deinde quum ordinatũ eſſet, qui ciuitatem retinere deberent, & alij amore patriæ & pietate parentum ſuorum redire uoluiſſent, nunciatũ eſt nobis regem Babyloniæ Aſcalonam ueniſſe cum innumerabili multitudine militum, ducturum Francos qui Hieroſolymis erant, in captiuitatem, & expugnaturũ Antiochiam. Sed aliter Dominus de nobis ſtatuerat. Itaque conſcendimus obuiam illis, relictis ſarcinis & infirmis in Hieruſalẽ cum præſidio. Quumq; exercitus noſter & hoſtium ſe conſpexiſſent, genubus flexis adiutorem Deum inuocauimus, ut qui in alijs noſtris neceſſitatibus legem Chriſtianam confirmauerat, in præſenti bello cõfractis uiribus Saracenorũ & diaboli, regnum Chriſti & Eccleſiæ à mare uſq; ad mare uſquequaq; dilataret. Sic Dominus adfuit, atq; tantas tribuit uires, ut in hoſtem currere uidit. Fontem aquæ uiuę ſitiẽtem ceruum ſegnem adiudicauit, miro uidelicet modo: quum in exercitu noſtro non ultra 5000 militum, & 15000 peditum fuiſſent: & in exercitu hoſtium 100000 equitum, & 400000 peditũ eſſe potuiſſent. Tunc mirabilis in ſeruis ſuis Dominus apparuit, quũ antequàm confligeremus, pro ſolo impetu noſtro hanc multitudinem in fugam uertit, & omnia eorum arma diripuit, ut ſi deinceps nobis uellent repugnare, non citò haberent arma. Spolia inaudita, & theſaurũ regis Babyloniæ obtinuimus. Ceciderunt ibi Maurorũ ultra 100000 gladio. Timor autẽ eorum tantus erat, ut in porta ciuitatis ad 2000 ſuffocati ſunt. De his uerò qui in mari interierũt, non eſt numerus. Spineta etiam ex ipſis obtinuerũt. Pugnabat certè pro nobis Deus. Pridie quàm bellum fieret, multa milia camelorum & boum & ouiũ cepit exercitus. Principum iuſſu populus hæc diuiſit; ad pugnam progrediens multas turmas iſtarum animalium comitabãtur miraculoſè, & ſtabant cum ſtantibus, & currebant cum currentibus. Nubes ab æſtu ſolis defenderunt nos, & refrigerabãt. Celebrata itaq; uictoria reuerſus exercitus eſt Hieruſalem, relictoq; ibi Gotfrido duce, comes ſancti Ægidij & Rupertus comes Normanniæ, & Rupertus comes Flandriæ Laodiceã reuerſi ſunt: ibi claſſem Piſanorum & Boemũdi inuenerũt: quumq; archiepiſcopus Piſanus Boëmundũ & dominos noſtros concordare feciſſet, regredi Hieruſalem pro Deo & fratribus ſuis, Regemundus diſpoſuit. Et igitur tam admirabilem fratrum ueſtrorum fortitudinis deuotionem, ad tam glorioſam omnipotentis Dei retributionem, ad tam exoptandam omnium peccatorũ noſtrorum per Dei gratiam remiſſionem, & catholicæ Chriſti eccleſiæ, & totius Latinę, inuitamus uos ad exultationem, & omnes epiſcopos & bonæ uitæ clericos & monachos, & omnes laicos, ut ille uos ad dexterã Dei conſedere faciat, qui uiuit & regnat Deus per omnia ſecula. Rogamus & obſecramus uos per Dominum Ieſum qui nobiſcum ſemper fuit, & collaborauit & ex omnibus tribulationibus nos eripuit, ut fratrum ſitis memores ueſtrorum, qui ad uos reuertũtur, benefaciendo eis & ſoluendo debita eorum: ut uobis Deus benefaciat, & uos abſoluat ab omnibus peccatis: ut in omnibus, quæ uel nos uel illi apud Deum meruimus, partem uobis concedat, Amen. Hyems dira & fames magna. Clemẽs papa, qui & Vigbertus, obijt. Otto Argentinenſis epiſcopus obijt. Vdo marchio & alij plures, Saxonum barbaros

qui & Luitici uocãtur, inuaſit, & cum honore triumphauit. Gotfridus rex apud Hieruſalem obijt, qui exercitum Chriſtianorum regebat, & ſepultus eſt iuxta Caluariæ locum, ubi Dominus noſter crucifixus eſt: & ſtatim Chriſtiani fratrem eius Balduinum ſuper ſe regem conſtituerunt.

Anno 1101. Imperator natiuitatem Domini Moguntię celebrauit: paſcha autem Leodij. Conradus filius imperatoris in Italia obijt, & ſepultus in ciuitate Florentia. Egilbertus Treuirorum archiepiſcopus obijt: pro quo, Bruno conſtituitur. Liemarus Bremenſis archiepiſcopus obijt.

Anno 1102. Cyclus 19 incipit, indictione 10, Imperator natiuitatem Domini Moguntię celebrauit. Imperator Flandriam cum exercitu adijt, & pacificè redijt. Rupertus epiſcopus Babenbergenſis obijt: pro quo, Otto conſtituitur. Hartuigus Magdeburgenſis archiepiſcopus obijt: pro quo, Henricus conſtituitur.

Anno 1103. Imperator natiuitatem Domini Moguntiæ celebrauit. Cuono comes occiditur.

Anno 1104. Imperator natiuitatem Domini Ratiſbonę celebrauit: paſcha autem Moguntiæ. Iohannes Spirenſis epiſcopus obijt.

Anno 1105. Henricus filius Henrici imperatoris inuaſo regno cœpit regnare, uiuente patre. Voluit autẽ Henricus ſenior Saxoniã hoſtili manu inuadere, propter quoſdam catholicos, quod minimè perficere potuit, quia filius eum deteſtabatur: quemadmodũ & cuncti fideles: quoniam excommunicatus denunciabatur à tribus apoſtolicæ ſedis pręſulibus, Gregorio ſcilicet Vrbano & Paſchali. In ipſa uerò expeditione, quia Saxoniã moliebatur intrare, filius quadam nocte de exercitu eius cum paucis aufugit. Henricus de diſceſſione filij triſtatus, intermiſſa iam dicta expeditione, infecto negocio reuertitur. Filius uerò Sueuiam petens à legato Romani pontificis Geuehardo Conſtantienſi epiſcopo de excommunicatione abſoluitur, & matris eccleſię gremio reſtituitur. Inibi ergo eccleſiaſticis rebus ſacris prodentur, ordinatis aſſumpto ſecum legato Romano, Boariam Saxoniamq; petijt, inuaſores ſynodaliter depoſuit: reliquos uerò fautores hæreſiarchæ ab officio ſuſpendit, ac ſubiacere examini papæ coëgit. Ruchardus Moguntinenſis archiepiſcopus, 8 anno poſtquàm diſceſſerat, propriæ ſedi reſtituitur. Imperator natiuitatem Domini Moguntiæ celebrauit: paſcha quoq; Emehardus Verzeburgenſis epiſcopus obijt.

Anno 1106. Imperator ante natiuitatem Domini à filio capitur. Henricus rex natiuitatem Domini Moguntiæ celebrauit, ibiq; conuẽtum habuit de habenda pace. Cõmunicato conſilio principũ patrem ſuæ curiæ præſentauit, qui pridie calend. Ianuarijs apud Ingilheim prædicto filio ſuo corã quibuſdam principibus regnum tradidit. Et licet hoc feciſſet, tamẽ nequaquam ea quę pacis ſunt, à filio adipiſcitur. Cometa ſtella uiſa eſt. Magnus dux Saxoniæ obijt, cuius ducatum obtinuit Lutgerus comes filius Geuehardi, quum non haberet hæredem. Hẽricus iunior Coloniam obſidet ad iniuriam patris, ſed interim moritur pater apud Leodium conſtitutus, & Spiram deportatus, in quandam deſertam eccleſiolam, deponitur inſepultus, pro eo quod à tot & tantis patribus, tanto tempore permanſiſſet excõmunicatus. Verùm in breui epilogo, oneroſam iſtius uiri complectar hiſtoriam: Henricum, hominem peruerſum, & iuſto iudicio ab eccleſia eiectum, omnibus reuera conſtat manifeſtum. Vẽdidit enim omnia ſpiritualia, fuit inobediens apoſtolicæ ſedi, & in ipſam ſedem fecit ſupplantationem, ſubſtituendo Vigbertum Gregorio: in legitima uxore ſua modum Chriſtianitatis excedendo, apoſtolicę ſedis ſententiam paruipẽdendo. Hinc orta eſt maxima perſequutio in eccleſia Dei, faciente inuidia & diſcordia, quoniam unus alium perſequebatur: frater fratri obloquebatur: quidam fa-

uebat

uebat regi,alius papæ:unde factū eſt, ut multi perirent. Intantum enim creuit hoc malum,ut apoſtolica cenſura pro nihilo habebatur,& ipſa excōmunicatio iam facta ignorabatur. Enimuerò ut de illo omnia loquar,erat ualde miſericors. Aliqui enim dū ſederet ad requiſita naturæ, eum perforare uolêtes capti ſunt,& eum anteducti,qui conuicti & confeſſi,abire iuſſi ſunt impuniti. Multi etiam principes, qui ei multa mala fecerunt,atq; magnū contemptum ingeſſerūt,mox ut ei ſe proſtrauerunt, omnia eis condonauit. Et quamuis eſſet ualde compatiens & miſericors in eleemoſynis pauperū, obſtinata tamen mente in excommunicatione permanſit: quæ omnia bonitatis eius opera obnubilant. Pater eius apud Botfeld quum ægrotaret (nam in iecore cerui mortem comederat) rogauit,immo imperando imperauit,ut filio ſuo iurarent ad obtinendum imperium. quod quidem fecerūt,quum eſſet octo annorum, & nondum baptizatus.

¶ Romanorum 96,quintus Henricus filius Henrici tertij imperatoris,regnauit annis uiginti.

Anno 1107. Rex natiuitatem Domini Ratisbonæ celebrauit:paſcha uerò Moguntiæ. Henricus rex dum in Goſlarienſi oppido conuentum habuiſſet,& iura regni,prout uoluit,diſpoſuiſſet,ſubitò tempeſtas nimiū horribilis, fulgurum,coruſcationum,tonitruorum exorta,regem,& omnem populum perterruit:adeò enim uehemēs fuit, ut enſem regalem perſtringens, partem nō modicam in acumine cum baltheo clypei regalis abſumeret,coriumq; interius clypei per partes in rugam converteret. Dicitur etiam quòd uulnuſculum Regi in maximo digito pedis dextri inflixiſſet:& hoc idē portauerit quamdiu uixiſſet. Eodem anno rex Flandriam cum ualida manu intrat,ferro & igne cuncta deuaſtat: Rupertum comitem cum omni populo ſubiugat.

Anno 1108. Rex Aquiſgrani natiuitatē Domini celebrat. Henricus rex Pannoniam ingreditur,ubi ob infidelitatem quorundam principum, nihil memoriæ dignū ab eo agitur. Eodem anno Bohemorum ferè ad 3000 uirorum,à proprio duce necati ſunt. Hoc etiam anno cœptum eſt nouum monaſterium cōſtrui in monte ſancti Dyſibodi. Piæ nanq; memoriæ Burchardus abbas diui Iacobi Moguntiæ,quē dominus archiepiſcopus Ruchardus eccleſiæ beati Dyſibodi primum abbatem præfecerat,2 calendis Iulij primum fundamenti lapidem iuſſu præfati præſulis poſuit.

Anno 1109. Rex natiuitatem Domini Moguntiæ celebrauit. Eodē anno deſponſata eſt ei filia regis Anglorum. Henricus rex Coloniam ingreditur,eamq; præda & incendio uaſtata reuertitur. Ruchardus Moguntinēſis archiepiſcopus obijt:cui ſucceſſit Adelbertus,regis cancellarius.

Anno 1110. Rex ualida manu Italiam ingreditur:eius oppida, caſtella, municipia,rapina & incendio depopulauit. In cuius exercitu erant 3000 armatorum militum, excepta ſeruorum ſequentiumq; multitudine: quorum non opus uidetur numerum deſcribere. Paſchalis pontifex uniuerſalis collecto concilio Romæ, in baſilica beati Petri apoſtoli,præſente Henrico rege pronūciauit decretum,ſeq; illud complere uelle cum iuſtitia & authoritate confirmauit:ſcilicet ut eccleſiæ decimis & oblationibus cōtentæ eſſent. Rex uerò prædia & regalia, ducatus ſcilicet,marchionatus,comitatus & aduocatias: dudum à Carolo,eiusq; ſucceſſoribus Chriſtianis imperatoribus, eccleſiæ collatas,reciperet:ea cōditione,ne pōtifices,regali manu,anulo & uirga inueſtirentur,quæ ſancto ſpiritui authoritatiq; ſanctorum canonū contraria uiderentur. Sed qualiter hæc gēſta ſint,ſcripta ipſius imperatoris melius inſinuabunt. Henricus Dei gratia Romanorū imperator Auguſtus,omnibus Chriſti fidelibus eccleſiæ. Notum eſſe uolumus,dilectioni & diſcre

tioni ueſtræ, ea quæ inter nos & dominum illum Paſchalem erant, quomodo incœpta tractata ſint: ſcilicet de conuentione inter me & ipſum, de traditione Romanorum in me & meos, ut audita intelligat, intellecta examinet, examinata dijudicet. Igitur dum in eo totus eſſem, ut me ad eccleſiæ utilitatem & ipſius uotum, ſi iuſtum eſſet, componemus, cœpit exaltationem & dilatationem regni ſuper omnes anteceſſores meos promittere ſtudebat, tamen ſubdolè, quomodo regnum & eccleſiam à ſtatu ſuo diſcinderet, tractare. Quod ſic facere aggreſſus eſt. Regno quidem iam Carolo 400 & amplius annis, & ſub 63 apoſtolicis inueſtituras epiſcopatuum, eorundem authoritate, & priuilegiorum firmitate tenenti, abſque omni audientia auferre uolebat. Et quum per nuncios noſtros ab eo quæreremus, quid de nobis fieret, in quo regnum noſtrum cōſtat, quomodo ferè omnia anteceſſores noſtri eccleſiis conceſſerunt, & tradiderunt, ſubiunxit: Fratres eccleſiæ decimis & oblationibus ſuis cōtentæ ſint. Rex uerò prædia & regalia, quæ à Carolo & Ludouico, Ottone & Henrico eccleſiis collata ſunt, ſibi & ſucceſſoribus ſuis, recipiat & detineat: ad hoc quum noſtri reſponderent, Nos quidem nolle uiolentiam eccleſiis inferre: nec iſta ſubtrahendo tot ſacrilegia incurrere, fiducialiter promiſit, & ſacramento pro eo firmauerunt dominica Eſto mihi. ſe omnia hæc cum iuſtitia & autoritate eccleſiis auferre, nobiſq; & regno cum iuſtitia & autoritate reddere. Noſtris itidem firmātibus, ſi hoc ita premiſſum eſt, compleſſet: quod tamen nullo modo fieri poſſe ſciebat, me quoq; uti quęrebat, inueſtituras eccleſiarum refutatarum: ſicut in charta conuentionis plenius poteris uidere. Hæc eſt charta conuentionis eius ad me: Dominus papa præcipiet epiſcopis præſentibus in die coronationis regis, ut dimittant regalia regno, quę ad regnum pertinebant, tempore Caroli, Henrici, & aliorum prędeceſſorum eius, & ſcripto firmauit ſub anathemate, ne quis eorum uel præſentium, uel abſentium, uel ſucceſſorum eorum, intromittant ſe ullo modo, uel inuadant eadem regalia, ideſt ciuitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneum, mercatum, aduocatias, omnia iura centurionum, ideſt uillicorum, turres & uillas, quæ regni erant, cum omnibus pertinentijs ſuis, militiam & caſtra, nec ipſe regem & regnum ſuper his ulterius inquietabit, & priuilegio ſuo ſub anathemate confirmabit, ne poſteri ſui inquietare præſumant. Rege benigno & honorificè ſuſcipiet, & more prædeceſſorum ſuorum catholicorum, ſcienter, non ſubtractò coronabit, & ad tenendum regnum cum his omnibus, officij ſui auxilio adiuuabit. Si dominus papa hæc regi non adimpleuerit: ego Petrus Leonis, iuro, quòd tota potentia mea tenebò ad dominum regem. Obſides autem niſi effugerunt redderemus altero die poſt coronationem regis. Si per papam remanſerint, ut non coronetur, ſimiliter reddemus Dominico die quum Rex ad proceſſionem uenerit, obſides dabo Gratianum filium meum & filium Vizonis filij & filium ſororis meæ, ſi eum habere potero. Hæc ſunt ſacramenta, ex parte domini papæ: Ego Petrus Leonis, iuro uobis, quia dominus papa proximo die dominico adimplebit regi quod in charta conuentionis ſcriptum eſt. Hæc ſunt ſacramenta ex parte Regis: Ego comes Hermannus, ego comes Gotfridus: ego Volmarus: ego Adelbertus iuro uobis: quia dominus Rex proxima 4 uel 5 feria, ita principes iurare faciet, & obſides dabit, ſicut in charta conuentionis ſcriptum eſt. Et ſic obſeruabunt domino papæ, eo tenore, ſi dominus papa proximo die Dominico ſic adimpleuerit regi per omnia, ſicut in charta conuentionis ſcriptum eſt. Ego uerò ut oſtenderem nullam eccleſiarum Dei diſturbationem ex uelle noſtro procedere, in cunctorum oculis aſtantium & auribus hoc decretum promulgaui: Ego

Henricus

ſclaui, Vilzi 400
ſcopa 182
Sebaſte 190.209
ſecunda 295
ſedechias 141
ſedetes 189
ſelenus 138
ſeleucus 175.191
ſeleucus Gallinicus. 179
ſellum 127
ſem 33.45.49
ſemachus 91
ſemeas 119
ſemeleus. 90.91.95.99
ſemiranus 73
ſeneca 218.235
ſenennis 118
ſennacherib 131
ſenſcones 122
ſepithus 134
ſepulchrum uaticinans. col. 401
ſeraphia 258.261
ſerapio 270
ſerapis 78.176
ſerapis ſtadium 252
ſereni Granij pietas. 259 & 260
ſeruch 67
ſeruius Tullus 146
ſeth 3.4.7.32
Sibaris 135
ſichem 83
ſicyon 97.98
ſigeberg 436
ſigefridus 428.429
ſigeuar 425
ſimeon 80
ſimon 175.180.189
ſimonides 137.147
ſimonides poëta 148.156
ſina mons 88
ſinai 142
ſindegerus 426
ſinope 139
ſiſebutus 376
ſiſidis 95
ſiſiphus 95
Socrates 165
ſocrates naſcitur 157
ſocrates rhetor 168
ſocratici 167.169
ſogdianus 166
ſol obſcuratur. 222.475
ſolon 142
ſomer 120
ſophia 368
ſophocles 157.166
ſophonia 139
ſortes 177
ſoſares 93
ſoſarmus 127
ſoſarphus 102
ſoſthenes 117
ſoſtratus 176
ſoter 191
ſotion 218
Spammus 127.141
ſparethus 86
ſparta 82
ſpartæ 99
ſpeuſippus. 167.170.171
ſphinga 101
ſpinaces 121
ſpirances 84
Stagera 138
ſtathius 134
ſtathius rhetor 231
ſtathius Cecilius 184
ſtenelus 91.92.99
ſtephanus protomatyr. 223.226 227
ſtephinaces 136
ſteſichorus 140
ſteſichori mors 147
ſtilla cadit 230


ſtro-

ſtrota ſcriptor 128
ſturnus 399
Subura 371
ſueſsia 148
ſumet 476
ſunderoldus 413
ſuſaſcim 118
Syluius 115
ſyluij unde dicti 111.112
ſymphoroſa 261
ſyracuſa 131
ſyria unde 85
ſyrius 85
ſyrenæ 110

T

Tamiris 102.149
tantalus 97
tarentum 136.177
tarquinius 140.146.
& 148
tarrachus 135
taſsilo 400
taurus 264
tautaneus 110
taxilis 172
Templum incenſum.142
& 150
templum Delphicum incenſum 148
templum Serapis incenſum 270
tenara inſula 139
tenelanthus 78
terentius poëta 187
terentius Varro 190
terræmotus. 166.168. 180.191.219.222. 231.248.254.257 269.317.374.419. 423.469.470.486
tertullianus 275
Thalaſſo 130
thalecus 124
thales 138
thare 68.69.75
tharſum 125
thaſus urbs 95
thautanes 104
theætenus 165
thebeus 95
thebæi 73
thelaſus 80
thelcin 74
thelcines 81
thelegone 90
thelegonia 129.146
theſilia poëta 159
theleſphorus 262
theleſtus 127
themiſtocles 157
themoſis 84
thenelus 91
theos 169
theodolus 257
theodorus Achæus 174
theodora 297.364
theognes poëta 149
theophraſtes 173
theos Antiochus 178
theotaldus 393
thermæ Commodianæ. col. 270
thermæ Traianæ 252
thermon 303
therſippus 118
theſeus. 96.101.103.
& 104
theſpico 125
theſpieus 125
thicios 97
thieocaldus 385
thieſtes.99.101.102
thola 102
thomas 236
thouris 105
thucydides 165
Tiberis 121
tiberius 218.226
ticinum 396
tietburga 408
tietgaudus 408
timoëthes 111
titus Liuius 198
Tmeus 112
Tonoſconcoleros 125
torpetus 242
totila 366.367
Tradanus 95
tragoſides 142
trebeta filius Nini 74
treueris urbs 74
tributa relaxata 258
triopaleſpum urbs 86
tripho 188.291
triptolemus 96.103
trochilus 86
troia capta 104.106
troiani unde dicti 97
tros 97
Tubalcain 28
tullus Hoſtilius 137
Tyrimas 129
tyro 212.351.384
tyrus 100

V

Vaiſarius 396.397
ualdrada 408
ualtramus 443.444
uandali 331.332.343
& 304
uaphres 141.142.145
uarra 458
uarro moritur 208
Vdalricus 420
udilo 293
udo 388
Veij 148
uelph 478
uelphus 404.427
uerina auguſta 353
uerrius 217
uerzeburg obſeſſa 436
uezelo 436
Victor 366
uidradus 428
uienna 333
uigerus 422.478
uigbertus 439.462
uilibaldus 294
uilibrordus 382
uilla, regina 419
uillegiſus 422.423
& 483
uilzi 400
uindibindus 399
uinfridus 387
uinsberg caſtrum 478
uirbinia 157
uirgilius Brunduſii moritur 208
uirgilius Mediolanum, poſtea Romam pergit 198
uirginij filia 159
uites prohibitæ 252
uitigis 364
uitis inuentor 90
uittikind 399
Vndaci aggeres 73
ungari 417.418
Volfaldus 386
uologeſus 266
uormatia cōbuſta 410
uotienus 220
uolſci 148
Vratislaus 425
urbica 330

X

Xanthus 86
Xenophon 169
xerxes 78.149.156
& 166
xeuxippus 110.111

Z

Zabdas 275.302
zachæus 257
zacharias 122.123 127.128.147.150
& 152
zaleucus 137
xameis 74
zara 119
Zeb 108
zebennius 279.280
zeno 165.178
zenobia 297
zenon 295
zethus 95.97
zeuxis pictor 157
Zorobabel 148.149
& 151
zoues 68

## ERRATA.

Columna 77 uerſu 23, lege Cres. | 80,7, Phoroneum. | 90,46, Orus. | 97,38, raptum. 101,47, Sphingam. | 48, Palephatus. | 128, 19, Ælienſibus. 129,34, | Æthiopicam. | 205,51, qui Aſiam & Orientem tenebat, repudiata ſorore Auguſti. | 260,12, Adrianus. | 271,28, Serapio. | 334,24, Honorius 52. | 338,13, Romanorum 52. | 353,46 Odoacre. | 366,7, Vigilius. | 384,6, Iuſtinianus III. | 339,51, Berthrandam. | 421,6, Donus papa ſedit anno uno & quinque menſibus. | 422,19, martyrio. | 422,45 Henricus. | 423,45 annis decem. | 423,47, regem. | 425,18, Vratislaum. | 486,4, Teuthones.

Baſileæ excudebat Iacobus Parcus, expenſis Io. Oporini, anno M. D. LIX.

# MARTINI POLONI, ARCHIEPISCOPI CONSENTINI, AC SVMMI PONTIFICIS PŒNITENTIARII, IN CHRONICAM SVAM PRAEFATIO.

QVONIAM ſcire tempora ſummorũ Pontificum Romanorum & Imperatorum & aliorũ Principum, ipſorum cõtemperaneorũ, quàm plurimùm inter alios Theologis ac Iuriſperitis expedit: ego MARTINVS, domini Papæ pœnitentiarius & capellanus, ex diuerſis Chronicis & geſtis ſummorum Põtificum & Imperatorũ, præſens opuſculum: per annos incarnationis Domini, ab ipſo Põtifice IESV CHRISTO, & ab Octauiano primo Auguſto, ſiue Imperatore: per Pontifices & Imperatores deſcendendo, uſque ad Iohannem uigeſimumprimum, papam, deduxi incluſiuè in una pagina. Eo anno Domini, quo creati fuerint, ponendo Pontifices: in alia pagina econtrà ſub eiſdem annis, eo anno quo creatus quiſque fuit, ponendo Imperatores. Et quia tam Pontifices quàm Imperatores, Romanæ urbis eſſe dicuntur: idcirco conueniens arbitratus ſum, de conditione & ſtatu Vrbis, aliqua prædicere, ut ſic de ipſis Pontificibus & Imperatoribus, ordinatius poſſim procedere.

*Specialis tractãdi modus in hac Chronica.*

¶ Compilaui autem præſens opuſculum, ex ſcriptis Titij Liuij.
Ex Chronicis Oroſii.
Ex Chronicis Damaſi papæ, de geſtis Pontificum.
De geſtis Boniſii epiſcopi Sutrini, de geſtis Pontificum.
Ex Chronicis Pauli Romani diaconi & cardinalis, de geſtis utrorunque.
Ex Chronicis Gilberti, de geſtis utrorunque.
Ex Chronicis Richardi, monachi Cluniacenſis.

*Vnde hæc deſumpta.*

Ex Chronicis Geruaſii.
Ex Chronicis Methodij.
Ex Chronicis Gotfridi Viterbienſis.
Ex Chronicis fratris Vincentij Beluacenſis.
Et aliqua accepi ex Decreto.
Et quædam ex Paſsionibus ſanctorum.

*Diſtributio.* ¶ Primò ergo dicendum eſt, de quatuor regnis maioribus, de quibus Romanum ultimum fuit.

Secundò, de tempore quo Roma incœpit.
Tertiò, de perſonis à quibus ipſa cœpit.
Quartò, de modo quomodo incœpit.
Quintò, de rectoribus ſuis, & regimine quo profecit.

# MARTINI POLONI, ARCHIEPISCOPI CONSENTINI, DE QVATVOR MAIORIBVS REGNIS, ET RO*manæ urbis exordio,* *Libellus.*

SICVT enim dicit Oroſius, ad beatum Auguſtinum ſcribens: A mundi creatione, uſque ad Vrbem cōditam, anni ſunt quatuor milia quadringenti, octuaginta quatuor: & ab Vrbe cōdita uſq; ad natiuitatem CHRISTI, anni ſeptingenti quindecim colliguntur. Et ita ab origine Mundi, uſque ad aduentum CHRISTI, fluxerunt anni quinq; mille, ducenti, minus uno.

*Quot anni ab origine Mūdi uſq; ad* CHRISTI *aduentū: uerſus,* ADIESVM *duo centum minus uno milia quinque.*

¶ Reperiuntur autem inter alia regna, quatuor fuiſſe maiora, ſecundum quatuor climata mundi: uide licet,

Babylonicum, ab Oriente: quod incœpit à Nino, tempore Abrahæ.

Carthaginenſe, à Meridie: quod incœpit tempore Iudicum, ſub Thola duce, quando Carthago condita eſt.

Macedonicum, à Septentrione: quod incœpit ab Alexandro, tempore Machabæorum.

Romanum, ab Occidente: quod cœpit à Romulo.

Quorum regnorum duo media, minora: primum uerò & ultimum, maiora: ſcilicet potentia & duratione, leguntur.

¶ Et ſicut omnes hiſtoriæ Babylonicæ, à Nino, cuius uxor Semiramis Babyloniam inſtaurauit: ſic à Proca, qui proauus Romuli fuit, Romanæ hiſtoriæ initium habuerunt: quemadmodum Oroſius dicit. *Similitudo.*

Item, ſicut à primo anno Imperij Nini, quouſque à Semiramide Babylonia tempore Abrahæ inſtaurare cœpit, fluxerunt anni ſexagintaquatuor: ſic etiam à primo anno Procæ, quo regnare cœpit, uſque ad conditionem Vrbis, quæ facta eſt à Romulo, fluxerunt ſimiliter anni ſexagintaquatuor.

Cuius Babyloniæ caſum & excidiū, rex Cyrus fecit, tempore Eſdræ & Zachariæ prophetarum. Nam quum Cyrus Orientem magna ex parte ſubieciſſet, ad Babyloniam, quæ alijs ciuitatibus opulētior fuit, acceſſit: ſed Euphrates, & alius fluuius ſibi obſtitit. Quumq; unus de ſuis militibus, nō ſolùm audacior, uerùm etiam forma excellentior tranſitum attentaret, & fluuij rapacitate abſorptus fuiſſet, Rex Cyrus dolens pro milite, iratus proteſtatus eſt, flumen quod tam præclarū militem uoraſſet, adeò meabilem ſe facturū, ut genua mulierum tranſeuntiū non tangeret: quod & factum eſt. Nam per campi amplitudinem, in quadringentos ſexaginta alueos diuiſit. Sic & Euphraten fluuium ualidiſsimū per mediam Babyloniā fluentem, à ciuitate auertit. Et ſic per alueum, in loco aquarum multarum, ſicut prophetauit Abacuc, hoſtiliter intrauit ciuitatē, cepitq; urbem: quam (ſicut dicit Oroſius) uel humano opere conſtrui, uel humana uirtute deſtrui

*Qualiter Babylon capta.*

*Abac.cap.1.*



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

*Deſcriptio Babyloniæ.*

potuiſſe, penè incredibile apud mortales erat. Nam ciuitas in campi planitie ſita, undique conſpicua, natura loci amœniſsima, per quadrum fuit diſpoſita. Murorum eius latitudo fuit quinquaginta cubitorum, & in longitudine quatuor tantùm. Murus eius ex cocto latere, atque interfuſo bitumine compactus fuit. A fronte murorum, cẽtum portas æreas habebat, & circuitum eius quadringentis & octoginta ſtadijs ambiebatur: qui ambitus, quinquagintaunum miliare continebãt. Plura alia mirabilia de ipſa ſcribit Oroſius.

## DE TEMPORE QVO ROMA INCŒPIT.

TEmpus quo Roma incœpit, fuit poſtquàm fluxerunt à creatione Orbis, anni quatuor milia quadringenti octogintaquatuor: anno poſt euerſionem Troiæ quadringenteſimoquarto, quando regnauit in Iudæa rex Achas: longè enim ante creationem Vrbis. Plerique, in Italia circa locum, ubi poſt Vrbs condita eſt, leguntur regnaſſe:

Et primus Creteis Saturnus uenit ab oris.

*Latini nomen, unde ortum.*

Qui Saturnus, eunuchus factus per Iouem filium ſuum, fugit à facie filij, de Creta nauigio inde Italiam ueniens, propè ubi nunc Roma eſt, in ſyluis & rubis, timore filij latuit abſconditus. Et ideo Latini pòſt, regionem illam Italiam, quaſi abſconditam uocauerunt. Is Saturnus tũc docuit populos terrę domos ædificare, laborare terras, plãtare uineas, & uiuere ſicut homines: nam à natura neſciebant laborare, ſed erãt ueluti beſtiæ, mãducantes glandes: & habitabãt in cryptis & in caſellis de frondibus coopertis. Et pro his omnibus, non ſolùm à ruſticis ſylueſtribus princeps eorum factus eſt, ſed etiam Deus nominatus eſt. Quòd rex factus, ob timorem filij, non longè à loco ubi nunc Roma ſita eſt, ciuitatem conſtruxit: quam ſuo nomine Saturniam appellauit, quæ modò Sutrinum eſſe dicitur, ubi primum granum ſeminatum aſſeritur.

*Saturnus quare deus dictus.*

*Sutrinum à Saturno ædificatum.*

Poſt Saturnum regnauit Picus, filius eius.

Poſt Picum, regnauit Faunus, filius eius, qui fuit pater Latini.

*Latini unde dicti.*

Deinde regnauit Latinus, qui Latinam linguam emendauit: & Latini de ſuo nomine appellati ſunt.

Hi prædicti Reges, regnauerunt centum quinquaginta annis, ante aduentum Æneæ, de quo proceſſerunt, qui pòſt Romam conſtruxerunt.

## DE PERSONIS A QVIBVS ROMA CONDITA EST.

PErſonæ uerò à quibus Roma condita & dominata eſt, à Troianis, id eſt ab Ænea duce Troianorũ, originem habuerunt. Nam Troia poſtea capta eſt, tertio anno Abdon, qui iudicauit Iſraël. Cuius deſtructio fuit ante Vrbem conditã trecenteſimo trigeſimo anno. Nam propter raptum Helenæ, coniuratio Græcorum, & concurſus mille nauium, & poſt decennem obſidionem, Troiæ excidium ſequutum eſt. In quo decennio, quàm cruentiſsimo bello, & quãtas nationes & populos ille turbo inuoluerit atque afflixerit, Homerus poëta lucidiſsimè oſtendit. Poſt cuius excidium, exierunt inde Æneas, & Anchiſes pater eius, & Aſcanius filius Æneæ: & nauigantes duodecim nauibus, deuenerunt in Siciliam. Vbi Anchiſe patre mortuo, quum uellet nauigare in Italiam, per tempeſtatem maris deuenerũt in Aphricam. Hîc autem à Didone regina, quæ Carthaginem dicitur cõſtruxiſſe, nimium adamatus poſt aliquem timorem contractum, relicta Didone & Aphrica, in Italiam deuenit. Vbi quum in portum

*Troianum bellum.*

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

portum ubi Tyberis influit mare, applicuiſſet: dictum eſt ei in ſomnis, Vade ad Regem Euandrum, qui regnat in Septem montibus (ſcilicet in eo loco, in quo Roma poſtea condita) & pugna contra Latinum regem: & tu iuuabis eum, quia tibi debetur regnũ Italiæ. Et ut credas, do tibi iſtud ſignum: Quando proceſſeris, inuenies ſub arbore ilice, ſuem uel porcam cum triginta filijs albis. Et ibi, ex hoc euentu, poſtea ciuitas ædificata eſt, quæ uſque hodie Albanum nomen accepit. Quum autem Euander uidiſſet Æneam, ſuſpicatus hoſtem, ſibi cum armis occurrit. At Æneas hoc cernens, tulit ramum oliuæ: ſibi oſtendens in ſignum pacis, more antiquorum: qui de terra ad terram tranſeuntes, ne crederentur hoſtes, ramum oliuæ in manu deferebãt, pacem prætendendo. Confœderati itaq; Æneas & Euander contra Latinum regem, Turnus rex Tuſciæ, qui fuit gener Latini, eo quòd filiam Lauiniam haberet in uxorem: uenit in ſuccurſum regis Latini: qui bello ſimul inito, Pallas filius Euandri occiditur à Turno: cuius corpus & ſepulchrum poſtea in urbe Roma, tempore Henrici ſecundi inuentum fuit: quemadmodum infrà legitur, ubi de Henrico ſecundo, imperatore ſcribitur. Turno autem occiſo, Æneas Lauiniam eius uxorem, filiam Latini Regis duxit in uxorem: & poſt mortẽ Latini, Æneas tenuit regnum Latinorum tribus annis, anno tertio à captiuitate Troiæ.

*Albanum unde dictum.*

*Pallas occiſus.*

Eo enim mortuo, accepit Aſcanius filius Ænee (quem ex Troia ſecum adduxerat) regnum: & Albanum ciuitatem, tempore Samſonis, quando iudicauit Iſraël, conſtruxit: à qua Latini reges dicti ſunt Albani. Aſcanius uerò quum regnaſſet octodecim annis, mortuus eſt.

Lauinia uerò ab Ænea concepit filium, at poſt mortem Æneæ genuit ipſum: qui ex hoc, Poſthumus dictus eſt: quia poſt mortẽ patris natus eſt. Idem quoq; dictus eſt Syluius, quoniam in ſylua nutritus: qui & regnauit annis uigintinouem poſt Aſcaniũ: propter quem & omnes Albanorum Reges, qui ab ipſo deſcenderunt, Syluij dicti ſunt.

*Syluius Poſthumus unde dictus.*

Poſt hunc regnauit Æneas Syluius, filius Poſthumi Syluij, annis triginta & uno.

Poſt hunc regnauit Latinus Syluius, quinquaginta annis: ſub quo prophetauit Gad & Nathan, tempore Dauid: ſub quo etiam dicitur Carthago condita.

*Carthago condita.*

Poſt hũc regnauit Alba Syluius, annis quadraginta: tẽpore Salomonis.

Poſt hunc regnauit Ægyptus Sumachis Syluius, annis uigintiquatuor: tempore Roboam in Iudæa.

Poſt hunc regnauit Capis Syluius, annis uigintiocto: tempore Aſa in Iudæa. Ipſe fecit Capuam in Campania.

*Capua cõdita.*

Poſt hunc regnauit Calpetus Syluius, annis tredecim: tempore Ioſaphat in Iudæa.

Poſt hunc regnauit Tyberius Syluius, annis nouem: ſub Ochozia rege Iudæ. A quo Tyberio, Tyberis flumen nomen accepit: nam Albula antẽ dicebatur: ſed Tyberio intus ſubmerſo, nomen à uiro accepit, & retinuit: ſicut dicit Titus Liuius.

*Tyberis fluuius unde dictus.*

Poſt hunc regnauit Agrippa Syluius, quadraginta annis: tẽpore Achab in Iudæa. Hoc tempore dicitur floruiſſe Homerus in Græcia.

*Homerus.*

Poſt hunc regnauit Syluius Aremulus, annis nouemdecim: tempore Ioas in Iudæa. Hic præſidium Albanorum inter montes ubi nunc Roma eſt, poſuit.

Poſt hunc regnauit Auentinus, annis trigintatribus: qui & parti Vr-



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

bis,nomen reliquit: quia ibi poſtea ſepultus fuit: uixit tempore Amaſiæ regis Iudæ.

Poſt hunc ſucceſsit ei in regnum Albanorum, Procas filius Auentini, & regnauit annis uigintitribus,tempore Oſiæ regis Iudæ.

Poſt hunc regnauit filius eius Amulius Syluius, annis quadragintatribus:qui fratrem ſuum Numitorem eiecit è regno,tempore Ioathan regis *Rhea.* Iudæ. Ex cuius Numitoris filia,Rhea nomine,quum uirgo eſſet,in templo deæ Veſtæ eiecta, & Mars cum ipſa occulte cōcubuiſſet,nati ſunt duo gemelli:uidelicet Remulus, & Remus:quorum mater, propter inceſtum quod commiſerat,ſecundum leges quæ tunc conſtitutæ fuerant, uiua ſepulta fuit.Filij,ſcilicet Remus & Romulus, iactati ſunt in rubis prope ripam Tyberis:ubi & à lupa lactati fuiſſe dicuntur.Reperiēs autem eos qui- *Laurentia.* dam paſtor Fauſtulus nomine,portauit eos ad Laurentiam uxorem ſuam, & nutriuit eos. Ipſam uerò Laurentiam,quia erat formoſa meretrix, & multum de corpore ſuo lucrabatur,uicini eius Lupam uocauerunt.A qua, *Lupanaria unde dicta.* etiam cellula ubi meretrices habitant,dicta ſunt Lupanaria. Tamen ſiue prædicta Laurentia uxor paſtoris, quæ Remum & Remulum lactauit,dicta ſit Lupa,ſiue non:quòd uera lupa lactati fuerint,antiquæ ſcripturæ in marmoribus & lapidibus quæ in Vrbe reperiuntur, hoc repræſentant:& *Remus, Remulus.* etiam Titus Liuius ita ſcribit. Prædicti ergo Remus & Remulus,quum creuiſſent,congregauerunt paſtores & latrones, & Amulium Regem,qui auum erat eorum,Numitoremq́ de regno eiecerat,occiderunt,auum eorum in regno deponendo.

Ab his ergo duobus,ſcilicet Remo & Romulo, de Ænea Troiano deſcendentibus, Roma conſtructa fuit, & nomen accepit, à deſtructione Troiæ quadringēteſimo quinquageſimoquarto(ſicut dicit Oroſius) tempore Achaz regis Iudæ.

## DE MODO QVO ROMA INCŒPIT.

*Babel turris.* MOdum autem conſtructionis & diſpoſitionis Romanæ urbis, demonſtrat Methodius,ſic dicēs:Poſtea quàm filij Noë ædificauerūt turrim confuſionis,Noë tunc aliquando ratem ingreſſus,uenit in Italiā,& non longè ab eo loco,ubi nunc eſt Roma,ciuitatem cōſtruxit,nominis ſui: in qua,& laboris & uitæ terminū dedit. Ianus uerò filius,unà cum Iano filio,Iaphet nepote ſuo,& Cameſe indigena, ciuitatem Ianiculum cōſtruxit,& regnum accepit. Hic cum dicto Cameſe,apud Tranſtyberim palatium conſtruxit,quod Ianiculum appellauit,in loco,ubi nunc Eccleſia ſancti Ioannis ad Ianiculum ſita eſt.

Eodem tempore Nembroth,qui & Saturnus,à Ioue filio ſuo eunuchiſatus,ad prædictum iam regnum peruenit:eiusq́ iuuamine fultus,cōſtruxit ciuitatem ubi nunc Capitolium eſt.

Illisq́ temporibus,Italus rex ad Ianum & ad Saturnum, cum Syracuſanis ueniens,conſtruxit ciuitatem iuxta Albulam fluuium, qui poſtea Tyberis dictus.

Hercules quoq́ filius ipſius,poſtea hic cum Argiuis ueniens (ut Varro ſcribit) fecit ciuitatem Valeriam,ſub Capitolio.

Poſt hunc,rex Tyberis, ab Oriente cum gente ſua ueniens, ædificauit ciuitatem iuxta Tyberim.

Demum Euander rex Arcadiæ fecit ciuitatem in monte Palatino.

Similiter rex Corybantij, cum exercitu ueniens, conſtruxit ciuitatem iuxtà,in ualle.

Glaucus

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

Glaucus etiam filius iunior filij Iouis, ueniens, ciuitatis mœnia ibidem conſtruxit.

Poſtquàm ueniens Romam, filia Æneæ cum multitudine Troianorũ, ibidem ciuitatem conſtruxit.

Auentinus quoque rex Albanorum, in monte Auentino ciuitatem & Mauſoleum ſibi extruxit.

Anno autem quadringenteſimo quinquageſimoquarto deſtructionis Troiæ, Romulus Priami Troianorum regis ſanguine natus, fratre ſuo iam mortuo, anno ætatis ſuæ uigeſimoſecundo, decimoquinto calendis Maij, omnes ciuitates prædictas muro cingere cœpit, & perfecit, & ex ſuo nomine Romam nominauit. Et in ea Sabinenſes, Albanenſes, Thuſculanenſes, Policanenſes, Celenenſes, Citanenſes, Camerinenſes, Campennati, Lucani, & omnes penè nobiles ex Italia, cum uxoribus & filijs conuenerunt ibi habitaturi. *Vrbis magnitudo.*

Habet autem turres trecentas ſexaginta. In circuitu uerò eius, ſunt miliaria uigintiduo, præter Transtyberim & ciuitatem Leoninam, cum quibus dicitur habere quadragintaduo miliaria.

Titus autem Liuius in Prologo ſuo de Romanis ait, quòd tempore paupertatis nuſquam alter locus ea ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit: & quanto rerum minus habuit, tanto minus cupiditatis habebat: at poſtea diuitiæ, auaritiam & luxuriam induxerunt.

## DE PORTIS PRINCIPALIBVS.

POrtæ principales Vrbis ſunt hæ:

Porta Capena, quę dicit Porta ſancti Pauli, iuxta ſepulchrũ Remi.

Porta Appia, quæ ducit ad Domine quò uadis, & ad Catatumbas.

Porta Latina, iuxta quam ſanctus Ioannes in oleo coctus fuit.

Porta Aſinaria, Lateranenſis.

Porta Metronij, ubi riuus influit ciuitatem.

Porta Lauicana, quæ Maior dicitur, quæ eſt circa Sanctam Crucem.

Porta Taurina, uel Tyburtina, quæ dicitur Sancti Laurentij.

Porta Numentana, quæ ducit ad Sanctam Agnetem.

Porta Salaria, quæ ducit uerſus Sanctam Sabinam.

Porta Pinciana, quæ eſt circa eccleſiam ſancti Felicis in Pincis.

Porta Flaminia, quæ eſt circa eccleſiã ſanctæ Mariæ de Populo, & per eam itur ad Pontem Miluium.

Porta Collina, quæ eſt prope templũ Adriani, circa Pontẽ ſancti Petri.

Trans Tyberim ſunt portæ tres, & in ciuitate Leonina tres.

## DE PALATIIS.

PAlatium Maius, erat in medio Vrbis, uelut ſignũ Monarchiæ Orbis.

Palatium Romuli, quod erat iuxta tugurium Fauſtuli.

Palatium Neronis, Lateranenſe, prope ſanctũ Marcellinũ & Petrum. Et dictum eſt Lateranenſe, à latere Septentrionalis plagę, in quo ſitum eſt. Vel à rana, quam Nero latenter peperit. *Lateranenſis unde dictus.*

Palatium Suſurrianum, ubi modò eſt eccleſia Sanctæ Crucis.

Palatium Pacis, ubi Romulus poſuit ſtatuam ſuam aureã, dicens, Non cadat, donec uirgo pariat.

Palatium Traiani.

Palatium Adriani, ubi eſt columna.

Palatium Claudij, prope Pantheon.

Palatium Antonini, ubi eſt alia columna.



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

Palatium Neronis, ſupra Hoſpitale Sancti ſpiritus, uſque ad ſanctum Petrum.

Palatium Camilli.

Palatium Iulij Cæſaris, ubi requieſcit.

Palatium Cromatij.

Palatium Euphemiani, in monte Auentino.

Palatium Titi & Veſpaſiani, extra muros ad Catatumbas.

*Statua equitis ærei.* Palatium Conſtantini, ubi eſt quidam equus æreus, cum inſidente, qui dicitur Conſtantinus, ſed non eſt. Tempore enim quo Conſules & Senatores Vrbem regebant, quidam armiger magnæ formæ, uirtute audax, quendam regem potentiſsimũ qui Vrbem obſidebat, captata hora quum idem rex ad ſecreta naturæ iuiſſet, ad locum conſuetum, rapit, & deportat in Vrbem: & ſic ſoluta fuit obſidio Vrbis, Romanis exercitum eius ad nihilum deducentibus: & hoc memoriale factum eſt armigero, ut petijt.

Palatium Domitiani trans Tyberim, ad Micam auream.

Palatium Olympiadis, ubi aſſatus eſt ſanctus Laurentius.

Palatium Octauiani, ubi eſt eccleſia ſancti Syluestri ad Caput.

Palatium Veneris, apud Scholam Græcam.

Palatium Ciceronis, ubi nunc eſt domus filiorum Petri Leonis.

*Infernus.* Palatium Catilinæ, ubi eſt eccleſia ſancti Antonij, iuxta quem eſt locus qui dicitur Infernus: eo quòd ex antiquo tempore, erat ibi uorago, ex qua exhalatio magnam perniciem Romanis inferebat: ubi Marcus Curtius, ut liberaret ciuitatem, reſponſo deorum, armatus proiecit ſe, & clauſa eſt terra, & ciuitas liberata.

*Thermæ.* Palatia uerò quæ dicuntur Thermæ, ſunt hæc: uidelicet, Thermæ Antonianæ, Tyberianæ, Nepotianæ, Domitianæ, Maximianæ, Lucinianæ, Diocletianæ, Olympiadis, Agrippinæ, Alexandrinæ.

*Capitolium.* Capitolium uerò erat caput Mundi, ubi Conſules & Senatores morabantur, ad gubernandum Orbem. Cuius facies erecta erat, muris altis & firmis, uitro & auro undique coopertis, ut eſſet in ſpeculum cernentibus omnibus.

## DE TEMPLIS IDOLORVM.

IN ſummitate arcis Capitolij, fuit templum Iouis: in quo erat ſtatua aurea Iouis, ſedens in aureo throno: ubi etiam fuit templum aſylum, in quo interfectus eſt Iulius Cæſar.

Sub Capitolio, ubi iacet ſimulachrum Mamertini, fuit templum Iouis.

Vbi eſt Sancta Maria, fuit templum Fatale.

Ad ſanctum Adrianum, fuit templum Refugij.

Ad ſanctum Sergium, fuit templum Concordiæ.

In Canapara, fuit templum Cereris & Telluris.

Templum Veſtæ, ubi dicitur Infernus & draco cubare.

In eccleſia ſancti Coſmæ, fuit templum Aſylum.

Retro ſanctum Coſmam, fuit templum Pacis.

Superius, fuit templum Romuli.

*Bibliothecæ Vrbis.* Vbi eſt Sancta Maria Noua, fuit templum Concordiæ & Pietatis, ubi prope fuit Carthularium, eo quòd fuit ibi Bibliotheca publica, ex quibus uiginti octo fuerunt in Vrbe.

Ante Colliſeũ, fuit templum Solis, ubi fiebant cæremoniæ ſimulachro quod ſtabat in ſummitate Colliſei, habens in capite coronã auream, gemmis ornatam: cuius manus & caput ſunt in Laterano.

Septiſo-

Septiſolium, quod fuit ſeptem ordinibus columnarum ſubnixum, fuit templum Solis & Lunæ.

Ibi prope fuit Sancta Balbina, in Aſbeſton, ubi fuit Mutatorium Cæſaris. Ibi fuit candelabrum factum de lapide Aſbeſton, qui ſemel accenſus, & ſub diuo poſitus, nulla arte extinguitur: qui locus inde dictus Aſbeſton, quia ibi fiebant albæ ſtolæ Imperatorum. Ibi poſt altare, eſt imago Saluatoris diuinitùs picta.

*Aſbeſton lapis.*

Circus Priſci Tarquinij, qui fuit inter montem Auentinum, & Maius palatium, duabus portis, una ab Oriente, altera ab Occidente claudebatur, fuit miræ pulchritudinis, & ita diſpoſitus, quòd nemo Romanorũ offendebat alterum in uiſione ludi, qui ibi fiebant. Ibi erant duo equi ærei deaurati, in faſtigio arcuum ſiue portarũ eleuati: unus ab Oriente, alter ab Occidente: qui ſua diſpoſitione uidebantur prouocare equos ad curſum: quos Conſtantinus ſecum in Conſtantinopolim deportauit.

*Circus Tarquinij.*

In Eſquilino monte, qui eſt inter ſanctam Mariam Maiorem & Lateranum, ubi quædam adhuc columnæ & imagines apparent, fuit templum quod uocabatur Cymbrũ, eo quòd Cymbros, id eſt Germanos deiecerat.

Vbi nunc eſt Sancta Maria Maior, ibi fuit templum Cybeles.

Ad ſanctam Mariam de Fontana, fuit templum Fauni: quod ſimulachrum loquutum eſt Iuliano, & decepit eum.

Templum Veneris, fuit ad ſanctum Petrum ad uincula.

In monte Iulio, ubi nunc dicitur Menſa Imperatoris, fuit templum Iouis & Dianæ.

Iuxta caballos marmoreos, fuit templum Saturni & Bacchi, ubi adhuc apparent ſimulachra eorũ. Caballi uerò marmorei quare fuerant facti, breuiter tangam. Tempore Tyberij uenerunt Romam duo iuuenes philoſophi, Praxiteles & Phidias, qui penitus nudi incedebãt. Quos quum Imperator interrogaret, cur nudi incederent: reſponderunt, Quia omnia nobis nuda ſunt, & aperta, & quia mundana omnino contemnimus, & nihil poſsidemus: quia quicquid tu dixeris in ſecreto, nobis apertum eſt & notum. Quod quum Imperator comperuiſſet ita eſſe ſicut dixerant, impleuit eis promiſſum quod petierunt, tale memoriale relinquendo.

*Praxiteles & Phidias.*

Vbi nunc dicitur Sancta Maria Rotunda, fuit templum Cybeles, quæ fuit mater deorum. De cuius conſtructione habes infrà, ubi ponitur Domitianus Imperator.

Ibi iuxta fuit templum Mineruæ, ubi ſimulachrum eius colebatur: ibi nunc eſt Eccleſia, quæ dicitur Sancta Maria de Minerua.

Ad Gradellas, fuit templum Solis.

Vbi eſt Sanctus Stephanus Rotundus, fuit templum Fauni.

In Elephanto, fuit templum Sibyllæ & templum Ciceronis, ubi nunc eſt domus filiorum Petri Leonis.

Ibi etiam eſt carcer Tullianus, ubi eſt eccleſia ſancti Nicolai.

Ibi etiam conditum fuit templum Iouis, ubi fuit pergula aurea.

Ad ſanctum Angelum, fuit templum Seuerianum.

Ad uellus aureum, fuit templum Mineruæ.

Ad pontem Iudæorum, fuit templum Fauni.

Ad ſanctum Stephanum in piſcina, fuit templum quod dicebatur Coloſſeum, totum de cryſtallo & auro factum: ubi erat aſtronomia, cum omnibus Signis cœli: quod legitur, ſanctus Sebaſtianus cum Tyburtio filio Cromatij deſtruxiſſe.

Ad ſan-

Ad ſanctam Mariam trans Tyberim, fuit templum Rauennatium:& fuit domus meritoria, ubi ſcilicet merebantur milites, qui gratis ſeruiebant Senatui.

Sub Ianiculo, fuit templum Gorgonis.

In inſula, fuit templum Iouis & Æſculapij.

Hic & alia multa palatia, & tẽpla Imperatorũ, Cõſulum, Senatorũ, Præfectorũ & ciuiũ, in urbe Roma fuit, miræ pulchritudinis: ex auro, argento, ære, ebore, ac precioſis lapidibus & marmoribus diuerſorum colorum.

## DE RECTORIBVS ET REGIMINE VRBIS.

EXpedito modò conſtructionis Vrbis, quantum ad muros, turres, portas, palatia, & templa, quibus urbs Roma extitit decorata: ulterius procedendũ eſt ad eos, quæ ipſam rexerunt & gubernauerunt: ut ſic perueniamus conuenientius ad Pontifices & Imperatores ipſius.

Poſt antecedentes rectores, Romulus ergo & Remus, ſicut primi Romanam urbem cõdiderunt: ſic & primi in eadem dominati fuerunt. Nam quum haberent annos octodecim, quia gemelli ſunt, congregatis paſtoribus & latronibus fecerũt paruam ciuitatem in monte Palatino: per illam, & per tyrannidem, omnes alias ſubiugauerunt, ibidem conſtructas.

*Remi mors.*

Sed anno tertio ab Vrbe condita, Remus occiſus eſt, raſtro paſtorali, à Fabio, duce Romuli: quum contenderent de augurio uulturum, quod uterque uiderat. Nam ſicut dicit Titus Liuius, quum fratres gemelli eſſent, & eiuſdem ætatis, quis eorum cõditam Vrbem, tanquam ſenior regeret: conduxerunt, ut per auguriũ determinaretur. Quumq; propter hoc in montem Auentinum uterq; cum ſuis aſcendiſſet, priori Remo dicũtur apparuiſſe ſeptem uultures: Romulo uerò, quum duplex numerus uulturum ſe oſtendiſſet, uterque ſe felicius augurium habere aſſerebat. Remus, propter hoc quia prius uiderat: Romulus uerò, quia numero auium ſuperabat, ſe dicebat præualuiſſe. Et ſic in ſeditionem uerſi, Remus in turba occiditur. Vulgarior tamen opinio eſt, Remum, quia nouos muros contra ſtatutum tranſilierat, interfectum.

*Senatores, unde dicti.*

Mortuo ergo fratre, quum Romulus ſolus regeret, elegit centum ſenes pro conſilio, quos & Senatores appellauit.

*Milites, unde dicti.*

Mille etiam pugnatores elegit: quos à millenario numero, Milites appellauit.

Quumq; populus eius uxores non haberẽt, per fraudem rapuerunt filias Sabinorum: & propter hoc, poſtea bellum habitum à Romulo. Victoria obtenta, Sabini cum Romanis pacem fecerunt.

Poſt hoc, Romulus apud plaudem Capreæ, tempeſtate magna orta, & tonitruus, circundatus nube, nuſquam comparuit: & nomine Quirini, inter deos conſecratus eſt.

*Interregnum.*

Poſt Romulum, ſenes prædicti, Rempublicam rexerunt per annum & dimidium: quod regnum appellatur Intertempus.

Poſt Romulum, regnauit Numa Pompilius annis quadraginta & uno: tempore Ezechiæ in Iudæa. Hic primus, militibus ſtipendia ordinauit. Ianuarium & Februarium anno addidit. Tunc ſibylla Erithræa claruit.

Poſt hunc regnauit Tullus Hoſtilius, tempore Manaſſæ in Iudæa. Hic primùm purpura uſus eſt: qui poſt longam pacem, bello reparauit Albanos, & Veientes, qui à Roma diſtabant per octodecim miliaria: & Fidenates, qui per duodecim miliaria diſtabãt, trans Tyberim uicit. Tandem

poſtquàm

poſtquàm regnaſſet per trigintaduos annos, cum tota domo ſua fulmine arſit: Item, alia Sibylla, quæ à Samo, Samia dicta eſt, tunc claruit. Hoc tempore, Byzantium à Rege Spartanorum condita eſt: quæ poſtea Conſtantinopolis dicta eſt. *Byzantiũ conditur.*

Poſt hunc, quartus Romanorum rex Ancus, regnauit: tempore Ioſię in Iudæa. Hic ſupra mare, decimoſexto miliario ab Vrbe, Hoſtiã ciuitatẽ condidit, & regnauit annis uigintitribus. *Hoſtia conditur.* Is Ancus, primũ pontem trans Tyberim, inter montem Auentinum & Ianiculum fecit.

Poſt hunc, quintus Romanorum rex, Priſcus Tarquinius regnauit annis trigintaſeptem: tempore Ioachim regis Iudæ. Hic Circum ad ludos Romæ ædificauit: muros & cloacas, quæ aquam & lutum Vrbis deferrẽt in Tyberim, conſtruxit. Capitolium fabricare cœpit: & dictum eſt Capitoliũ, quia cũ fundamenta foderentur, inuentũ fuit caput hominis ſine corpore. *Capitolium unde dictum.*

Poſt hunc regnauit Seruius Tullius, ſextus rex Romanorum: tempore Sedechię regis Iudę. Hic foſſas circa muros Romanos duxit. Et ordinauit primus, ut tolleretur cenſus, de quo ante hũc ignorabatur. Tandem occiſus eſt à Tarquinio Superbo. Hoc tempore excidium Iudæorũ factum eſt per Nabuchodonoſor regem Chaldæorum, tempore Sedechiæ regis.

Poſt hunc regnauit Tarquinius ille Superbus, rex Romanorum ſeptimus, in diebus Cyri, annis trigintaquinq;. Hic primus excogitauit omnia tormentorum genera, cathenas, exilium, tormenta, carceres, compedes, & huiuſmodi alia. Hic propter Tarquinium filium ſuum, qui Lucretiam nobilem fœminam, genere & uirtute, ui corruperat, à regno eſt expulſus. Quæ Lucretia, poſt querimoniam de uituperio, marito & patri & conſanguineis ſuis factã, ſeipſam occidit, propter uituperij dolorem. Tarquinius de Roma expulſus, ad Porſennam regem Cluſinum confugit. Qui rex, cum exercitu Tuſcorum & aliorum, contra Romam ueniens, uſq; ad littus Tyberis, circa Ianiculũ, magnũ timorem Romanis incuſsit. Sed pace facta cum Romanis, obſedit Aretium.

Poſt Tarquinium Superbum, ceſſauerunt Reges in Vrbe regnare: qui regnarunt per annos ducentos quadraginta: & ordinauerunt Romani Rempublicam regendam per Cõſules: & ſtatuerunt quòd duo Conſules per unum annum regerent. Idcirco, per annũ unum debebant eſſe: ne ex protractu temporis, ex dominio in ſuperbiam erigerentur. Duo autẽ eligebantur, ut unus alterum in factis Reipublicæ, ſi excederet, conſtringeret. Tunc enim Roma uix adhuc uſq; ad quintumdecimũ lapidem, Imperiũ tenebat. *Miliare.* Miliaria autem lapidibus tunc diſtinguebantur, ſicut modò alicubi termini agrorum per lapides diſtinguuntur. Fecerunt ergo tunc Conſules, Lucium & Brutũ. His temporibus, Pythagoras Romæ obijt, & Anaxagoras, & Socrates in carcere uenenum bibit. Ariſtoteles audiuit Platonem, decimumoctauum annum agens.

LIBELLI FINIS.

# MARTINI POLONI, ARCHIEPISCOPI CONSENTINI, POST EXACTOS REGES ROMANORVM, *ad* CHRISTVM *uſque*, *Supputatio.*

Anni à cõdita Vrbe, 244

ANNO poſt Vrbem conditam ducenteſimo quadrageſimoquarto, Brutus apud Romanos conſul primus factus eſt. Cuius tẽpore, Sabini, graui manu & apparatu, Romam contendunt inuadere: propter quod Romani Dictatorem creant, qui Conſules potentia præiret. His temporibus facta eſt Romæ diſſenſio plebis à Senatu. Eo tempore, Cyrus rex Perſarum, Babyloniam magnam cepit & deſtruxit: ſicut ſuprà in principio tractatum eſt.

## DE BINIS CONSVLIBVS.

260 ANno decimoſexto, poſtquàm reges Romanorũ ceſſauerunt, & bini Conſules facti fuiſſent, populus cõquerebatur de oppreſsione Conſulum & Senatus: & ideo facti fuerunt Tribuni, qui eſſent pro Conſulibus ſicut iudices & defenſores populi.

300 Trecenteſimo autem anno ab Vrbe condita, tempore Conſulum, leges Athenienſium Romam delatæ ſunt in decem tabulis: quibus duæ additæ ſunt à Romanis, quemadmodum dicit Titus Liuius.

301 Anno autẽ trecenteſimoprimo, ceſſauerunt regnare Cõſules in Vrbe.

315 Anno poſtea trecenteſimo decimoquinto, Veientes uicti ſunt à Romanis: tempore Aſſueri Regis. Circa idem tempus Senones Galli, duce Brennio, pugnauerunt cum Romanis apud Albulam fluuiũ: & uicti ſunt

*Roma capta.* Romani, & capta eſt ciuitas, pręter Capitolium: quod etiam perdidiſſent, niſi peruigil anſer, Romanos ex laſsitudine pugnæ dormientes, clamore ualido non excitaſſet.

## DE TRIBVNIS.

365 ANno trecenteſimo ſexageſimoquinto, ab Vrbe condita, loco Conſulum, Tribuni à Romanis ordinati ſunt. Tunc uicta eſt Preneſte à Romanis, apud fluuiũ Albulam: & octo ciuitates, quæ ſub poteſtate illius erant, adiunctæ ſunt Romanis.

*Peſtilentia.* His temporibus multa peſtilentia & mortalitate afflicta eſt Roma: inter quæ, in media Vrbe, aperta eſt terra: & ſubitò, quaſi infernus, apparuit: & de exhalatione fœtoris occidit multos: de quo habes ſuprà notatum, ubi ponuntur Palatia.

Iterum, Galli Vrbem aggrediuntur: & quum unus de Gallis Romanũ

*Duellum.* quendam nobilem, ad ſingularem fixuram prouocaſſet, uictor exiſtẽs Romanus, tulit torquem aureã de collo occiſi, & miſit in collo ſuo: & extunc Romanus ille, & omnes de ſuo genere, Torquati dicti ſunt.

Circa idem tempus, Alexander filius Philippi Rex Macedonum, ex

Olympia-

Olympiade naſcitur. Cuius acta, mirabilia & ſtrennua, ſpecialem librum requirunt.

*Anni à cõdita Vrbe.*

Eo tempore, Appius Claudius, conſul Romanorum, Romæ uiam Appiam ſtrauit. Ariminum in Romandiola, & Beneuentum in Samnio, à Romanis condita ſunt.

DE ALEXANDRO MAGNO.

ANno ab Vrbe cõdita quadringenteſimo uigeſimoſexto, Alexander 416
patri Philippo ſucceſsit in regnum. Et quum penè totum Orientẽ ſubiugaſſet, ſperans ſe & Occidentem poſsidere, quum per duodecim annos regnaſſet, ueneno interijt.

Circa idem tempus, quum potentes eſſe cœpiſſent Romani, à Samnitis, qui medij erant inter Campaniam & Apuliam, aurea & argentea arma habentes, impugnabantur: & hoc per Campaniã, cuius terræ bonitas ex portubus marinis, & ex multis alijs utilibus eluceſcit. Huius Campaniẹ caput, urbs Capua, tunc erat æqualis magnitudine Romæ uel Carthagini: & primùm quidem à Romanis uicti, poſtea uictores effecti de Romanis, ultimò ſic fuerunt à Romanis proſtrati, quòd uigintiquatuor milibus occiſis, & Rege ipſorum cum reliqua multitudine, Capuam ciuitatem funditus euerterunt. Nullus enim hoſtis, Romanis crudelior fuit, quàm Samnitæ.

*Capua urbs.*

DE TARENTINIS.

ANno ab Vrbe condita quadringenteſimo quadrageſimotertio, Ta 443
rentini Romanis ſe opponentes, & nuntios ipſorũ dehoneſtantes, ut Romanis reſiſtere poſſunt, plurimo finitimorũ præſidio fulti, Pyrrhum regem Græciæ, ob magnitudinem uirium uocauerunt à transmarinis partibus: qui cum octoginta milibus peditum, equitum uerò ſeptem milibus, & centũ uiginti elephantis, uſq; ad illud tempus Romanis inuiſis, ueniẽs in Italiam, inito duriſsimo bello cum Romanis, uictus miſerabiliter ad partes ſuas redijt. Tunc Tarentini fœdus ineunt cũ Carthaginenſibus cõtra Romanos. Et ex hoc Punica bella inchoata fuerunt. Carthago enim fuit ciuitas magna, & caput Aphricæ: antequàm Roma, ducentis & ſeptuaginta annis condita. Siciliam, & alias maximas inſulas defendere uoluit, ne tollerentur à Romanis. Et anno ab Vrbe condita quadringenteſimo octuageſimotertio, Annibal ſenior cum innumerabili multitudine hominum & quadraginta elephantis, nauigio Siciliam aduenit. Sed à Romanis, Cneo & Caio conſulibus, ibidem uictus, etiam amiſſa ſua naue in qua uehebatur: amiſsis hominibus & nauibus uix aufugit.

*Punica bella, cœpta.*

Attilius Regulus conſul Romanus, quum Carthaginem cum exercitu applicuiſſet, & tribus regibus cum innumerabili multitudine uictis, & ſeptuagintaquatuor ciuitatibus Romanis per Aphricam ſubactis: quum ueniſſet ad fluuium, qui dicitur Bagrada, ibi ſerpentem magnum centum uiginti pedum, qui plures iam homines de ſuis deuorauerat, occidit: & corium eius Romam miſit.

*Serpens 120. pedum.*

Tandem Carthaginenſes, dum cum Regulo Attilio pacem uoluiſſent, & ille renuiſſet, adiunctis ſibi Aphricanis, Regulum bello aggrediuntur: & proſtrato Romanorum exercitu, Regulus capitur, & in Carthaginem cathenatus recluditur.

Æmilius uerò & Fuluius, conſules Romani, audita doloroſa Reguli captiuitate, exercitum cum trecentis nauibus mittunt in Aphricam: quibus cum totidem nauibus, dum Carthaginenſes occurriſſent, uicti fugerunt.



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

Anni à cōdita Vrbe,

## DE REPENTINA SVBVERSIONE.

508 ANno ab Vrbe condita quingenteſimo octauo, repentina ſubuerſio contigit Vrbi. Siquidem uerò Lucio Catulo, Aulo Manlio conſulibus, Tyberis inſolitis auctus imbribus, magnitudine redundans, omnia Romæ ædificia in plano poſita deiecit.

Eodem tempore noui Galli, tempore Sempronij, Caij Valerij conſulū, Romanos inuaſerunt: aduerſus quos uaria ſorte bellatum eſt in Liguria, & uicti ſunt à Romanis.

*Gallorum proprietas.*

Galli uerò, ut Oroſius ait, ſunt animo feroces, corpora fortiora alijs hominibus habentes. Sed hoc comprobatum eſt, quòd ſicut in primo impetu uirtus eorum fortior eſt alijs hominibus, ita poſtea uirtus eorum minor eſt fermè quàm mulierum.

## DE ANNIBALE.

533 ANno ab Vrbe condita quingenteſimo trigeſimotertio, Annibal Pœnorum, ſiue Aphricanorum Imperator Saguntum florentiſsimam Hiſpaniæ ciuitatem, Romanorum amicam, obſidione & fame cruciatam, captam, deleuit: nec legatos Romanorum ad ſe miſſos, uidere uoluit: & tempore Publij Scipionis & Sempronij conſulum, contra Romanos uerſus Italiam proceſsit, ferro uiam aperiens, Pireneos montes tranſgreſſus, cum multo labore & bello, ad planum Italiæ peruenit. Fuitq; exercitus eius centum milia peditum, & uiginti milia equitum. Cui occurrit Scipio conſul, circa Ticinum: in quo congreſſu, Annibal eum grauiter uulnerauit: & ſuccubuit ibi penè omnis exercitus Romanus. Sempronius conſul, cognito ſocij ſui Scipionis caſu, à Sicilia cum exercitu redijt: & pugnans ibidem cum Annibale, amiſſo exercitu, uix ſolus euaſit.

*Magnus exercitus Annibalis.*

Annibal, quum uerſus Tuſciam procederet, primo menſe uerni, in Apēninis montibus tanta nix cecidit, ut præ frigore omnes elephantes & iumenta multa emitteret. Sciens tunc Annibal, Flaminium conſulem ſolum in caſtris remanſiſſe, feſtinauit ut citiùs impetitum obrueret. Contra quem Flaminius exiens, arte Annibalis circumuentus, funditùs trucidatus eſt: ita quòd uigintiquinque milia Romanorum ceciderunt, & ſex milia capta fuerunt.

## DE LVCIO ÆMILIO.

540 ANno ab Vrbe condita quingenteſimo quadrageſimo, Lucius Æmilius Paulus, & Publius Terentius Varro, conſules, contra Annibalem miſsi, infelicisſimè apud Canoſam Apuliæ uicum, pugnauerūt. Nam in ea pugna, quadraginta quatuor milia Romanorum interfecti ſunt. Nullo bello Punico, Romani ſic ad extrema deducti ſunt, ut in eo bello. Perijt enim in eo, conſul Æmilius Paulus: conſulares & prætorij uiri uiginti interfecti ſunt: Senatores uel capti, uel occiſi ſunt: triginta nobiles uiri, trecenti pedeſtrium militum: quadraginta milia equitum. Varro conſul, cum quinquaginta equitibus, Venuſium fugit. Nec dubium, illum diem Romani ſtatus ultimum fuiſſe, ſi Annibal mox poſt uictoriam ad Vrbem acceſsiſſet. Annibal uerò, in teſtimonium tantæ uictoriæ, tres modios aureorum anulorum Carthaginem miſit: quos ex manibus interfectorum nobilium extraxerat: ſicut dicit Oroſius. Et in tantum iam deſperauerant Romani, quòd ab Vrbe fugere uolebant: niſi Scipio Aphricanus, tūc Tribunus militum, ſtricto gladio ipſos cohercuiſſet. Tunc Romani de publico pretio ſeruos emptos, milites fecerunt. Arma dijs conſecrata, de templis acceperunt. Iunius quoquè Dictator, antiquum Romuli factū recolens

*Canoſa uicus Apuliæ.*

*Iunius dictator.*

recolens, pro ſupplemento exercitus, latrones, homicidas, & cuiuſcunq; ſceleris homines obnoxij eſſent, impunitate promiſſa, militiæ mancipauit, quorum numerus ad ſex milia uirorum fuit. Tunc Roma deſperata, ſpem habere cœpit. Qui tunc (ſicut dicit Oroſius) Romanam militiam uidiſſet, rubore perfundi potuiſſet: quia niſi aut puer, aut ſceleratus, aut debitor, erat. Et nec ſic quidem, numerus idoneus erat. Senatus omnis, penè nouitius uidebatur.

Anni à cõdita Vrbe.

DE ANNIBALE ET SCIPIONE.

543

ANno ab Vrbe condita quingenteſimo quadrageſimotertio, Annibal de Campania mouens exercitũ, tribus miliaribus ab Vrbe conſedit. Romani totius ciuitatis, cum Senatoribus populoq;, ſtupore & metu perculſi, uelut amentes facti ſunt. Fœminæ quoquè per propugnacula cucurrerunt, ſaxa conuehentes, primæ & promptæ de muris pugnare. Annibal uerò cum exercitu ſuo, uſq; ad portã Collinã acceſsit. Sed Fuluius proconſul, cum Romanis aduerſus ipſam aciem direxit. At ubi congredi debuiſſent, pluuia cum grandine mixta, tanta ſe effudit, ut turbata agmina, uix poſſent ad caſtra redire. Deinde, quum ſerenitas redijſſet, & illi aciem iterata ad pugnam diſpoſuiſſent, rurſus uiolentior uenit tempeſtas, compellens exercitus ad tentoria refugere. Et ſic Annibal, aduertens quòd ad ſubuertendam urbem Romanam, non obſiſteret fortitudo, ſed Diuina miſeratio, ab Vrbe diſceſsit.

*Roma miraculoſè defenſa.*

Scipio Aphricanus uigintiſeptem annos habens, tranſiuit in Hiſpaniam, miſſus: & primo impetu, Nouam Carthaginem cepit: ubi theſaurũ auri & argenti, pro futuris ſtipendijs militum inuenit. Ibi etiam Magonẽ fratrem Annibalis cepit, & Romanis miſit.

*Carthago capta.*

Scipio iſte poſt uictorias Hiſpaniæ, tranſijt in Aphricam: & facta pugna cum Pœnis, quadraginta milia de aduerſarijs occidit.

Et quum omnia debellatus eſſet, Carthaginenſes mandauerunt Annibali, ut pro eorum auxilio, rediret in Aphricam. Quod relinquens Italiam, omnes milites Italicos, qui ipſum ſequi nolebant in Aphricam, occidit. Et in Carthaginem rediens, quum de pace cum Scipione, mutuò ſe uidendo, tentaſſent, & nõ conueniſſent: congreſsi in prælium, poſt durũ bellum, Carthaginenſes uincuntur: & Annibal cum quatuor equitibus, uix aufugit. Scipio autem uictor factus, ciuitatem Carthaginenſem eſt ingreſſus.

DE PVNICO BELLO.

566

ANno ab Vrbe condita quingenteſimo ſexageſimoſexto, bellum Punicum ſecundum, finitum eſt: geſtum annis ſedecim. Cui Macedonicum bellum continuè ſucceſsit: quod quintus Flaminius conſul ſortitus eſt. Poſt multa prælia, quibus Macedones uicti ſunt, pacem Philippo dedit. Romani, captiuos qui ſub Annibale per Græciã uenditi fuerant, recuperati ſunt: capitibus raſis, ob deterſam ſeruitutem, currum triumphantis ſequuti ſunt.

Sed poſtea rex Antiochus, Romano populo bellum parat: de Aſia per mare in Europam tranſiens. Cui Annibal de Aphrica ſecretò adueniens, ſe adiunxit. Sed Antiocho, à Cornelio Scipione & Marco Atilio Glabrione conſulibus, deuicto: & Annibale, qui Antiochi nauibus præerat, à Scipione Aphicano ſuperato, & in fugam conuerſo: Antiochus cum Scipione & Romanis pacem fecit. Multa hîc Romanorum bella, breuitatis cauſa tranſeo.

*Antiochus.*

## DE TERTIO PVNICO BELLO.

Anni à cõdita Vrbe, 602 ANno ab Vrbe condita ſexcenteſimo ſecundo, Lucio Cenſorino & Marco Manlio cõſulibus, tertiũ Punicũ bellum exortum eſt. Quũ igitur Senatus Carthaginẽ delendam decreuiſſet, profecti in Aphricã conſules & Scipio Aphricanus: tunc Tribunus Carthaginenſibus euocatis, præceperunt eis, ut arma omnia, nauesq́ traderent: quod & factum eſt. Sed Carthaginenſes poſteaquã iuſsi ſunt ad decem milia paſſuum à mari recedere: dolore ingenti ducti, magis eligerũt pugnando mori ibi, quàm recedere. Et eligentes duos Aſdrubales in duces, quum arma ferrea nõ haberent, ex auro argentoq́ ferri inopiam ſuppleuerunt, ad arma facienda.

*Carthago deſcripta.* Carthaginis autem ſitus, huiuſmodi dicitur fuiſſe: uidelicet triginta milibus paſſuũ muro uallata, tota penè mari cingebatur, abſq́ faucibus: quæ tribus milibus paſſuũ aperiebantur. Idem locus murum triginta pedum in latitudine habuit, ſaxo quadrato in atlitudine cubitorũ quadraginta. Arx quæ dicebatur Byrſæ, paulò amplius quàm duo milia paſſuum tenebat.

*Byrſæ arx.* Quumq́ Carthago à Scipione & conſulibus capta fuiſſet, uiginti quinque milia mulierum, & triginta milia uirorum, ne clade conſumerentur, in ſeruitutem ſe tradiderunt. Alij uerò ſe potius in ignem præcipites dabant, quàm Romanis inſeruire uellent. *Carthago destructa.* Ipſa autem ciuitas, continuis ſedecim diebus arſit: miſerumq́ ſpectaculum cernentibus præbuit. Dirupta eſt autem Carthago, omni murali lapide in puluerem redacto: ſeptingenteſimo primo anno, à fundatione ſua. Et ſic bellum Punicum tertium, terminatum eſt in quarto anno. Quia uniuerſum bellum, per uiginti annos durauit.

## DE CNEO CORNELIO.

606 ANno ab Vrbe condita ſexcenteſimò ſexto, hoc eſt, eodem anno quo Carthago deleta eſt, Cneo Cornelio Lentulo, & Lucio conſulibus, Corinthum toto orbe famoſa & opulentiſsima ciuitas, capta & deuaſtata eſt. & tota Achaia ſubiugata Romanis. Sanè propter multitudinem ſtatuarum, columnarum, ſimulachrorumq́ auri & argenti, Corintho igne ſuccenſa, quum omnia metalla confluxiſſent in unum, nouum genus metalli ex illo factum eſt, quod Corinthum dicitur. Vnde uaſa ex illo facta, uſq́ hodie, uaſa longè lateq́ Corinthia dicuntur.

*Portenta.* Circa id tempus, ſub Seruio Flacco & Quinto Calphurnio conſulibus, Romæ puer ex ancilla natus: & quadrupes quatuor manus habens, oculos quatuor, aures totidem, uirga uirili duplici. Item, in Sicilia, mons Ethna torrentem flammã excuſsit, ſiue eructauit, & uicinia exuſsit. Item, in eadem Sicilia, bellum ſeruile ortum eſt: quod non ſolùm Romanos, ſed etiam Conſules terruit. Nam (ſicut dicit Oroſius) ſeruilis tumultus quanto rarior eſt, tanto cæteris crudelior. Libera enim multitudo mouetur, ut patriam augeat: ſeruilis, ut perdat. Cæterùm Sicilia in hoc miſerior fuit, quia inſula, & nunquam ſtatus ſui iuris idonea fuit: nunc tyrannis ſubiecta, nunc ſeruis dominatu improbo exigentibus ſeruitutem.

## DE LVCIO CÆCILIO.

628 ANno ab Vrbe condita, ſexcenteſimo uigeſimo octauo, Lucio Cæcilio & Flaminio cõſulibus, Carthago in Aphrica reſtitui iuſſa eſt, uigeſimo tertio demum anno quo fuerat euerſa: & hæc reparatio debebat fieri. per familias deductas illuc ciuium Romanorum, quæ eam incolerent: & ſic repleta fuit. Eodem tempore inter Gracchum & Flauium conſules & populum Romanum magna diſſenſio fuit.

Per

Anni à cõdita Vrbe.

Per idem tempus,mons Ethna ultra ſolitum,flammeos ignes euomens Cathinienſis ciuitatis tecta ſic à calidis cineribus exuſsit, ut caderent. Cuius leuandæ cladis cauſa, Senatus Romanorum decem annorum uectigalia Cathinienſibus remiſit.

DE CAIO MANLIO.

641

ANno ab Vrbe condita ſexcenteſimo quadrageſimoprimo, Caius Manlius conſul, & Quintus Cæpius proconſul, bellant aduerſus Cymbros Teuthonicos,& Ambronates Gallorum Germanorumq́ꝫ gentes:quæ tunc ut Romanorum Imperium extinguerẽt,adunantur.Hi uerò multo diſcrimine Romanorũ uicti ſunt. Siquidem Marcus Æmilius conſul, & duo filij conſulis,uicti ſunt. Octoginta milia Romanorum, & quadraginta milia colonum trucidati ſunt:ita quòd decem tantùm homines, qui miſerũ nuncium reportarent,euaſerunt. Maximus tunc Romæ nõ ſolùm luctus, uerùm etiam timor fuit, ne confeſtim Cymbri Italiam intrantes,eam delerent. Quum igitur Teuthonici & Cymbri Italiam intraſſent,ibiq́ꝫ rigidum genus diu blandioribus auris,poculis,cibis, ac lauachris emollirentur:Marius quintò conſul,& Catullus, aduerſus eos miſsi, ſubitò in eos irruerunt,antequàm illi aciem ad pugnam ordinaſſent: ac totam illam multitudinem nimiam perturbauerunt,& non ſine ſuorũ damno deleuerunt. Cęſa autẽ illorũ centum ſexaginta milia:& ſeptuaginta milia capta,abſq́ꝫ innumera multitudine mulierũ,quæ ſe,ſuosq́ꝫ paruulos fœmineo furore,diuerſis generibus mortis necauerunt. In memoriam tantæ uictoriæ,Romani templum mirificum extruxerunt: quod uſq́ꝫ hodie Cymbrinum uocatur,iuxta Sanctam Mariam Maiorem.

*Templũ Cymbrinum.*

DE INTESTINO BELLO.

645

ANno ab Vrbe cõdita ſexcenteſimo quadrageſimo quinto,poſt Cymbricum & Teuthonicum bellum, ſtatus Romanorum per internũ bellum,& per diſcordias ſic labefactatus eſt,ut penè ad extremum concideret:niſi Marius quintò conſul, leui perſuaſione populum commotum ſedaſſet,autoribus ſeditionum occiſis.

DE IVLIO CÆSARE.

659

*Prodigia.*

ANno ab Vrbe cõdita ſexcenteſimo quinquageſimonono,Iulio Cęſare & Lucio Martio conſulibus,prodigia dira Romam terruerunt. Nam apud Tarentinos, quũ panes per conuiuia frangerentur, cruor de medio panũ,quaſi de uulneribus fluxit. In Samnitibus,prope Beneuentũ, ex hiatu terræ flamma prorumpit, & uſque ad cœlum protendi uiſa eſt.

Item, omnium generum animalia, quæ inter homines uiuere ſolita erant,relictis ſtabulis & paſcuis,cum eiulatu ac mugitu miſerabili, ad ſyluas fugerunt. Canes quoquè, quorum natura ſocietatem requirit, lachrymoſis ululatibus uagãtes,ut lupi oberrabant. Quod prodigium mox ſubſequutum eſt. Nam Iulius Cæſar, apud Samnitas, amiſſo exercitu, uix effugit. Item Pompeius prætor uictus eſt, & in diuerſis prouincijs exercitus Romanorum deleti fuerunt: ita quòd Senatus iam præ triſtitia, ſaga (id eſt,ueſte mœroris) ſe induerit: & eandem Iulio Cæſari transmiſit induendam. Sed Iulius, poſtquàm hoſtes qui ipſum debellauerant, iteratò confligens feliciter deuincit, & ſagam depoſuit. Pompeius etiam primò uictus, glorioſus uictor extitit. Poſtea Pompeius Aſculum obſedit, & capta ea, octodecim milia Marſorum cum ipſorum Imperatore occidit.

*Saga quid.*

Eo tempore, ciuile bellum tam crudele fuit, quale nunquam antea fuit

*Bellum ciuile.*

Anni à cõdita Vrbe,

Romæ. Nam Senatoribus & conſulibus aliquibus contra Syllam, aliquibus cum Sylla contra alios pugnantibus, innumerabilia Romanorũ milia ſunt occiſa: ita quòd Quintus Catullus Syllæ dixit: Cum quibus tandem uicturi ſumus, in bello armatos, in pace inermes occidimus. Ad hoc uerbũ, Sylla primus infamem tabulã proſcriptionis ſtatuit. Prima proſcriptio, octoginta milia hominum fuit: ſecunda proſcriptio, quingentorum hominum: inter quos, quatuor conſules erant. Et ſic Romani aut proſcribebantur, aut iugulabantur. Hoc bellum ciuile, per decem annos protractũ, plus quàm centum quinquaginta milia Romanorum conſumpſit: & mortuo Sylla, finem habuit.

Pompeius uerò conſul, contra Orientem in magna parte expugnauit & cum uigintiduobus Regibus conflixit, atq; de ipſis uictor extitit.

## DE CAIO CÆSARE.

693 ANno ab Vrbe condita ſexcenteſimo nonageſimotertio, Caio Cæſare, ac Lucio Bibulo conſulibus, Iulio Cæſari tres prouinciæ, cum legionibus ſeptem, in quinquennium datæ ſunt: Gallia ſcilicet trans Alpina, & Gallia cis Alpina, & Illiricus. Galliam Comatã Senatus poſtea adiecit. Hanc hiſtoriam Suetonius pleniſsimè narrat. Galli uerò cum Germanis perpetuo penè bello altercabantur: quos Rhenus fluuius tantùm diuidit. Cæſar uerò primùm Gallos multis per bellum proſtratis, ſuperat: ac Treuirorum ciuitatem uaſtat. Demum in Germania, facto ponte ſuper Rhenum tranſiit.

Poſt uictoriam Gallorum Cæſar Romam reuertitur: ſed conſilio Pompeij, ſicut dicebat, à Romanis non ſuſcipitur: negataq; ſibi ex ærario pecunia, fractis foribus ærarium ſpoliauit. Inde ueniens Ariminum ad legiones, mox tranſiens Alpes, Marſiliam & inde Hiſpaniam contra Pompeianos proceſsit. Inde rediens in Italiam, Pompeius contra ipſum, & ipſe contra Pompeium, bellum parat. Pompeius cum ſuo exercitu, octogintaocto cohortes diſpoſuit, Cæſar econtrà, octoginta cohortes tantùm. Tandem poſt multam pugnam inter ſe, Romanorum exercitus Pompeius fugit, & in Aſiam tranſiit. Inde per Tyrum, in Ægyptum uenit: ibi per Ptolemæum regem Ægypti, ob gratiam Iulij Cæſaris uictoris, occiſus eſt. Cæſar uerò Pompeium perſequens, Alexandriam uenit: perlatoq; ad ſe, & uiſo capite & anulo Pompeij fleuit.

Poſtea uerò Cæſar Romam rediens, dictator & conſul creatus, in Hiſpaniam contra Ppmpeianos proceſsit: quibus expugnatis, Romam redijt. Ibiq; quum poſt triennium & ſeptem menſes, principatum tenuiſſet, occiſus eſt, dolo Bruti & Caſsij.

Fuerat quippe Romæ imperatum à Romulo, ſub regibus annis ducentis ſexagintaſeptem.

Poſtea, ſub Conſulibus, res acta eſt annis quadringentis quadragintaquatuor, uſq; ad regnum Iulij Cæſaris.

Obijt autẽ Cæſar, anno quinquageſimoſexto ætatis ſuę. Corpusq; eius pro roſtris combuſtum eſt. Statuit autem populus, in foro ſolidam columnam marmoream uiginti fermè pedum, ſupra quam tumulatum: quæ & Iulia dicta eſt. Centeſimo autem die ante mortem eius, fulmen cecidit ante ſtatuam eius in foro, & de nomine eius ſubſcripto, C literam capitalem abripuit. Nocte præcedente diem obitus, feneſtræ thalami eius cum tanto ſtrepitu apertæ ſunt, ut exiliens è ſtrato Cæſar, ruituram domũ exiſtimaret. Eodem die, quum ad Capitolium iret, datę ſunt ei literę, in-

dices

dices mortis imminentis: quas ſi ſtatim legiſſet, de morte cauiſſet. Nam quum mortuus efferretur, inuentæ fuerunt in manu eius, litteræ adhuc clauſæ.

Tunc etiam bos aranti, & bouem ſtimulanti loquutus eſt: Cur me exagitas? in breui magis deficient homines, quàm frumenta.

## DE OCTAVIANO AVGVSTO.

ANno ab Vrbe condita ſeptingenteſimo decimo, Iulio Cæſare mortuo, Octauianus nepos Cæſaris, auunculo ſucceſsit in dominio. 710 Adhuc quidem adoleſcens Romam uenit, & iuuentutem ſuam ciuilibus bellis exercuit. *Bella ciuilia.* Nam ut breuiter concludam, bella ciuilia quinque geſsit: Mutinenſe, Philippenſe, Peruſinum, Siculum, Atticum. Ex quibus primum & nouiſsimũ, aduerſus Marcum Antonium: ſecundum aduerſus Brutum & Caſsium: tertium, aduerſus Lucium Antonium: quartum, aduerſus Sextum Pompeium.

Et anno ab Vrbe cõdita ſeptingenteſimo uigeſimoquinto, Cæſar Au- 725 guſtus ab Oriente uictor ad Vrbem rediens: tunc primùm à Romanis, eo quòd Rempublicam auxerit, Auguſtus dictus eſt: quod nomen, poſteris ſucceſſoribus ſummum apicem declarat Imperij. *Auguſtus undè dictus.*

Atque ab illo tempore, penes unum poteſtas cœpit Imperij, quæ Græcè dicitur Monarchia.

¶ Octauianus autem factus Auguſtus, Hiſpaniam perſonaliter bello aggreditur. Alias terras & prouincias per diuerſos Duces & Legatos oppugnat.

Illis temporibus Pannoniam, ubi modò ſunt Vngari, per Tyberiũ priuignum cruentiſsima cede deleuit. Et continuò Germaniam, quæ à Pannonia uſq; ad Rhenum fluuium extenditur: ſicut innuit Oroſius, & etiam Solinus, qui dicit, quòd maiores fluuij Germaniæ ſunt, Albis, quæ fluit ex Bohëmia: & Grutales, id eſt Odera, qui naſcitur in Morauia: & Viſtula, quæ naſcitur in Polonia, & fluit per ipſam in Oceanum. Quæ Germania (ſicut dixi) extẽditur uſq; ad Rhenum. Quam Germaniã Octauianus per Tyberium, cum duodecim legionibus militum aggreſſus eſt, bellans per triennium. Quod bellum adeò fuit magnum & formidoloſum Romanis, ut Suetonius dixerit, Præter Punicum bellum, ſiue Carthaginenſe, nullum maius & periculoſius fuiſſe Romanis. Nam tres legiones Romanorum ibi deletæ ſunt.

FINIS.

# MARTINI POLONI, ARCHIEPISCOPI CONSENTINI, IMPERATORVM ET PONTIFICVM ROMANORVM, À CHRISTO NATO SVPPVTATIONES.

*Procemium.* SVPRA actum eſt tantùm de uno regimine Vrbis, ſcilicet temporali. Conſequenter agendum eſt de duplici regimine Vrbis, ſcilicet de ſpeciali, quod fuit per Pontifices: & de temporali, quod fuit per Imperatores.

Pontificale quidem regnum incœpit Vrbis & Orbis, primùm à CHRISTO, qui fuit Pontifex & futurorum & præſentium bonorum.

Imperiale uerò regimen incœpit ab Octauiano, qui primus fuit Auguſtus Imperator Vrbis & Orbis.

## DE AVGVSTO CÆSARE.

Anni à cõdita Vrbe, 752 ANno ab Vrbe condita ſeptingenteſimo quinquageſimoſecundo, Cæſar Auguſtus ab Oriente in Occidentem, à Septentrione in Meridiem, ac per totum Oceani circulum, cunctis gentibus una pace compoſitis, imperauit: & quum ipſum pro Deo colere uellent Romani, prohibuit: nec ſe Dominum appellari permiſit.

Et eodem tempore, natus eſt CHRISTVS.

¶ Tunc cõcurrerunt duo regimina Romanæ urbis, & totius Orbis. Pontificale regnum, per CHRISTVM: & Imperiale, per Octauianum.

Hi ſunt duo gladij, uidelicet ſpiritualis & manualis, qui ſufficiunt ad regnũ Eccleſiæ: unde poſtquàm dicit Petrus, Domine, ecce gladij duo hîc. *Similitudo.* CHRISTVS reſpondit, Satis eſt. Hæc ſunt duo luminaria magna, quæ poſuit Dominus in firmamẽto cœli: id eſt, in uniuerſali Eccleſia: quę ſunt, Pontificalis autoritas, & Imperialis poteſtas. Inter quæ luminaria, ſicut luminare maius, eſt Sol, & luminare minus eſt Luna: ſic etiã Spiritualis poteſtas eſt maior, & Imperialis, minor.

*Diſpoſitio.* Propterea, ego de utraq; dignitate ſcribere uolens: primò agam de Pontificali, tanquam de luminare maiori, quod præeſt diebus, ideſt ſpiritualibus, in prima parte paginæ.

Et quia primo ſummo Pontifici, id eſt CHRISTO, in Triumphali Eccleſia, tres hierarchiæ Angelorum obſequuntur: ideo ad exemplar illius, in Militanti Eccleſia, circa uicarios ipſius tria genera Cardinalium obſequentium ipſis ſunt inſtituta. De ipſis quoq; quot ſunt, qui ſunt, & quare ſunt, in primis breuiter eſt agendum.

Numerus uerò ipſorum primordialis, eſt quinquaginta & unus: qui in tria genera diſtinguuntur. Quidam ipſorum, ſunt domino Papæ aſsidentes: ut Epiſcopi. Quidam aſsiſtentes, ut Presbyteri. Quidam inſiſtentes, ut Diaconi.

Epiſcopi

Epiſcopi enim, in ſolennitatibus ſunt domino Papæ aſſeſſores: unde ipſi ſoli, inter alios Cardinales cathedris utuntur. *Aßidentes.*

Preſbyterorum uerò Cardinalium, quilibet ſuam ſeptimanam ſeruans, in Miſsis & Horis, aſsiſtit domino Papæ. *Aßiſtentes.*

Diaconi uerò, Cardinaliũ inſiſtunt miniſterijs: ipſi enim Papã induunt, & ei circa altare ſeruiunt. *Inſiſtentes.*

¶ Sunt autem Epiſcopi Cardinales ſeptem, ſecundum primitiuam inſtitutionem: uidelicet,

| | | |
|---|---|---|
| Cardinalis | Epiſcopus Hoſtienſis, qui propter Papæ conſecrationem dignior eſt alijs, & pallio utitur. | 1 |
| | Epiſcopus Portuenſis. | 2 |
| | Epiſcopus Albanenſis. | 3 |
| | Epiſcopus Sabinenſis. | 4 |
| | Epiſcopus Preneſtinus. | 5 |
| | Epiſcopus ſanctæ Ruffinæ. | 6 |
| | Epiſcopus Tuſculanus. | 7 |

Et iſti Epiſcopi, tanquam uicarij domini Papæ, in Dominicis diebus & feſtis & præcipuis ſolennitatibus, in altari ſancti Saluatoris Lateranenſis eccleſiæ debent deſeruire.

¶ Preſbyteri Cardinales ſunt uigintiocto: qui diuiſi per numerum ſeptenarium, reſiduis quatuor Patriarchalibus eccleſiis ſunt intitulati ad celebrandum.

Iſti ſeptem, intitulati ſunt, Ad eccleſiam ſancti Petri: uidelicet,

| | | |
|---|---|---|
| Cardinalis | Sanctæ Mariæ trans Tyberim. | 8 |
| | Sancti Chryſogoni. | 9 |
| | Sanctæ Ceciliæ. | 10 |
| | Sanctæ Anaſtaſiæ. | 11 |
| | Sancti Laurentij, in Damaſo. | 12 |
| | Sancti Mauritij. | 13 |
| | Sancti Martini, in monte. | 14 |

Iſti ſunt ſeptem alij, qui debent in altari maiori ſancti Pauli deſeruire: uidelicet,

| | | |
|---|---|---|
| Cardinalis | Sanctæ Sabinæ. | 15 |
| | Sanctæ Priſcæ. | 16 |
| | Sanctæ Balbinæ. | 17 |
| | Sanctorum Nerei & Achillei. | 18 |
| | Sancti Sixti. | 19 |
| | Sancti Marcelli. | 20 |
| | Sanctæ Suſannæ. | 21 |

Iſti ſunt alij ſeptem Cardinales Preſbyteri, ſanctæ Mariæ Maioris: uidelicet,

| | | |
|---|---|---|
| Cardinalis | Sanctorum Apoſtolorum. | 22 |
| | Sancti Cyriaci in thermis. | 23 |
| | Sancti Euſebij. | 24 |
| | Sanctæ Potentianæ. | 25 |
| | Sancti Vitalis. | 26 |
| | Sanctorum Marcellini & Petri. | 27 |
| | Sancti Clementis. | 28 |

Iſti ſunt

Iſti ſunt ſeptem Cardinales Presbyteri, ſancti Laurentij: uidelicet,

Cardinalis { 
- Sanctæ Praxedis. 29
- Sancti Petri ad uincula. 30
- Sancti Laurentij in Lucina. 31
- Sanctæ Crucis in Hieruſalem. 32
- Sancti Stephani, in Cælio monte. 33
- Sanctorum Iohannis & Pauli. 34
- Sanctorum Quatuor coronatorum. 35

¶ Diaconi uerò Cardinales, ad miniſterium domini Papæ deputati, ſunt ſedecim: uidelicet,

Cardinalis {
- Sanctæ Mariæ, in Dominica: & ille eſt Archidiaconus aliorum. 36
- Sanctæ Luciæ, in Circo palatij, iuxta Septiſolium. 37
- Sanctæ Mariæ Nouæ. 38
- Sanctorum Coſmæ & Damiani, palatij. 39
- Sancti Adriani, palatij. 40
- Sancti Georgij, palatij. 41
- Sanctæ Mariæ, in Schola Græca. 42
- Sanctæ Mariæ, in Porticu. 43
- Sancti Nicolai, in carcere Tulliano. 44
- Sancti Angeli. 45
- Sancti Euſtachij. 46
- Sanctæ Mariæ, in Aquario. 47
- Sanctæ Mariæ, in uia lata. 58
- Sanctæ Agathæ. 49
- Sanctæ Luciæ, in caput Sabinæ. 50
- Sancti Quirici. 51

¶ Oſtenſo igitur quòd ſunt Cardinales quinquaginta & unus, & qui ſunt Presbyteri, uel Diaconi, ſuiſq; titulis uel eccleſiis declarati, & ad quid ſunt, nempe domini Papæ, & ad quinque Patriarcharum eccleſiarum miniſterium: conſequenter procedendum eſt ad ipſos Pontifices, quibus deſeruiunt: incipiendo ab ipſo Summo Pontifice, uidelicet IESV CHRISTO.

PONTIFI-

# PONTIFICVM ROMANORVM SVPPVTATIO.

## DE CHRISTO, *Pontifice I.*

*Anni à Chriſto nato,* 1

ANNO quadrageſimoſecundo Octauiani Auguſti natus eſt IESVS CHRISTVS filius Dei in Bethlehem Iudę, ex uirgine Maria, nocte diei Dominicæ.

Is enim IESVS CHRISTVS, ſaluator noſter, primus & ſummus Pontifex, ſedit in hoc Mundo annis trigintaduobus, menſibus tribus: iuxta illud Euangelij, IESVS erat incipiẽs quaſi annorum triginta. hoc eſt, incœperat trigeſimum annum, tredecim diebus eiuſdem anni per- 31 actis. Quia eodẽ anno reuoluto, conuertit aquã in uinũ. Et in conſequenti Paſcha, incarceratus eſt beatus Iohannes Baptiſta: & in alio Paſcha ſequenti, decollatus eſt. Chryſoſtomus tandẽ dicit ſuper Mattheũ, quòd CHRISTVS uixit plenariè trigintatribus annis: & tantum ſupra, quantum eſt à Natiuitate uſq; ad Paſcha. Et dicit, ipſum plenè cõpleuiſſe triginta annos, quando uenit ad baptiſmum, ſic dicens: Poſt triginta annos uenit IESVS ad baptiſmum, legem ueterem ſoluturus: & poſtea uixit tribus annis integris, & quantum fluxit à Natali uſque ad Paſcha: quod pro dimidio anno computatur. Et ita ſecundum illud tempus, uixit trigintatribus annis cum dimidio.

Fuerunt ergo uſque ad natiuitatem CHRISTI, completi anni ab Adam uſq; ad CHRISTVM quinque milia, centũ nonagintanouem. Et à conditione Romanæ urbis, anni ſeptingẽti quindecim: ueluti ait Paulus Diaconus in Hiſtorijs Romanorum.

Hoc

# IMPERATORVM ROMANORVM SVPPVTATIO.

## DE OCTAVIANO, *Imperatore II.*

*Anno à Chriſto nato,* 1

POST natiuitatẽ Domini noſtri IESV CHRISTI, Octauianus Auguſtus imperauit annis quatuordecim: Romanus genere patre Octauiano ſenatore, maternum genus ab Ænea ducens: Iulij Cæſaris nepos, adoptione filius: totum Mundũ in unam redigens Monarchiam.

Neq; uir tantus uitijs caruit: ſeruiebat enim libidini: nam inter duodecim catamitos, totidemq; puellas accubare ſolebat.

Hunc populi Romani uidentes eſſe tantæ pulchritudinis, quòd nemo in oculis eius intueri poterat: & tantæ proſperitatis & pacis, quòd totum mũdum ſibi tributarium fecerat, dicebant ei: Te uolumus adorare, quia Deus eſt in te: ſi hic non eſſet, non tibi omnia tam proſperè ſuccederent. Qui renuens, inducias poſtulauit, & ad ſe ſibyllam Tyburtinam ſapientem uocauit: cui, quod Senatores ſibi dixerant, recitauit. Quæ ſpatium trium dierum petijt, in quibus arctum ieiunium operata eſt. Poſt tertium diem reſpondit Imperatori hoc modo: Iudicij ſignum tellus ſudore madeſcet: è cœlo Rex adueniet, qui per ſecula futurus eſt: & cætera quæ ſequuntur. Et illicò apertum eſt cœlum, & nimius ſplendor irruit ſuper eum, & uidit in cœlo quendam pulcherrimam uirginem ſtantem ſuper altare, puerum tenentem in brachijs. Et miratus eſt nimis, & uocem dicentem audiuit: Hæc ara, filij Dei eſt. Qui ſtatim proijciens ſe in terram, adorauit. Quam uiſionem Senatoribus retulit: & ipſi mirati ſunt nimis.

Anni à Christo nato,

## PONTIFICES.

1 Hoc ipſo die quo natus fuit, trans Tyberim de taberna emeritoria fōs olei è terra emanauit: ac per totum diem largiſsimo riuo fluxit.

Tunc etiam circulus ad ſpeciem cœleſtis arcus circa Solē apparuit.

Etiam ſtatim ut Virgo peperit, illa ſtatua aurea corruit in Romuliano palatio, quam Romulus poſuerat, dicens: Non cadet, donec uirgo pariat.

Tertiadecima die à natiuitate Domini, Magi uenerunt Hieroſolymam.

17 Anno etiam Domini decimoſeptimo, Pilatus factus eſt præſes in Iudæa.

29 Et anno uigeſimonono, Iohannes incœpit prædicare baptiſmum pœnitentiæ.

23 Anno autem trigeſimoſecundo, Iohannes decollatus eſt.

1 Eodem anno, quo natus eſt, tulit eum Ioſeph in Ægyptum: quo ingrediente, corruerunt idola Ægypti: iuxta uaticinium Eſaiæ. Et ſicut traditur, non fuit templum in Ægypto, in quo non corruiſſet idolum.

7 Et in ſeptimo anno à natiuitate ſua, de Ægypto reuertitur in Iudæam.

Porrò de infantia Saluatoris, & de operibus eius uſque ad baptiſmum, non legitur in Euangelio.

12 Niſi Lucas, qui ait, quòd duodennis remanſit in Hieruſalem, & poſt triduum inuentus eſt à parentibus in medio doctorum in templo.

Legitur tamen in quodam libro de Infantia Saluatoris, quòd IESV fugiēte in Ægyptum, cùm ſub una palma recubuiſſent, beata Virgine matre pueri fame laboranti, ad præceptum pueri ſe palma ad terram uſque inclinauit: & poſt collectionem ipſius fructus, ad priſtinum ſtatum ſe palma erexit. Et ſitiente Ioſeph ibidem ex præcepto pueri IESV, arida terra fontem produxit.

Anni à Christo nato,

## IMPERATORES.

mis. Hæc uiſio fuit in camera Octauiani Imperatoris, ubi nunc eſt eccleſia ſanctæ Mariæ in Capitolio, 1 & hîc fratres Minores ſunt: ideo dicta eſt Eccleſia Sanctæ Mariæ Ara cœli.

Quum autem Octauianus de Oriente uictor reuerſus, Vrbem triplici triumpho ingreſſus eſt. Tūc primùm Auguſtus, eo quòd Rempublicam auxerit, eſt ſalutatus. Hic uicit prælijs Dacos, & Germanorū ingentes copias proſtrauit: quo bello quadraginta milia captiuorum hominum ex Germania tranſtulit, & ſupra ripam Rheni, in Gallia collocauit. Nullus eo in bellis felicior exiſtit, his quadraginta quatuor annis, quibus rexit ſolus Imperium, ciuiliſsimè uixit. Duodecim enim annis alijs, cum Antonio regnauit.

Hic eſt gloriatus, ſe Vrbem lateritiam inueniſſe, & marmoream reliquiſſe, & quàm plurimo decore ornatam.

Anno ipſius uigeſimoſexto, Virgilius Brunduſii moritur, ſed oſſa Neapolim transferuntur.

Anno eiuſdem trigeſimoquinto, Horatius poëta moritur Romæ.

Tempore Octauiani, taberna famoſa trans Tyberim, quæ ideo dicebatur emeritoria, quia emeriti, ea quæ ſuis ſtipēdijs meruerant, in ſoluendo expendebant. De qua, quia in natiuitate Domini fons olei erupit: ad honorem beatæ Mariæ uirginis cōſtructa fuit eccleſia ibidem à beato papa Calixto primo.

Mortuus eſt autem Octauianus 35 Auguſtus anno uitæ ſuæ ſeptuageſimoſeptimo, apud Attelam, ciuitatem Campaniæ: & ſepultus eſt in Martio campo.

Tempore Auguſti, computati ſunt ciuium Romanorum nonagies quadringenta milia & octoginta milia.

DE TY-

Anni à Christo nato,

PONTIFICES.

xit. Legitur quocꝫ ibidem, quòd in eodem itinere,
2 in ore cuiuſdam ſpeluncæ, hoſpitati fuiſſent: de eadem ſpelũca, duo magni dracones ſunt egreſsi: ad quorum cõtuitum, dum beata Virgo & Ioſeph terrerentur, ad nutum pueri IESV dracones cum omni manſuetudine, inclinatis capitibus deſerta petierunt. Et etiam quòd unus leo in ipſo itinere adueniens, uſqꝫ in Ægyptum ipſis obſequens fuit.

30 CHRISTVS baptizatur trigeſimo anno.

31 Eadem die (ut dicitur) reuoluto anno, conuertit aquam in uinum.

33 CHRISTVS crucifigitur.

Eodem anno, menſe Auguſto, tertia die Stephanus lapidatur. Vbi de Saulo poſtea Paulus efficitur.

### DE S. PETRO. II.

36 POſt paſsionem Domini, anno ſequenti, beatus Petrus Apoſtolus, filius Iohãnis, prouinciæ Galileæ, de uico Bethſaida, fratre Andreæ, tenuit ſacerdotalem cathedrã in partibus Oriẽtis annis quatuor. Vbi primam miſſam celebrauit, dicendo ſolummodo Pater noſter.

Deinde uenit Antiochiam anno trigeſimooctauo natiuitatis CHRISTI. Vbi cathedram adeptus, ſedit annis ſeptem.

Inde uenit Romam, ubi annis uigintiquinqꝫ, menſibus ſeptem, diebus octo, põtificatum tenuit. Hic ſcripſit duas Epiſtolas, quæ Canonicæ nominantur. Et Euangelium Marci: quia eius auditor fuit, & filius de baptiſmo. Hic etiam fecit ordinationes, mẽſe Septembri, epiſcopos ſex, presbyteros decem, & diaconos ſeptem.

40 Anno etiam Domini quadrageſimo, Matthæus Euangeliũ CHRISTI ſcripſit.

44 Anno quadrageſimoquarto, Marcus

IMPERATORES.

Anni à Christo nato,

### DE TYBERIO. III

TYberius imperauit annis octo 15
decim, uſque ad annum quo paſſus eſt Dominus noſter IESVS CHRISTVS. Hic fuit Octauiani priuignus & gener, necnon & adoptione filius. Satis prudẽs in annis, ſatis fortunatus. Cui ſcientia literarum multa inerat, eloquio clarior: ſed ingenio peſsimo, inſidioſo: ſimulans ſe ea uelle, quæ nollet.

Hic decimooctauo Imperij ſui, 33
ætatis octuageſimooctauo, quum immani furore inſontes & innoxios ſuos, pariter & extraneos puniret, cum ingẽti gaudio omnium, mortuus eſt in Campania.

Is autem, ut refert Ioſephus, in omnibus ſuis negocijs moroſus erat. Vnde quum ſtatueret procuratores in prouincijs, uix alibi nũquam mutabat eos.

Huius temporibus, Ouidius poëta in exilio moritur.

¶ Pontius Pilatus, à Tyberio, procuratore Iudææ deſtinatur: quem Magiſter in hiſtorijs aſſerit, natum de Lugduno.

Hoc in loco ponit Ioſephus Iudæorũ hiſtoriographus, de CHRISTO laudabile teſtimonium, ſic dicens: Fuit eius temporibus ſapiens uir, ſi uirũ ipſum nominare fas eſt: erat enim mirabilium operum effector, & doctor: & multos Iudæorũ, & multos ſibi de gẽtibus adiunxit: CHRISTVS hic erat. Et plura alia de eius paſsione & reſurrectione profert.

Poſt paſsionem Domini, dictus 38
Tyberius imperauit annis quinqꝫ.

Pontius Pilatus, propter multas accuſationes contra ipſum factas, à Tyberio in exilium Viennam Burgundiæ mittitur. Et propter multas calamitates, quas ibidem ſuſtinuit, ſe propria manu interfecit.

Herodes, qui Ioannem Baptiſtam

PONTIFICES.

Anno à Christo nato,

cus Euangelium addidit.

Fames ualida fuit.

Nec multo pòſt, apoſtolus Pe-
44 trus Apollinarem Rauennam mittit: quæ tunc in Italia, magnitudine & frequẽtia populi, poſt Romam, famoſior erat.

Syrum mittit Papiam.

Marcum uerò interpretẽ ſuum, poſtquàm in Italia Aquileię ſcripſerat Euangeliũ, ad Ægyptum deſtinauit: qui Alexandrinã poſtea fundauit Eccleſiam.

Miſit etiam in Gallias ad plures ciuitates, plures diſcipulos: ueluti ſanctum Sauinianum, Potentianũ, Altinum & Martialem: qui dicuntur fuiſſe de ſeptuagintaduobus diſcipulis Domini: & alios, per diuerſa Galliæ loca & ciuitates miſit.

Paulus. ¶ Paulus uerò, ſicut continetur in Actis Apoſtolorum, propter appellationem, à Iudæa Romam ueniẽs, extra Vrbem horreum publicum conduxit: ubi cum fratribus de uerbo uitæ tractauit. Et ſatis innotuit Vrbi, de ſignis & prodigijs, & de ſanctitate ipſius. Concurſus ergo magnus fiebat ad ipſum de domo Cæſaris. Nam & Neronis inſtructor, Seneca, ſibi ualde familiaris extitit: ita ut quum ore ad os ſibi loqui non poſſent, ſe epiſtolis uiſitarent. Sed quia Paulus coram Nerone dixerat, figuram mundi per ignem diſſoluendam, iuſsit omnes qui per ipſum crediderũt, igne cremari: Paulum uerò, tanquam maieſtatis reum, ſecundum humanas leges, capite truncari.

Fuerunt & diſcipuli beati Pauli Apoſtoli, uiri egregij & illuſtres, ſicut Timotheus, Titus, Trophimus, Oneſimus, & multi alij, quos ad diuerſas partes mundi, prædicationis cauſa direxit.

Beatus Petrus apoſtolus, primus inſtituit ante paſcha Domini, quadrageſimale ieiuniũ: & ante Natale, tres

IMPERATORES.

Anni à Christo nato,

occiderat, & ſub quo paſſus eſt CHRISTVS, cum Herodiade uxore ſua, apud Viennam in exiliũ mittitur: ibiq; ambo miſerabiliter moriuntur.

CALIGVLA. IIII

CAius, qui & Caligula, impera- 39
uit annis tribus, mẽſibus decẽ, diebus octo. Hic ſceleratiſsimus fuit. Duabus ſororibus ſtuprũ intulit. Ex una, etiam natam filiam cognouit. Fuit nepos Tyberij Cęſaris.

Hieronymus ſuper Matthæum, à primo Caio Cæſare, omnes Romani Reges, Cæſares dicuntur.

Hic Caius, quum aduerſus cunctos, ingẽti auaritia, libidine, ac crudelitate ſæuiret, Romæ in palatio occiſus eſt.

CLAVDIVS. V

CLaudius imperauit annis qua- 43
tuordecim, menſibus ſeptem, diebus uigintinouem. Hic fuit patruus Caligulæ. Britãnis intulit bellum. Quaſdã etiam inſulas ultra Britãniam poſitas in Oceano, imperio Romano addidit, quæ appellantur Orcades. Hic quàm plurimùm ciuilis erat. Vixit annis quadragintaquatuor. Cõſecratus eſt poſt mortẽ & diuus appellatus. Hic memoriæ nullius fuit. Nam occiſa uxore ſua, paulò pòſt in triclinio recũbens, requiſiuit, cur domina nõ ueniret. Cibo uinoq;, omni tẽpore & loco intemperatiſsimus fuit. Meditatus eſt edictũ, quo ueniã daret, flatũ crepitũq; uentris emittendi: quum ex continentia, præ pudore, quendam periclitatum reperiſſet. Huius uxor Meſſalina (ſicut ſcribit Iuuenalis) tantæ libidinis fuit, ut in proſtibulis primùm clàm, deinde publicè omnibus ſe exponebat: non ſatiata, ſed laſſata recedens. Nobiles etiam mulieres, ad hoc ipſum trahebat. Hic quum deficeret, Britãnicum filium ſuum, uxoris perſuaſionibus exortem Romani Imperij faciẽs, Neronem

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

PONTIFICES.

le,tres hebdomades:& quartam imperfectam,ab omni Chriſtiano po=
34 pulo inſtituit uenerari,in cõmemoratione primi & ſecundi aduentus Domini noſtri IESV CHRISTI.De quorum põtificatu, & morte ipſorum,ſcribit Gelaſius Papa,ſic dicẽs: Sancta Romana Eccleſia,nullis ſynodis conſtitutis, cæteris Eccleſiis prælata eſt. Sed Euangelica uoce Domini & ſaluatoris noſtri primatum tenuit,dicẽtis: Tu es Petrus,& ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam. Cui data eſt ſocietas beatiſsimi Pauli,qui nõ diuerſa,ut hæretici garriunt. Vno tempore,eodemq́ die, in urbe Roma, cum Petro,ſub Cæſare Nerone agonizãs,coronatus eſt.Et pariter dictã Romanã eccleſiã Chriſto Domino cõſecrauit: ac cęteris urbibus,in uniuerſo mũdo,ſua coronali præſentia ac uenerãdo triumpho pręlulerunt.Ob id, Romana ſedes prior eſt dignitate: licet Antiochena, prior ſit tẽpore.

Paſſi ſunt autẽ Petrus & Paulus, ultimo anno Neronis.Petrus quidẽ in uia aurea,ibiq́ ſepultus,iuxta palatium Neronianũ,in Vaticano,ubi crucifixus eſt.Paulus uerò,ad aquas Saluias,in uia Hoſtienſi.

Tempore autem Cornelij papæ, Græci furati corpora Apoſtolorũ, ut ea in Græciam deferrent, aſportabãt.Sed dæmones in idolis habitantibus Diuina coacti uirtute clamabant: Viri Romani, ſuccurrite: q̃a dij ueſtri auferũtur.Fideles autẽ hæc audientes,intelligebãt de Apoſtolis:infideles uerò,de ſuis dijs.Sic multitudo adunata eſt fidelium & infideliũ,perſequentes illos. Quod uidentes Græci,apud Catatumbas, Apoſtolorũ corpora in puteũ proiecerũt.Sed à beato Cornelio papa, ſunt inde extracta.Sed quum in dubium uerterentur, quæ eſſent oſſa beati Petri uel Pauli, orãtibus fidelibus, diuinitùs reſponſum habuerunt,

IMPERATORES.

nem filiæ ſuæ maritum deſignauit Imperatorem.Sicq́ prælatus eſt gener filio,ordine præpoſtero.

Huius Claudij tempore, Petrus & Paulus uenerunt Romam:& ibi Petrus Apoſtolus uiginti quinq́ annis rexit Eccleſiam:& ſalutarem fidem prædicans,potentiſsimis uirtutibus ipſum comprobauit.

His temporibus phœnix, auis unica apparuit in Ægypto,quæ ante ſexcentos annos in Arabia apparuerat:quæ ad quingentos annos uiuere dicitur,& poſtea ſeipſam cremando,in ſuo nido, renaſcitur. Eſt autem ad modum aquilæ magna, criſtato capite,circa collum fulgore aureo,poſtera parte purpureo,præter caudam, cuius nitor roſeus ac ceruleus eſſe deſcribitur.

NERO. VI

Nero imperauit annis trede= 57
cim,mẽſibus ſeptem, diebus uiginti nouem. Hic Romanũ imperiũ deformauit & minuit. Piſcabatur retibus aureis,quæ ſericis funibus extendebantur.Infinitam Senatus partẽ interfecit.Bonis hominibus hoſtis fuit.Citharœdico habitu uel tragico paricidia multa cõmiſit.Fratre, uxore,& magiſtro interfecto, urbẽ Romæ incẽdit.Chriſtianis primùm perſequutionẽ intulit. Propterea, à Romanis omnibus deſtitutus, ſimul & à Senatu hoſtis iudicatur.

Huius imperij anno ſexto, Iacobus frater Domini,qui ab omnibus Iuſtꝰ appellatur,primò à Iudæis lapidatꝰ,poſtea pertica fullonis excerebratus,occubuit. Seneca Cordubẽſis, patruus Lucani poëtæ, præceptor Neronis, uita & ſciẽtia pręclarus,inciſione uenæ & hauſtu ueneni,iuſſu iſtius Neronis perijt.

Hoc tempore,Iudæa Romanis rebellis efficitur:& à Nerone contra ipſam Veſpaſianus mittitur.

Nero etiã omnibus flagitijs ſuis

PONTIFICES.

*Anni à Christo nato,*

runt, quòd maiora oſſa ſunt prædicatoris, minora uerò piſcatoris. Quę tamen poſtea Sylueſter cum laude æqualiter pōderaſſe dicitur: & conſecrādo utriuſq; eccleſiam, in utraque utriuſque oſſa collocaſſe.

LINVS. III

71 Linus, Italicus, de regione Tuſciæ, patre Eſculano, ſedit annis undecim, menſibus tribus, diebus tredecim.

Hic, ex præcepto beati Petri Apoſtoli cōſtituit, ut mulier in Eccleſiam uelato capite intret.

Hic, martyrio coronatus eſt: ſepultus in Vaticano, iuxta corpus beati Petri, nono calēdis Octobris.

Dicunt, qui de cathedra Romanæ Eccleſiæ diligentiùs perſcrutati ſunt, quòd Linus & Cletus non ſederunt, ut Pōtifices, ſed ut ſummi Pontificis coadiutores: quibus in uita ſua beatus Petrus, unam tradidit Eccleſiaſticarū rerum diſpenſationem. Ipſe tamen orationibus & prædicationibus uacabat: ꝓpter quod tanta authoritate dotati, meruerūt in Catalogo Pontificum poni.

¶ Clementem uerò, ipſe beatus Petrus ſucceſſorem ſibi conſtituit.

Hic beatus Pontifex, quum dæmones effugaret, mortuos ſuſcitaret, & innumerabilia alia miracula faceret, & multos baptizaret: & quum etiā Saturnini conſulis (qui ipſum captiuauerat) filiā à dæmone liberaſſet: Saturninus cōſul credēs hoc magicis artibus fieri, ipſum diuerſis pœnis afflictum decollauit. Et licet corpus eius fuerit primò in Vaticano ſepultum, poſtea tamen à Gregorio Hoſtienſi epiſcopo, cū multa ſolēnitate cleri, eſt in Hoſtiā deportatū, & in eccleſia maiori, ſcilicet ſancti Laurentij, reconditum.

CLETVS. IIII

82 Cletus, natione Romanus, de regione Vico patritio, patre Æmiliano, ſedit annis undecim. Hic,

IMPERATORES.

*Anni à Christo nato,*

hoc addidit, ut ſanctos Dei Apoſtolos Petrum & Paulum trucidaret.

Hic propter Vrbis incenſionem & alia ſua maleficia quum quęreretur ad pœnam, è palatio fugit: & in ſuburbio, quod fuit inter Salariā & Numentanam, ad quartū Vrbis miliariū, ſeipſum interfecit: & à lupis dicitur comeſtus. De ipſo refert Suetonius, quòd quum eſſet ſceleratiſsimus, nullū hominem ex aliqua parte corporis pudicum uel purum iudicabat. Ideóq; ſuis obſcœnitatē, cæteraq; delicta liberè cōcedebat: nullamq; ueſtem bis induit: ſoleas argenteas mulis fecit. In nulla re tam damnoſior, quàm in ædificando. Nam palatij ipſius largitas, ſtructura, ornatus ex auro, argēto, gemmis & ebore, breui ſermone comprehendi non poteſt.

Huius tēporibus, Coliſeus, ſiue Coloſſus Romæ erigitur, habens altitudinis pedes centum quadraginta.

GALBA. VII

Galba, menſibus ſeptem. In Hybernia, Vitellius: in Germania, Otto: Romanum regentes Imperium, ſeſe interfecerunt. 70

VESPASIANO. VIII

Veſpaſianus imperauit annis nouem, menſibus decem, & diebus duodecim (aliâs uigintiduobus). Hic factus eſt Imperator apud Palæſtinam, obſcuro loco natus: ſed optimis comparandus. Sub hoc, Iudæa Romano ceſsit Imperio. Hic cum filio ſuo Tito, de Hieroſolymis triumphauit. Propter hoc, Senatui & Populo Romano extitit amabilis & iocūdus. Pro fluxu uentris perijt: & quum morte urgeretur, ſe erexit: &, ſtātem (inquit) decet Imperatorē excedere terris. 71

Hic à Claudio in Germaniam & Britanniam miſſus, trigeſies & bis cum hoſte conflixit, & ualidiſsimas gentes Imperio Romano adiecit.

TITVS

Anno à Chriſto nato,

### PONTIFICES.

Hic, ex præcepto beati Petri, uiginti & unũ presbyteros ordinauit in urbe Roma, mẽſe Decẽbri. Sepultus eſt iuxta corpꝰ beati Petri in Vaticano, martyrio coronatꝰ, ſexto calẽdis Maij. Et ceſſauit epiſcopatꝰ diebus triginta quinq;. Hic Põtifex inuenitur in literis ſuis poſuiſſe, ſalutẽ & Apoſtolicã benedictionẽ. Hic etiã pontifex omnibus populis ſcribẽs approbat & cõmendat peregrinationes ad ſanctos, & maximè ad limina ſancti Petri, aſſerẽs, quòd ualidior eſt ad ſalutem, ſancti Petri uiſitatio, quàm duorum annorũ ieiuniũ: & illos anathemate execratur, qui uiſitationem Apoſtolorum impediunt & diſſuadent.

### CLEMENS. V

94 Clemẽs, de regione Cęlio monte, Romanus natione, ex patre Fauſtino, ſedit annis nouẽ, menſibus duobus, diebus decem.

Hic quũ multos libros Chriſtianę ſcriberet religionis, martyrio coronatus eſt. Hic fecit ſeptem regiones diuidi notarijs, quæ geſta martyrũ, unuſquiſq; per regionem ſuã diligenter perquireret. Hic quãuis à beato Petro eſſet electus, tamẽ coëgit Linũ & Cletũ ante ſe pontificari. Et ita eſt ipſe primus poſt Petrũ per electionem, tertius uerò per gradũ. Vnde ipſe ſcribit in Epiſtola ad Iacobũ Hieroſolymitanũ, dicẽs: Simon Petrus, tẽpore quo finem uitæ ſuæ ſibi imminere pręſenſit, in conuentũ fratrum poſitus, apprehẽſa manu mea ſic dixit: Fratres hũc Clementẽ, epiſcopũ Vrbis ordino, qui mihi ab initio uſq; ad finẽ, comes in omnib. fuit. Quumq; ego ad pedes eius procidẽs declinarem cathedræ honorem, reſpondit, Tu peccati periculũ timens, fugis cathedrã: certus eſto, quòd amplius peccas, quum populum Dei, ueluti in fluctibus poſitũ, quum poſsis iuuare, ſubterfugis: tui tantùm cõſiderationem

Anni à Chriſto nato,

### IMPERATORES.

### TITVS. IX

80 Titus, annis tres. Hic Hieruſalẽ cum patre Veſpaſiano ſubuertit, & ab eis omnia ornamenta templi delata ſunt Romæ: & iuxta id quòd Hieronymus in expoſitione Iohelis refert, in templo Pacis repoſita fuerunt. Hic enim fuit uir mirabilis omniũ uirtutũ, ideo ut deliciæ humani generis diceretur. Hic conuictos aduerſum ſe de coniuratione, dimiſit in eadem familiaritate quam antè habuerat, permanendo. Liberalitatis tantæ fuit, ut nulli quicquam negaret: dicens, Nullum triſtem ab Imperatore debere diſcedere. Aſſerens, ſe illum diem perdidiſſe, quo nihil dederat.

In ea, qua pater, uilla ſepultus eſt apud Sabinos. Tantus luctus eo mortuo in Vrbe fuit, ut omnes ferè ſuam mortem deflerent. Et licet pater eius, magnarum uirtutum fuit: filius tamen, qui exceſsit patrem uirtute, præponitur patri in ſcriptis & in communi loquutione.

### DOMITIANVS. X

83 Domitianus, annis tribus, menſibus quinque imperauit.

Hic frater fuit Titi. Fuit primis annis moderatus Imperio: at mox ad ingentia uitia progrediens tantum effecit, ut merita fratris & patris aboleret. Interfecit nobiliſsimos è Senatu. Dominũ & deum primùm ſe appellari iuſsit. Nullã niſi argenteã uel auream ſtatuã, in Capitolio paſſus eſt poni. Cõſobrinos interfecit.

Iohannes Euãgeliſta, in Pathmos relegatur.

Secundam poſt Neronem intulit perſequutionem.

Hic licet Veſpaſiani filius & frater Titi fuerit, in nullo tamen ipſis, ſed potius Neroni uel Caligulæ ſimilius fuit. Verùm quum ob ſcelera uniuerſis exoſus fuiſſet, interfectus eſt à ſuis in palatio, anno ętatis trigeſimoſexto: & cũ dedecore ſepultus.

Anno à Christo nato,

PONTIFICES.

tionem habens,& non quod in cō-mune expedit,prouidens.

Huius corpus circa Corſonā,ubi exilio relegatus fuerat,in mare Ponticū proiectū diu iacuit:ſed multorum annorum curricula, mari ab illo loco recedente, à beato Cyrillo Cyrenorū epiſcopo, & penè omni Sclauorū Apoſtolo diuinitùs repertum,delatū eſt: tempore primi Nicolai papæ, Romæ in eccleſia ſancti Clementis per papam & populum honorificè eſt reconditum. In qua eccleſia,Cyrillus poſt paucos dies diem claudens extremum, intumulatur,miraculis coruſcando.

Hic Clemens ſtatuit,ut cathedra epiſcopalis in eminentiori loco deberet ſtatui,in qua reſidens epiſcopus, omnes poſsit circunſpicere, & ab omnibus poſsit circunſpici.

Hic etiā ſtatuit,ut baptiſatus,put citius poteſt, cōfirmetur:quia aliter non eſſet perfectus Chriſtianus,qui confirmationē,non neceſsitate,ſed incuria aut uolente omitteret.

ANACLETVS. V

103 Anacletus,natione Græcus,de regione Athenienſium,patre Antiocho,ſedit annis nouem,menſibus duobus,diebus decem.Et ceſſauit epiſcopatus diebus tredecim.

Hic memoriam beati Petri conſtruxit & compoſuit: ſeu alia loca, ubi epiſcopi traderētur ſepulturæ.

Sepultus eſt iuxta corpus beati Petri,tertio idus Iulij.

Hic conſtituit,ut clericus nec comam nutriret,nec barbam.

De iſto tacet Euſebius in Chronicis:& dicit quòd Anacletus ipſe eſt, qui & Cletus. Sed Damaſus papa in Chronica Romanorū,quam ſcribit Hieronymo,ponit eos diuerſos: & dicit, quòd Cletus fuit natione Romanus, & Anacletus natione Græcus:non ſolùm autem in hoc, ſed etiā in pluribus alijs, Chronica Euſebij diſſentit ab alijs Chronicis. Hic

IMPERATORES.

Anni à Christo nato,

Huius tempore paſſus eſt Dionyſius Areopagita cum ſocijs ſuis: & ſanctus Lucianus,beati Petri apoſtoli diſcipulus,quos ſanctus Clemens coniunxerat in Gallias mittendo.

Iſtius tempore ædificatū eſt templum Pantheon:quod nunc Sācta Maria Rotunda dicitur.

Factum eſt autem hoc modo,Senatores percipiētes Perſas rebellaſſe, quum Marcum Agrippā Vrbis pręfectū illuc mittere uoluiſſent,& ille renueret,petens trium dierū deliberationem:quum quadam nocte ſuper hoc cogitādo obdormuiſſet, apparuit ei quædā fœmina dicens: quòd ſi promitteret ſe facturū unū templum ad honorem ipſius,ſicut ipſa doceret,uinceret,ipſius auxilio aſſerens ſe uocari Cybelē, matrem omniū deorum. Agrippa,quum hoc promiſiſſet,&mane cōſurgens, hanc uiſionē Senatui retuliſſet:miſſus cum magno apparatu nauium, & quinque legionibus militū,Perſas debellauit.

NERVA. VI

Nerua,anno uno, mēſibus quatuor. 28

Iſta omnia quæ Domitianus fecerat,dānauit:unde Iohānes Euangeliſta de exilio Epheſum redijt.

TRAIANVS. VII

Traianus imperauit annis nouemdecim. 100

Iſte Aſia & Babylonia capta,ad Indiæ fines,poſt Alexandrū acceſsit.

Hic non per ſe,ſed per ſuos conſiliarios, tertiam Chriſtianis iuſsit inferri perſequutionem.

Hic ex famula Hiſpana natus,in Italia apud Agrippinam in Gallijs Imperator factus eſt.

Hic poſt Auguſtum, fines Romani Imperij late longeq; ampliauit:& uſque ad fines Indiæ acceſsit.

In mari rubro claſſem inſtituit, ut per eam fines Indiæ uaſtaret.

Romæ,

Anni à Christo nato,

PONTIFICES.

Hic autem pontifex, omnes monuit fideles per epiſtolam, ut preſbyteri præ cæteris honorentur: dicens, quòd Deo ſacrificantes nõ debent uexari, ſed portari, & ab omnibus uenerari. Et quòd presbyteri quando ſacrificant, teſtes ſecum habeant, maximè epiſcopi, ut Domino perfectè ſacrificare probentur.

EVARISTVS. VI

112 EVariſtus, natione Græcus, ex patræ Iudæo, nomine Iuda, de ciuitate Bethlehem, ſedit annis tredecim, menſibus ſeptẽ, diebus duobus. Et ceſſauit epiſcopatus diebus octodecim.

Hic titulos in Vrbe Romæ diuiſit presbyteris: & ſeptem diaconos conſtituit, qui cuſtodirent epiſcopum prædicantem: propter ſtylum erroris, qui poſsit imponi epiſcopo ab æmulis: & ſic infamaretur epiſcopus, & uerbo Diuino detraheretur ab inſidiatoribus. Conſtituit etiã, ut coniugium à parentibus publicè ſponſetur, & demũ à ſacerdote benedicatur ſolenniter.

Hic martyrio coronat̃ ſub pſequutione Traiani. Qui ſepultus eſt iuxta corpus beati Petri, in Vaticano.

ALEXANDER. VII

125 ALexãder, primus natione Romanus, de patre Alexandro, de regione Capri tauri, menſibus quinque, & diebus duobus. Et ceſſauit epiſcopatus, diebus trigintaquinque.

Hic conſtituit aquam aſperſionis cũ ſale benedici, & in habitaculis hominum aſpergi.

Hic ſub Adriano Imperatore, miſſus eſt in carcerem: & Hermes, præfectus Vrbis, qui per eum crediderat: atq; Euentius presbyter, & Theodorus diaconus: qui cum papa Alexandro, & cum pluribus alijs diuerſis pœnis afflicti, martyrio coronantur.

Alexander uerò papa, tunc uia Numen-

IMPERATORES.

Anno à Christo nato, 100

Romæ, & per prouincias, omnibus ſe æqualem exhibẽs, amicos ſuos ſalutandi cauſa frequentans, uel ægrotantes: liberalis cunctis.

Hic poſt ingentem belli gloriã, à Perſide rediens, apud Seleuciam, profluuio uentris extinctus eſt. Oſſa uerò ipſius collecta in urna aurea Romæ delata: & in foro quod ipſe ædificauit, ſub colũna poſita ſunt: cuius altitudo centum quadraginta pedes continet. Hic ſolus omnium intra urbem ſepultus eſt, & inter diuos relatus.

Huius hoc inſigne memoriæ eſt, ut Senatu principibus non aliter adametur, niſi felicior Auguſto, melior tyranno.

Sub eo paſſus eſt ſanctus Ignatius, diſcipulus ſancti Ioannis Euangeliſtæ, epiſcopus Antiochiæ, qui Traiano de uictoria redeunti, & mortem Chriſtianis comminanti occurrit: & ſe Chriſtianum confitens, ferro uinctus Romam ducitur.

Huius cor quum minutatim diuiſus eſſet, nomen Chriſti in ſingulis particulis aureis literis ſcriptum, inuentum eſt.

Eo tempore floruit Euſtathius, cognomento Placidus, magiſter militiæ Traiani Imperatoris: cui in uenatione Chriſtus in cruce apparuit, & poſtea cum uxore & filijs aduerſa ſuſtinuit.

Pantheon, Romæ fulmine concrematur, denuoq; reparatur.

Plinius orator & hiſtoricus floruit: qui mitigauit tyrannum Imperatorem, ſæuientem in Chriſtianos, à perſequutione ipſorum: ſcribens Imperatori, nil mali reperiri in eis, præterquàm quòd idolis non ſacrificabant, & CHRISTVM ante lucẽ ſurgentes, uelut Dominũ laudarẽt.

Huius tempore Simon Cleophas conſobrinus Iacobi Apoſtoli, qui ei in epiſcopatu ſucceſſerat, Hie



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

Anno à Christo nato,

PONTIFICES.

Numentana ſepultus, poſtea uerò in eccleſia ſanctæ Sabinæ translatus eſt. Hic ob memoriam Paſsionis Chriſti, in Canone addidit, Qui pridie quàm pateretur. Hic etiam ſtatuit, ut uino aquæ miſcetur in miſſa, ad deſignandam unionẽ Chriſti cum Eccleſia: & ut oblatio fieret ex azymo, & in modica quantitate dicens, Hęc oblatio quanto potior, tanto rarior.

SIXTVS. IX

233 Sixtus, etiam natione Romanus, ex patre paſtore, regione Via lata, ſedit annis decem, menſibus tribus, diebus uiginti uno.

Hic cõſtituit, ut diceretur in Miſſa, Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus Sabaoth. Et miniſteria ſancta non tangerentur, niſi à miniſtris.

Iſte foris portam Appiã decollatur: ubi Dominus apparuit Petro, Domine quò uadis. Sepultus eſt in Vaticano, iuxta corpus beati Petri.

His temporibus, dum ſæuiente ubiq; perſequutione Chriſtianorũ paucisſimi inuenirentur qui ſe dicerent Chriſtianos. Chriſtianis in Gallia poſcentibus, ut ipſis aliquem uirum dirigeret, qui penè iam extinctam lucernam fidei reaccenderet: miſit Peregrinum epiſcopum, genere Romanum, ipſi plures alios aſſociando. Qui Peregrinus, multis ad fidem conuerſis, ibidem martyrio coronatur. Hic conſtituit, ut corporale non fieret ex ſerico, ſed de puriſsimo lino contexto, non tincto. Et, ut mulier, ſacra uaſa altaris & pallas non tangeret. Hic etiam conſtituit, ut quicunq; epiſcoporũ uocatus ad ſedem Apoſtolicã fuiſſet, rediens ad eccleſiam ſuam non ſuſciperetur, niſi cum literis papalibus. Hic ſepultus eſt prope altare ſancti Petri, in ſepulchro, in quo requieſcũt Linus & Cletus, Anacletus

IMPERATORES.

roſolymis martyrio coronatur.

ADRIANVS. XIII

119 Adrianus imperauit annis uiginti & uno.

Iſtę Iudæos rebelles ſecũdò ſubiugauit, urbemq; Hieroſolymam reſtaurauit: nõ Iudæos, ſed alias gentes ibi ponendo.

Iſte fuit in omnibus glorioſus, leges multas fecit & condidit: & columnam ſuo nomine in Vrbe, ſibi fecit. Quæ licet Traiani nepos fuit, tamen gloriæ Traiani inuidẽs, ſtatim tres prouincias, uidelicet Syriã, Meſopotamiam & Armeniam, quas Traianus addiderat, reliquit. Idẽ de Dacia conantẽ facere, amici deterruerũt eũ: quia Traianus deuicta Dacia, ex toto orbe Romano infinitam hominum multitudinem ad agros & urbes colendas tranſtulerat.

Pacem tamen omni tempore Imperij ſui habuit. Facundiſsimus Latino ſermone, & Græco eruditiſsimus fuit. Diligentiſsimus circa ærarium fuit, & militum diſciplina.

Obijt in Campania, Imperij ſui anno uigeſimoprimo. Senatus noluit ei tribuere diuinos honores: tamen ſucceſſor ipſius uix potuit obtinere apud Senatores multo conatu.

Adrianus etiam reſtaurata Hieroſolyma præcepit, ne cui Iudæorum daretur licentia intrandi, ſed tantùm Chriſtianis. Et illo tẽpore factũ eſt, ut locus paſsionis CHRISTI eſſet intra muros, qui prius fuit extrà. Et quia uocabatur Ælius Adrianus, uoluit ut Hieroſolyma uocaretur nomine ſuo, Ælia.

Sub Adriano iſto, paſſa eſt Romæ beata uirgo Seraphia, Antiochena genere, manens in domo nobiliſsimæ fœminæ Sabinæ, quam ſua doctrina cõuerterat. Inde ſancta Sabina, quia collegiſſet oſſa ſanctæ Seraphię, accuſatur, ac demum ipſa martyrio coronatur. Floruit etiam

PONTIFICES.

Anni à Christo nato,

tus & Euariſtus. Et tantorũ martyrum altare, qđ eſt ſuper eos, ſolius ſancti Sixti nuncupatur.

TELESPHORVS. X

143 Teleſphorus, natus ex anachoreta, ſedit annis undecim, menſibus tribus, & diebꝰ uigintiduobꝰ. Et ceſſauit epiſcopatus diebꝰ ſeptẽ.

Hic cõſtituit, ut Miſſam ante tertiam nullus præſumet canere: item hymnũ, Angelicũ ante ſacrificiũ cãtare: & in natali Domini tres miſſas cũ Gloria in excelſis. Septẽ hebdomadarũ ieiuniũ ante paſcha plenè ieiunandũ, maximè clericis præcepit, dicẽs: Sicut diſcreta debet eſſe uita clericorũ à laicorũ cõuerſatione, ita & ieiunij debet eſſe diſcretio. Has ergo ſeptẽ hebdomadas, omnes clerici à carne & delicijs ieiunẽt. Tres autem miſſas in natali Chriſti inſtituit: primam, in pullorũ cantu, circa mediam noctẽ, quando Chriſtus in Bethlehẽ naſci dignatus eſt: ſecundam, circa aurorã, quando Chriſtus in cunabulis eſt adoratus à paſtoribus: tertiam, in hora diei tertia, quando illuxit nobis dies redemptionis noſtræ.

Hic martyrio coronatur, & ſepultus eſt apud S. Petrũ, in Vaticano.

IGINVS. XI

154 Iginus, natiõe Grecus, Athenienſis ſcilicet, cuius genealogia non inuenitur, ſedit annis quatuor, mẽſibus quatuor, diebus ſex. Et ceſſauit epiſcopatus diebus tribus. Hic clerum cõpoſuit, & gradus diſtribuit, Hic ſepultus eſt in eccleſia beati Petri. Hic cõſtituit, ut unus patrinus uel patrina ſuſcipiat leuatũ à fonte baptiſmi: ſimiliter & in confirmatione. Hic martyrio coronat̃. Scripſit omnibus fidelibus generalem epiſtolam de Deo trino & uno, & de Dei filij incarnatione, plenam fidem Catholicam continentem.

Inſuper ſtatuit, quòd excepto Romano pontifice, nullus metropolitanus audiat cauſam ſui epiſcopi

ſuæ

IMPERATORES.

Anno à Christo nato,

etiã his tẽporibus Secundus Philoſophus, qui philoſophatus eſt, omni tempore ſilentiũ ſeruans. Cauſa autem ſilentij, in ſuo libro demonſtratur. Eo tempore Aquila, genere Ponticus, ſecundus interpres legis Moſaicæ, floret. Hic Adrianus præcepit per Epiſtolam, ut nemini liceret Chriſtianos, ſine obiectu criminis aut probatione, damnare.

Hic poſtquàm Rempublicã iuſtiſsimis legibus ordinauit, Bibliothecã Athenis miri operis cõſtruxit.

Obijt in Campania.

Huius tẽpore, Græco more, tunc primùm in Orientali eccleſia, Chriſtianorum myſteria celebrata ſunt, quæ prius Hebraicè celebrata fuerunt.

ANTONINVS PIVS. XIIII

Antoninus Pius imperauit cũ filijs, annis uigintiduobus, mẽſibus tribus. Iſte, ob hoc tale cognomentum accepit, quia in omni regno cautionibus retentis, creditorũ debita relaxauit. 140

Iſte gener Adriani erat, erga Chriſtianos pius: & adeò tranquillè regnauit, ut meritò Pius & Pater dictus fuerit. Ærarium opulentum reliquit, & Rempublicam ampliauit. Poſt mortem uerò eius, tanquam Romulus colebatur.

Obijt autem apud Ortam uillã ſuam, miliario ab Vrbe duodecimo: & inter diuos relatus eſt, & meritò conſecratus.

Hoc tempore Galenus medicus Pergamo oriundus, Romæ claret. Eo tempore floruit Pompeius Trogus, natione Hiſpanus, qui totius orbis hiſtorias, à tempore Nini Regis Aſſyriorum, uſq; ad monarchiã Cæſaris, Latino ſermone deduxit, diſtinguens per libros quadraginta quatuor. Quorũ abbreuiationẽ fecit Iuſtinus, eius diſcipulus. Qui Iuſtinus philoſophus, Antonino Pio librũ de Chriſtiana religione compoſitum

*Anni à Christo nato,*

PONTIFICES.

ſuæ prouinciæ: nec eum condemnet, niſi cauſa in conſpectu epiſcoporum comprouincialiũ ſuorũ fuerit diligentiſsimè uentilata.

PIVS. XII

158 PIus, natione Italicus, de ciuitate Aquileia, ex patre Ruffino, ſedit annis uigintiduobus (aliâs undecim) menſibus quatuor, diebus uigintiuno. Et ceſſauit epiſcopatus dieb' quatuordecim. Sub cuius epiſcopatu Hermes ſcripſit librũ, in quo mandatũ cõtinet, ut Reſurrectio Dominica nõ celebretur niſi in die Dominica. Hic cõſtituit, hæreticũ uenientẽ ex Iudæorũ hæreſi, ſuſcipi & baptizari. Hic fecit ordinationes quinq;. Et martyrio coronatus, ſepultus eſt iuxta corpus beati Petri in Vaticano.

Huius tempore Polycarpus, epiſcopus Epheſinus, Ioannis Apoſtoli diſcipulus, Romam ueniens, multos ab hæretica labe reuocauit: qui Valentini & Cerdonij fuerant doctrina corrupti.

His temporibus fuerant Romæ ſanctiſsimæ uirgines, Potentiana ſcilicet, & Praxedis.

Quis autẽ fuerit prædictus Hermes, idem papa in Epiſtola ſua demonſtrat, dicens: Iſtis temporibus Hermes doctor fidei & ſcripturarũ effulſit inter nos: & licet nos Paſcha Domini, die Dominica celebraremus, & quidam inde dubitarent: ad corroborandas animas eorum, eidem Hermeti angelus Domini in habitu paſtoris apparuit: & præcepit, ut Paſcha Domini, Dominica die ab omnib' celebrareť: qđ & nos authoritate Apoſtolica ſancimus.

ANICETVS. XIII

169 ANicetus, natione Syrus, ex patre Ioanne de Vico myrrha, ſedit annis nouem, menſibus tribus, diebus quatuor. Et ceſſauit epiſcopatus diebus quindecim.

Hic conſtituit, ut clericus nõ nutriret comam uel barbã: & ut haberet co-

IMPERATORES.

*Anni à Christo nato,*

poſitum tradidit, & benignũ eum Chriſtianis fecit.

Hic Antoninus adeò pius fuit, ut nulli acerbus fuerit, quærens bonis honorem. Qui dicitur tale uerbum dixiſſe: Malo exemplo Scipionis, unũ ciuem ſeruare, quàm mille hoſtes occidere. 160

Huius Antonini filia, Fauſtina nomine, quum uidiſſet duos gladiatores pugnantes, exarſit in unum: propter quod, quum languere cœpiſſet, uiro ſuo Marco Antonino cauſam languoris manifeſtauit. Qui ꝑ conſilium medicorum Chaldæorũ, ipſum gladiatorem fecit interfici, et ſanguine illius, corpus Fauſtinæ perungi. Quo facto ceſſauit tentatio, & etiam infirmitas.

*Ptolemæus.* Huius Antonini tẽpore floruit Ptolemæus, uir mirabilis in Mathematicis: qui plus addidit in Aſtronomia, quàm antea ante ſe ſcriptũ inuenit. Fuit autem educatus Alexandriæ. Et cum inſtrumentis Aſtronomicis obſeruauit aſtra, tẽpore prædicti Imperatoris, in Alexandria & in Rhodo. Fuit in ſtatura moderatus, colore albus, fortis iræ, pauci cibi, redolentem anhelitũ habens, & indumenta nitida. Compoſuit etiã libros multos, uidelicet Almageſti, & Perſpectiuam, & in iudicijs Quadripartitam, & Centiloquiũ, & plures alios. Vixit autem annis ſeptuagintaocto. De prouerbijs ſuis hoc inſigne eſt: Inter homines altior exiſtit, qui non curat in cuius manu ſit mundus. Et hoc: Qui per alios non corrigitur, alij per ipſum corrigentur. Item: Vltimæ hominis promiſsiones, cani ſunt.

ANTONINVS VERVS. XV

MArcus Antoninus Verus, cũ fratre Lucio Aurelio Cõmodo, imperauit annis nouemdecim. 162

Ab iſto, Roma incœpit duos Imperatores habere. Iſte optimus fuit. Tamen à ſuis, mota eſt Chriſtianis perſequutio quarta.

Horum

PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato,

ret coronã in modũ ſphærulę. Hic cõſtituit, ut epiſcopus cõſecrari nõ debeat, niſi ad minus à tribus epiſcopis. Nam & Apoſtoli (ſicut ipſe aſſerit) hoc ſeruauerunt. Si autẽ archiepiſcopus eſt conſecrandus, omnes cõprouinciales epiſcopi debẽt adeſſe, ſicut omnes tenent ei obedire. Item ſtatuit, ut ſi aliquis epiſcopus habet aliquid erga ſuũ archiepiſcopũ, nõ aliàs eſt deferendũ, niſi ad primatẽ, uel ad ſedem Apoſtolicã.

Hic ſepultus eſt in uia Appia, in cœmiterio Calixti. Hic etiã ſtatuit, ut nulli archiepiſcopi primates uocentur, niſi illi qui primas tenent ciuitates: quarũ epiſcopos, Apoſtoli uel ſucceſſores eorum regulariter patriarchas eſſe conſtituerunt: ſed metropolitani nominentur.

Eodem tẽpore Irenæus, doctor eximius, natione Græcus, Lugdunenſem gubernat Eccleſiam.

SOTHER. XIIII

178 SOther, natione Campanus, ex patre Cõcordio, de ciuitate Fundana, ſedit annis nouẽ, menſibus tribus, diebus uigintiuno. Et ceſſauit epiſcopatus diebus uigintiduobus. Hic cõſtituit, ut nulla monacha pallas ſacratas tangeret: nec incenſum poneret in ſancta eccleſia: & ut uelũ portet. Cõſtituit etiã, ut legitima nõ habeatur uxor, niſi quę p̃ ſacerdotẽ fuerit benedicta, & à parentibus ſolenniter fuerit tradita, & à paranymphis cuſtodita. Cauens multis periculis, quæ ſolent circa matrimoniũ contingere.

Hic martyrio coronatus, ſepultus eſt in Vaticano, in eccleſia ſancti Petri.

Huius temporibus, Cataphrygæ hæretici exorti ſunt: qui à Phrygia, unde originẽ habuerunt, nominati ſunt. Hi ſpiritum ſanctum nec Apoſtolis, nec aliȷs datum aſſerũt, niſi tantùm ipſis. Quorũ authores fuerũt Montanus, Priſca & Maximilla.

ELEV

IMPERATORES.

Anno à Chriſto nato,

Horum tẽpore, primùm Reſpublica æquo iure Imperiũ adminiſtrãtibus paruit. Mortuo tamẽ altero, ſolus Antoninus Rempublicã rexit: & tam in Oriente, & Aſia, quàm in Occidẽte, & Gallijs, multi martyrio coronati ſunt. In Aſia, ſanctus Polycarpꝰ, & alij cũ eo duodecim, ex Philadelphia. In Gallia, ſanctus Iuſtus, Viẽnenſis epiſcopus: & Photinus, Lugdunẽſis epiſcopus, cũ innumerabili multitudine, martyrio coronãtur. Quem Marcũ Antoninũ, quis dignè laudare poſsit? A principio enim uitæ ſuæ, tranquilliſsimus fuit. Hic ad nullum euentum elatus, prouincias ingenti benignitate & moderamine tractauit. In datione munerũ, poſt uictoriã magnificus.

Hic in Pãnonia mortuꝰ, ab omnibus cõclamãtibus certatim inter diuos relatus eſt. Per idẽ tẽpus floruit Egeſippus, ſcriptor hiſtoriographus. Huius tẽpore floruit beata uirgo Praxedis, quæ iugiter martyrum corpora ſepeliendo, orante ut tranſiret ex hoc mundo poſt eos ad Dominum, mox exaudita fuit migrando in pace ad Chriſtum.

Hic poſt bellũ quod habuit cõtra Germanos, Sclauos, Giauocos & Sarmatas, quum iam ærario exhauſto, non haberet quod militibus daret: nulli uolẽs eſſe moleſtus, magis elegit uaſa ſua aurea, & ornatũ uxoris, & multa alia ornamenta alienare, quàm Senatũ uel prouincias grauare. Sed uictoria habita, nõ ſolùm illa recuperauit, uerùm etiã omnibus prouincijs tributa relaxauit.

COMMODVS. XVI

COmmodus poſt Antoninum imperauit annis tredecim, cũ Lucio Antonino. 181

Theodotion interpres tertius, habetur. Atque Irenæus, Lugdunenſis epiſcopus, in doctrina habetur inſignis.

Hic Commodus, Antonini filius,

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

*Anni à Christo nato,*

## PONTIFICES.

### ELEVTHERVS.

188 Eleutherus, natione Græcus, ex patre Habundio, de oppido Nicopoli, ſedit annis quindecim, menſibus ſex, diebus quinq;. Et ceſſauit epiſcopatus diebus ſex. Hic accepit epiſtolã à Lucio Rege Britãno, ut Chriſtianus per eius mandatum fieret. Et hic iterum firmauit, ut nulla eſca, quæ fieret uſualis, Chriſtianis repudiaretur, maximè fidelibus, quæ rationabilis & humana eſſet. Tunc Papa miſit duos religioſos uiros, uidelicet Fuganũ & Damianum, qui Regem prædictum & populum baptizarent. Erant tunc in Britannia, uigintiocto pontifices idolorum, quos Flamines uocabãt: inter quos tres Archiflamines erãt. Sed prædicti ſancti, de mandato Apoſtolico, ubi erant Flamines, inſtituerũt Epiſcopos: ubi Archiflamines, Archiepiſcopos. Hic, quod Apoſtoli firmauerunt, ſuo decreto confirmauit, & renouauit, ut uidelicet à Chriſtianis nulla eſca repudiaretur, quæ rationabilis eſſet & humana.

Hic martyrio coronatus, ſepultus eſt in Vaticano, apud ſanctum Petrum.

Huius tempore, Apollinaris Hierapolim, & Dionyſius Corinthi, clariſsimi habentur epiſcopi.

Hic etiam beatus pontifex ſtatuit, ut nullus à ſuo gradu deijceretur, niſi primùm eſſet accuſatus: aſſerens, quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus Iudam furem eſſe ſciebat: ſed quia non eſſet accuſatus, ideo nec etiã deiectus: & quicquid interim inter Apoſtolos egit, pro dignitate miniſterij ratum manſit. Prohibuit etiam, ut abſente cuius cauſa uentilaretur, ſententia nullatenus proferatur.

### VICTOR. XVI

203 Victor, natione Apher, ex patre Felice, annis decẽ, mẽſib' duobus,

## IMPERATORES.

*Anno à Christo nato,*

lius, nihil paternũ habuit, niſi quòd contra Germanos feliciter pugnauit.

Septembrem menſem ad nomen ſuum reducere conatus eſt, ut Commodius diceretur. Vxoris obſcœnitate deprauatus, in amphiteatro cum huiuſmodi hominibus dimicabat.

Obijt morte ſubita, cum tanta execratione hominum, ut hoſtis generis humani etiam iudicaretur.

Iſte dictus Cõmodus, cunctis incommodus, in domo Veſtali ſtrangulatus interijt. Hic Philippum illuſtrem Romanũ, in Ægyptum, ut præfectus Alexandriæ eſſet, direxit. Cuius filia Eugenia, cum duobus ſuis eunuchis Protho & Hiacyntho clàm à patre Gentili, in uirili habitu recedens, Eugeniũ ſe uocans, monachi effecti ſunt in monaſterio. Quum Eugenius, mortuo abbate, prælatus efficeretur, per quendam fœminam, Melanthiam nomine, quæ in ipſum oculos iniecerat, quia ſibi non cõſenſerat, tanquam oppreſſor infamatur cum omnibus monachis. Et dum captus ad tormẽta duceretur, coram præfecto laniatis ueſtibus, ſe oſtendit ipſius eſſe filiam Eugeniam, & eunuchos Prothum & Hiacynthũ adeſſe. Tunc magnum fit gaudiũ. Pater cum omnibus baptizatur. Melanthia infamatrix, ictu fulminis crematur.

### PERTINAX. XVII

Ælius Pertinax & Seuerus, 149
annis octodecim.

Hic Ælius ſupplicante Senatu, ut uxorem Auguſtã, & filiam Cæſarem faceret. Renuens ait: Sufficere ſibi debere, quòd ipſe regnaret inuitus. Tandem ſeditione prætorianorum militum & Saluij ſcelere uulneribus obtruncatur.

Symmachus, quartus interpres habetur. Narciſſus epiſcopus Hieroſo-

### PONTIFICES.

*Anno à Christo nato,* bus, diebus decem. Et ceſſauit epiſcopatus diebus duodecim.

Hic conſtituit ſanctũ Paſcha die Dominica celebrari.

Hic ad ſacerdotum interrogatione de termino paſchali celebrauit Concilium.

Celebratũ eſt autem propter hoc concilium in Alexandria Palæſtinæ: cui interfuit ipſe papa Victor, Narciſſus patriacha Hieroſolymitanorum, Theophilus quoq; Cęſareę epiſcopus, & Irenæus Lugdunenſis epiſcopus. Vbi ſtatutum eſt, ut ſemper die Dominica paſcha celebretur: obſeruata decimaquarta luna menſis Aprilis, uſque ad uigeſimam primã. Multi enim tunc epiſcopi Aſiæ & Orientis cum Iudæis Paſcha celebrabant.

Hic conſtituit, ut neceſſitate urgente, quicunq; hominũ ſiue in flumine, ſiue in fonte, ſiue in mari, tantùm Chriſtiana confeſsione credulitatis clarificata, baptizaretur.

Hic ſub Seuero principe, martyrio coronatus, ſepultus eſt apud ſanctum Petrũ in Vaticano. Cuius feſtũ agitur quinto calendis Auguſti.

### ZEPHERINVS. XVII

213 ZEpherinus, natione Romanus, ex patre Abundo, ſedit annis octo, menſibus ſeptẽ, diebus decẽ. Et ceſſauit epiſcopatus diebus duodecim. Hic cõſtituit in præſentia omniũ clericorum & laicorum fideliũ, ut omnes Chriſtiani, annorum duodecim, euchariſtiam in die Paſchæ accipere deberent. Et fecit ſtatutum in eccleſia, ut omnia uaſa altaris eſſent uitrea uel ſtannea.

Sepultus eſt in cœmiterio Calixti, uia Appia.

Eo tempore, Alexander epiſcopus Cappadocię, quum cauſa deuotionis Hieroſolymã ueniſſet, uiuente adhuc Narciſſo, eiuſdẽ Vrbis epiſcopo, in ætate ſenili: ipſo tunc moriente idem Alexãder in epiſcopum

### IMPERATORES.

roſolymis uirtutibus plurimis celebratur. *Anni à Christo nato,*

Tertullianus Apher, in Eccleſia inſignis inuenitur. Origenes Alexandriæ in ſtudijs eruditur. 184

Hic Ælius Pertinax, uir grandæuus, & omnibus æquus: nunquã accepit munera, nunquã ad ulciſcendũ ſeductus eſt: qui ſexto mẽſe quo regnare cœperat, interemptus eſt.

¶ Seuerus uerò genere Apher, imperauit annis ſeptẽdecim. Hic belliciſsimus fuit, & Græcis & Latinis literis eruditiſsimus: ad quærendum, diligẽs: ad dandum, liberalis.

Seuerus etiam quinta in Chriſtianos exercuit perſequutionem: in qua multi ſancti per diuerſas prouincias paſsi ſunt. Inter quos fuit Leontius pater Origenis, capite cæſus, Origenem adhuc teneræ ætatis cum ſex fratribus, & matrẽ ipſorũ uiduã relinquẽs. Sed prędictus Origenes decimũſeptimũ agens annũ, ſic peritus erat in Grãmatica, qđ in ipſa docẽdo matrem & fratres alebat.

Paſſus etiã tunc Irenæus eſt, cum magna multitudine populi.

Seuerus uerò morit̃ in Britãnia, quæ modò dicitur Anglia Eboraci.

Hic Seuerus admodum fuit parcus, natura ſæuus. Bella multa feliciter geſsit: Parthos uicit, & Arabes. Multaq; toto orbe Romano Imperio recuperauit. Quinetiam præter bellicam gloriam, ciuilibus ſtudijs & ſcientia philoſophiæ clarus fuit. Nouiſsimum bellum in Britannia habuit. Et ut prouincias acquiſitas omni ſecuritate muniret, uallũ per centũ trigintaduo millia à mari uſq; ad mare perduxit. Hic primùm fiſci aduocatus, demũ per diuerſa officia aſcendendo peruenit ad Imperiũ. *Quidã non habent Cẽtum.*

Hic primus & ultimus ex Aphrica Imperator fuit.

### CARACALLA. XVIII

ANtonius Caracalla imperauit annis ſeptẽ, et Seuerinus filius 212

PONTIFICES.

Anni à Christo nato,

pum per reuelationẽ ibidẽ eligitur. Hic etiã Zepherinus ſtatuit, ut patriarcha uel primas uel metropolitanus contra accuſatum epiſcopum ſententiam nõ proferant, niſi prius fulti authoritate Apoſtolica: & ut ordinationes presbyterorum aut Leuitarum, tempore ſtatuto, & multis corãm aſtantibus, ſolenniter fierent de approbatis & doctis uiris.

CALIXTVS. XVIII

221 CAlixtus, natione Romanus, ex patre Demetrio, de regione urbis Rauennatæ, ſedit annis quinq;, menſibus duobus, diebus decem. Et ceſſauit epiſcopatus diebus ſex.

Hic fecit eccleſiam ſanctę Marię trans Tyberim, & conſtituit ieiunia quatuor temporũ. Hic fecit cœmiteriũ in uia Appia, quod modò uocatur cœmiteriũ Calixti: ubi quàm plurima martyrum multitudo eſt ſepulta. Et martyrio coronatus, ſepultus eſt in cœmiterio ſuo.

Huius tempore pars Capitolij, diuino incendio concremata eſt, & ſiniſtra manus Iouis aurea, fulmine liquefacta eſt.

VRBANVS. XIX

226 VRbanus, natione Romanus, ex patre Pontiano, ſedit annis octo (aliâs quatuor) menſibus undecim, dieb⁹ duodecim. Et ceſſauit epiſcopatus diebus triginta. Hic de regione Via lata, fecit miniſteria ſacrata, omnia argẽtea uel aurea uel ſtannea: & cõuertit multos ad baptiſmũ et etiã Valerianum, nobiliſsimum ſponſum ſanctæ Ceciliæ, & Tiburtium, fratrem eiuſdem Valeriani, quos uſq; ad martyrij palmã perduxit. Hic Vrbanus, genere nobilis, ab infantia Chriſtianus, uirtute abſtinentiæ & caſtitatis ornatus, perſequutione adhuc ſæuiente ſucceſsit Calixto papæ, qui dignitatis officium, uirtutum ſtudijs adornans, multoties ex Vrbe proſcribitur. Sed à fidelib⁹ clàm reuocatus, dum prædicationi

IMPERATORES.

eius. Iſte fuit Seueri imperatoris filius, & peſsimus homo. Anni à Christo nato,

In Hiericho quinta editio Scripturarum inuenta eſt: cuius author non apparet.

Hic morum paternorum fuit aſperior. Libidinis fuit impatientiſsimus: adeò ut nouercã ſuam duxerit in uxorem, nomine Iuliam.

Hic quum aduerſus Parthos bellũ parat, mortuus eſt apud Ediſſam ciuitatẽ, anno Imperij ſui ſeptimo.

MACRINVS. XIX

MAcrinus, anno uno imperauit. Hic cum filio ſuo, ob inuidiam detruncatur. 219

MARCVS ANTONINVS. XX

ANtoninus iſte imperauit annis tribus. 220

Sexta editio inuenta eſt Nicopoli. Sabellius oritur.

Hic Antoninus impudiciſsimè uixit: adeò ut nullum genus luxuriæ eſſet, quod non exerceret.

Interfectus eſt Romæ à tumultu militari cum matre ſua.

ALEXANDER. XXI

ALexander, annis imperauit tredecim. Hic ab exercitu, Cęſar: à Senatu, Auguſtus dictus eſt. Perſas in bello uicit. Hic diſciplinã militarem ſeueriſsimè rexit. 223 Quidã habent quatuordecim.

Aſſeſſorẽ, Vlpianum Iuris conditorem habuit.

Romæ quoq; fauorabilis fuit.

Perijt in Gallia: militari tumultu in Maguntia decollatus.

Eo tempore Origenes poſt Apoſtolos ſuper omnes in eccleſia Dei, ſcientia & eloquẽtia, & uita floruit. Tunc enim incœpit diuerſos libros cõponere: habẽs præter alios ſcriptores, ſeptẽ iuuenes & ſeptẽ puellas, quæ ex ore ipſius, diuerſorũ librorũ materias cõſcribebant. Et tanta ſcripſit, quòd beatus Hieronymus fatetur, ſe legiſſe ſex milia uoluminũ, exceptis Epiſtolis, quas diuerſis ſcripſit. De ipſo erat ꝓuerbiũ, ꝙ qualis

### PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato,

dicationi & baptizationi fidelium inſiſteret, capitur: & poſt carceris ſqualorem decollatur: & ſub eodẽ altari cum Cecilia, Tiburtio, Valerio & Maximo ſepelitur.

Huius tempore cœpit primùm Romana eccleſia, prędia poſsidere: de quibus ſanctus Vrbanus clericis & notarijs, qui geſta martyrũ conſcribebant, ſumptus deputabat. Antea enim Eccleſia uiuebat ad inſtar Apoſtolorum, pecunias tantummodo recipiens pro egenis.

#### PONTIANVS. XX

233 Pontianus ſedit annis quinq;, menſibus duobus, diebus duobus. Et ceſſauit epiſcopatus diebus decem.

Hic natione Romanus, ex patre Calphurnio, portatus fuit in exilium. In inſulam Sardiniæ martyrio coronatur: quem beatus Fabianus adduxit per nauim Romam, & ſepeliuit in cœmiterio Calixti, uia Appia.

Cyriacus. ¶Põtiano dicĩt ſucceſsiſſe Cyriacus anno uno, mẽſibus tribus. Sed quia
238 cõtra uoluntatẽ cleri ceſsit de papatu, Antheros ſubſtituendo, & cum undecim milibus Virginum, quas Romæ baptizauerat, Agrippinam tendendo, non eſt poſitus in catalogo Pontificũ. Credebant enim Cardinales, ipſum nõ propter deuotionem, ſed propter oblectamenta uirginum, Papatum dimiſiſſe. Quum tamen ipſe uirgo exiſtens, cum uirginibus martyrio fuerit coronatus: prout legitur in Legenda Virginũ.

#### ANTHEROS. XXI

239 Antheros, natione Græcus, ſedit annis tribus, menſe uno, diebus quindecim.

Hic conſtituit, ut epiſcopi poſſent de ſede transferri, & ut geſta martyrum ſcriberentur.

Hic martyrio coronatus eſt, & ſepultus in cœmiterio Calixti.

FABIA-

### IMPERATORES.

Anni à Chriſto nato,

qualis erat uita eius, talis et doctrina. Nam ſuper lectum nunquã iacuit, calceos nunquã induit: carnes nunquã comedit, uinum nunquã bibit: ſicut legit̃ in Eccleſiaſtica hiſtoria. Et quũ ſanctiſsimæ uitæ fuerit & doctrinę mirabilis, accuſant ipſum magni doctores, de erroribus quæ ſibi imponuntur: ſicut Euſebius Cæſarienſis, & Ruffinus presbyter Aquileienſis, ſcribẽs ad Hieronymũ. Et multi alij dicũt, quòd poſt mortem ſuam hæretici ad obfuſcandũ præclarũ nomen ſuum, libris ſuis hæretica interſeruerunt.

Mammea, mater Imperatoris, Chriſtiana, etiam audiuit Origenẽ & alios Chriſtianos doctores: & ob id à filio occiditur.

Sanctus Hippolytus, Portuenſis epiſcopus claret.

#### MAXIMINVS. XXII

Maximinus, imperauit annis tribus. 237

Iſte primus, ex militari corpore, abſq; decreto Senatus, Imperator efficitur.

Chriſtianos perſequitur.

Germanicos & Parthos uicit.

Tandem deſerentibus eum ſuis militibus, Aquileiæ, cum filio ſuo adhuc puero, eſt occiſus.

#### GORDIANVS. XXIII

Gordianus, annis ſex impauit. 240

Fabianus reuelatur teſtimonio Spiritus ſancti, in ſpecie columbæ ſuper caput illius dicentis, Romæ epiſcopus ordinaberis.

Iſte Gordianus, poſtquàm de Perſis triumphauit, ueniens Romam, prope Vrbem fraude Philippi interemptus eſt.

Floruit autem his temporibus Aphricanus, inter ſcriptores eccleſiaſticos nominatiſsimus.

#### PHILIPPVS. XXIIII

Philippus, cum filio ſuo Philippo, annis ſeptem. 246

Hic primus fuit Imperator Chriſtianus.

PONTIFICES.

Anni à Christo nato,

FABIANVS. XXII

241 FAbianus, natione Romanus de regione Cœlij montis, ex patre Fabio, ſedit annis tredecim, menſibus undecim, diebus duodecim. Et ceſſauit epiſcopatus diebus ſeptem.

Iſte diuiſit regiones diaconis, & fecit ſeptem ſubdiaconos, qui ſeptem notarijs imminerent, ut geſta martyrum in integrum colligerentur. Et ut omni anno in cœna Domini, conſecraretur chriſma.

Martyrio coronatus eſt tertio calendis Februarij. Sepultus eſt in cœmiterio Calixti, uia Appia.

Fabianus iſte, quum de quodam loco reuerteretur cum amicis ſuis, papa defuncto: & quum de futuri Papæ electione, populus loqueretur, adfuit inter ipſos, exitum rei expectans: & ſubitò, candida columba ſuper caput eius deſcendit de cœlo, dicens: Romæ epiſcopus ordinaberis. Quod ſic diuinitùs electus, poſt laudabilem uitam, à Decio pro fide decollatus eſt.

Nouatianus hæreticus, presbyter eccleſiæ Romanæ, ambiens epiſcopatum, hæreticus factus eſt, tempore Decij. Contra quem, Concilium in urbe Romana celebratum eſt, ſexaginta epiſcoporum. Hic enim hæreticus, ſpem ueniæ lapſis denegabat. Vnde in cōcilio hoc ſtatuerunt, ut lapſis miſericorditer uenia promitteretur, dummodo per pœnitentiam reuertantur.

CORNELIVS. XXIII

252 COrnelius, natione Romanus, ex patre Iuſtino, ſedit annis tribus, mēſibus duobus, diebus decē. Hic conſtituit, ut ſacerdotes, ſi uellent, pro iuſta cauſa poſſent iurare.

Hic rogatus à ſancta Lucina, corpora beatorum Petri & Pauli, de Catatumbis leuauit. Et Lucina corpus beati Pauli poſuit in prędio ſuo, uia Hoſtieſi. Beati autē Petri corp⁹ beatus

IMPERATORES.

Anni à Christo nato,

ſtianus. Cuius etiam primo anno, Milleſimus annus Vrbis Romæ fuiſſe docetur expletus. Quapropter Romani, mirabilem ſolennitatem fecerunt, quam tribus diebus, & tribus noctib⁹, in multo gaudio protraxerunt.

Hic fuit baptizatus à beato Pontio martyre, in Nicia, ciuitate Prouinciæ.

Ambo iſti ab exercitu ſunt interfecti: pater, Romæ: filius, Veronæ. Qui filius adeò ſeueri animi fuit, ut nullius cuiuſquam commento ad ridendum ſolui potuiſſet.

Iſti duo Imperatores, theſauros ſuos beato Sixto & Eccleſiæ dimiſerūt. Quos Decius iunior, qui nō imperator, ſed Cæſar fuit, à beato Laurentio requirebat: ſicut in Legenda beati Laurentij legitur.

Iſte Philippus ſenior, adeò in fide CHRISTI profecerat, ut promptè peccata ſua confitens, in feſto Paſchæ communicaret coram omni multitudine.

DECIVS. XXV

DEcius imperauit annis duobus, menſibus quatuor. 25[illegible]

Iſte in omnibus, malus fuit: tamē in armis prudens.

Odio habuit pauperes.

Et ſeptimam dedit Chriſtianis perſequutionem.

Hic de inferiori Pannonia natus, in bello Barbarico eſt occiſus.

GALLVS. XXVI

GAllus cum Voluſiano, annis duobus, menſibus quatuor imperauerunt. 255

Ventris ingluuie perijt.

Cyprianus epiſcopus in Carthagine floret.

VALERIANVS. XXVII

VAlerianus, cum filio ſuo Galieno, annis quindecim. Quidā dicunt ſaltem quinque. 257

Iſte Gothiam, Græciam, Macedoniam, Aſiamq; depopulauit.

Iſte

PONTIFICES.

Anni à Christo nato,

beatus Cornelius poſuit in loco, ubi crucifixus eſt, in tẽplo Apollinis, in Vaticano, palatio Neronis.

Poſt hoc, iubente Decio, martyrio coronatur.

LVCIVS. XXIIII

255 LVcius, natione Romanus, ex patre Porphyrio, ſedit annis tribus, menſibus tribus, diebus tribus.

Hic conſtituit, ut duo epiſcopi, & tres diaconi, ſemper ſint cum epiſcopo, propter ſtylum erroris.

Hic primùm in exilium fuit relegatus, demum ad ſuam eccleſiam reuerſus, à Valeriano capite truncatus eſt.

STEPHANVS. XXV

257 STephanus, natione Romanus, ex patre Iuliano, ſedit annis quatuor, menſibus duobus, dieb⁹ quindecim. Hic conſtituit ſacerdotes & Leuitas, ueſte ſacrata quotidiano uſu non uti. Hic quũ multos Gentilium cõuertiſſet, & multa corpora martyrum ſepeliſſet, comprehenſus: poſt templi idolorum ruinã quam impetrauit, euadens: demum Miſſam celebrantem, in ſua ſede decollauerunt.

SIXTVS. XXVI

262 SIxtus natione Græcus, ex patre Sophronio, ſedit annis tribus, menſibus undecim, diebus ſex. Et ceſſauit epiſcopatus, duob⁹ diebus. Hic conſtituit, ut Miſſa celebretur ſuper altare. Quod antè non fiebat.

Hic cum Feliciſsimo & Agapito Decio præſentati, capite truncati ſunt. Quos beatus Laurentius & Hippolytus, cum multis alijs, per martyrium ſequuti ſunt.

DIONYSIVS. XXVII

257 DIonyſius, ex monacho (cuius genus nõ inuenitur) ſedit annis duobus, menſibus tribus. Et ceſſauit epiſcopatus diebus octo. Hic parœchias & cœmiteria diuiſit, & unicuiq; ius proprium ſtatuit: mandans, ut ſingulis terminis ſuis, contenti

IMPERATORES.

Anni à Christo nato,

Iſte in Hieroſolyma & Meſopotamia bellum gerens, à Sapore Rege Perſarum uictus eſt, & in ignobilem ſeruitutem eſt redactus. Nam quamdiu uixit rex eiuſdem prouinciæ, pedem ceruicibus eius imponere ſolitus erat, dum aſcendere uolebat equum.

Hic in ſui Imperij principio Chriſtianos multum perſequutus eſt, & multus ſanctorum ſanguis tunc effuſus eſt.

Paſſus eſt tunc Cyprianus martyr, & Lucius papa.

¶ Galenus uerò primùm laudabiliter Rempublicam gerens: pòſt, in laſciuiam reſolutus, deteriorata Republica, fraude Aurelij Ducis ſui, occiſus eſt.

¶ A Valeriano & Galieno, quidã Decius in Cæſarem creatus eſt, qui non fuit Imperator, & dictus eſt Decius iunior.

Ab his ſanctus Sixtus, & ſanctus Laurentius martyrizati ſunt. Nam ſanctus Sixtus in Hiſpaniam profectus, duos iuuenes, ſcilicet Laurentium & Vincentium, cognatos, moribus compoſitos inſpiciens, ſecum Romam duxit: & Laurentio remanente, Vincentius in Hiſpania redijt, & ſub Diocletiano martyrizatus eſt.

CLAVDIVS. XXVIII

CLaudius, imperauit anno uno, 262
menſibus octo. Iſte Gotthos Illyricum Macedoniam deuaſtantes, exuperat: & uictis Alemannis, morbo interijt.

AVRELIANVS. XXIX

AVrelianus, annis quinq; impe 263
rauit.

Iſte perſequutionẽ faciens Chriſtianis, fulmine corripitur, ſed non morit. Hic de uia Ripenſi oriundus, in bello potens, Gothos ubiq; ſtrenuiſsimè uicit. Hic primus apud Romanos diadema capitis inuexit gemmis. Hic muris uali-

PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato, tenti eſſent, & alienos non uſurparent. Hic in Vrbe diuiſit parœchias, ſingulis ſingulos dans presbyteros. Et hic martyrio coronatus, ſepultus eſt cum alijs Pontificibus.

FELIX. XXVIII

267 FElix, natione Romanus, ex patre Conſtantio, de regione Capritauri ſedit annis duobus, menſibus decem.

Hic conſtituit ſuper memorias martyrum Miſſas celebrari.

Hic fecit baſilicā in uia Aurelia, miliario ab Vrbe, ibiq; ſepultus eſt.

EVTYCHIANVS. XXIX

270 EVtychianus, natione Thuſcus, de ciuitate Luna, ex patre Marino, ſedit annis octo, menſibus decem, diebus quatuor. Et ceſſauit epiſcopatus diebus uiginti.

Hic conſtituit, ut fabæ, prunæ, & fruges ſuper altare benedicentur.

Hic ſanctus papa, per diuerſa loca trecentos quadragintaduos martyros, manu ſua ſepeliuit. Et hic cōſtituit, ut quicunq; ex fidelibus martyrē ſepeliret ſine dalmatica & collobio purpurato, nullaten⁹ ſepeliret.

Hic martyrio coronatus, ſepultus eſt in uia Appia in cœmiterio Calixti, octauo calendis Auguſti.

CAIVS. XXX

278 CAius, natione Dalmata, de genere Diocletiani, ex patre Gallio, ſedit annis undecim, menſibus quatuor, diebus nouem. Et ceſſauit epiſcopatus diebus decē. Hic cōſtituit, ut omnes ordines ſic in eccleſia aſcenderent: ut ſi aliquis dignus eſſet, primò Hoſtiarius, Lector, Exorciſta, Acolytus, Subdiacon⁹, Diaconus, Presbyter, deinde Epiſcopus ordinaretur. Martyrio coronatur, & in uia Appia in cœmiterio Calixti ſepelitur.

Hic conſtituit, paganos & hæreticos nō poſſe accuſare Chriſtianos aut uocē infamationis inferre. Item, ut nemo epiſcopū aut reliquos clericos

IMPERATORES.

dioribus Vrbem cinxit. Templum Solis ædificauit, in quo infinitum auri gemmarumq; pondus poſuit. Anno à Chriſto nato,

Porcinæ carnis uſum populo inſtituit.

Hic Aurelianus Imperator ad Gallias ueniens, crudelia edicta emiſit contra Chriſtianos.

Senonas ueniens, ſanctam Columbam & omnes Chriſtianos interfecit. Altiſiodori, multos martyrio coronauit.

Ciuitatem Galliæ, quæ Genabū dicebatur, nomine ſuo Aurelianū uocauit.

Occiditur ſerui ſui fraude: & inter diuos relatus eſt.

TACITVS. XXX

TAcitus imperauit menſibus ſeptem. 268

Iſte prudens fuit, & largus. Nihil tamen potuit oſtendere, ſubita morte præoccupatus.

FLORIANVS. XXXI

FLorianus, imperauit diebus trigintanouem, aliàs annis duobus, ſecundum quoſdam. 268

Iſte inciſis uenis mori fertur. Nil dignum memoria egit.

PROBVS. XXXII

PRobus, imperauit annis ſex, menſibus tribus. 269

Iſte duos reges uicit.

Manichæus hæreticus ſurrexit. Hic fuit Perſa genere, acer ingenio, moribus Barbarus. Manes primò dictus: ſed per adiectionem, Manichæum ſe dixit.

Hic aſſerebat, eſſe duo principia: unum, boni: alterum, mali. Vnum, lucis: & alterum, tenebrarum. Et tamen multos erroris ſui reliquit ſucceſſores.

Porrò Probus imperator, apud Sutrinum, militari tumultu obtruncatus eſt.

CARVS. XXXIII

CArus, cum filijs ſuis Carino & Numeriano, annis duobus. 18[illegible]

Iſte in

PONTIFICES.

Anno à Chriſto nato,

ricos apud iudices ſeculares accuſare præſumat.

Hic fugiens perſecutionem Diocletiani, in cryptis habitando, martyrio coronatur. Hic Romanæ regiones diuiſit diaconibus, ut geſta martyrum requirerent & conſcriberent, ac etiã alia negotia pertractarent. Hoc ipſum ſtatuit fieri in omnibus urbibus populoſis: ita tamen, ut quæcunq; difficiles quæſtiones per ſingulas prouincias exortæ fuiſſent, ſemper ad ſedẽ Apoſtolicã referrentur. Hic etiã contra hæreticos Epiſtolam edidit, de uerbi Dei incarnatione, plenam fidem Catholicam continentem.

MARCELLINVS. XXXI

289 Marcellinus, natione Romanus, ex patre Proiecto, de regione Capritauri, ſedit annis ſeptem, mẽſibus duobus (aliàs ſex) diebus uigintiquinque.

Hic à Diocletiano Imperatore compulſus, incenſum poſuit idolis. Poſtea ſynodo facta, in Campania, proprio ore coram centum octoginta epiſcopis, & cinere aſperſus capite, necnõ & cilicio indutus pœnitentiam egit, dicens, ſe peccaſſe. Et ſic iratus Diocletianus Imperator, fecit eum decollari: qui ſepultus eſt in cœmiterio Priſcillæ, uia Salaria martyrio coronatus. Cõiurauerat autem beatus Marcellinus Marcellum presbyterum (qui cõſequenter poſt ipſum factus eſt papa) ut præceptum Diocletiani de immolatione non adimpleret.

Poſtquàm autem beatus Marcellinus decollatus fuiſſet, & corpus ipſius per triginta dies iacuerat in platea, in exemplum Chriſtianis: Marcellus presbyter nocte cũ preſbyteris & diaconis, cum hymnis & lucerna, ſepelierunt illud. Sed hoc de eo inuenitur, quia quũ ſe in Concilio epiſcopis iudicandum ſuppoſuiſſet, dicẽs ſe paratum eſſe ad omnia

IMPERATORES.

Anno à Chriſto nato,

Iſte in omnibus malus, in paruo flumine perijt.

Filij etiam ipſius ambo, interempti ſunt.

DIOCLETIANVS. XXXIIII

286 Diocletianus & Maximianus, annis uiginti imperant.

Hic Diocletianus obſcurè natus, Diuinis libris aduſtis, Chriſtianos toto orbe perſequitur decẽ annis.

Ipſe primus gemmas ueſtibus, calceamentiſq; inſeri iuſſit: quum omnes retrò Principes ſola purpura uterentur.

Tandem ueneno perijt.

Hic origine Dalmata, Maximianum quendam, Cæſarem fecit, mittens in Gallias contra populũ Ruſticorum: qui manu graui collecta, Romano ſe oppoſuerant Imperio: quos idem compeſcuit. Sed & in ipſo itinere, Thebea legio, cui beatus Mauritius præerat, cùm ſacrificare idolis noluiſſet, à præfato Maximiano, Seduno Galliæ loco Agauno, pro Chriſto libenter occubuit.

Interim Diocletianus in Oriente, Maximianus in Occidẽte, uaſtari eccleſias & interfici Chriſtianos fecerunt. Quæ perſquutio ferè omnibus anterioribus durior fuit: nam per decenium durauit. Varijs edictis iubebantur Diuinæ legis libros exuri. Eccleſiæ ubique dirui, & eccleſiarũ prælati trucidari. Et generaliter nulla ætas, nullus ſexus, nulla conditio excipitur: quin non ſacrificantes trucidentur.

Tunc in Vrbe, Caio papa martyrio coronato, Marcellinus eligitur. Cuius tempore tanta uis perſequutionis efferbuit, ut intra triginta dies, uigintiduo milia promiſcui ſexus, per diuerſas prouincias martyrio coronarentur. Ita ut & ipſe Marcellinus papa, timore ductus, idolis immolaret. Sed poſtea per pœnitentiam rediens,



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

PONTIFICES.

Anni à Christo nato, 296

nſa obedire, quicquid ſibi imponerent: illi reſponderũt, Abſit ut ſummus pontifex ab aliquo alio iudicetur. Negaſti tu? Negauit & Petrus, magiſter tuus. Et quis Apoſtolorũ auſus fuit eum iudicare? Egreſſus enim ſolus, fleuit amarè. Tu igitur collige in teipſo cauſam tuam, & ore proprio teipſum iudica. Ad hoc Marcellinus: Ob ſcelus (inquit) idololatriæ, iudico me deponendũ. Anathematizo etiam quicunq; corpus meum tradiderit ſepulturę. Sed flens dixit: Heu me, auarum me corrupit aurum: & ideo non poſſum in ſacerdotio remanere. Sicq; pergens ad Diocletianum, confitens ſe Chriſtianũ, cum Claudio & Quirino capitalem accepit ſententiã. Et quũ corpus eius per triginta dies iacuiſſet inhumatum, nocte apparuit in uiſione beatus Petrus Marcello, qui in papatum ſucceſsit, ſibi dicens: Marcelle, dormis? Et ille quum dixiſſet: Quis es, Domine? Reſpõdit: Ego ſum princeps Apoſtolorum. ſed quare corpus meum inhumatũ non ſepelis? Dans ei intelligere, hoc dictum de corpore Marcellini. Et addidit: Non legiſti, quòd omnis qui ſe exaltat, humiliabitur? Denique, Multũ ſe humiliauit, qui ſe indignum ſepultura iudicauit. Vade ergo, & ſepeli eũ iuxta me: ut quos iuſtificauit gratia, non diuidat ſepultura.

*Hic Papatus ceſſauit ſeptem annis, mẽſibus ſex, diebus uiginti quinq;.*

Sub hoc tempore, in Hiſpania, apud Valentiã, paſſus ſanctus Vincentius Leuita: cuius corpus poſtea, propter impetum Saracenorum inde tranſportatum fuit, in Prouinciam, in locum qui dicitur Caſtris: quam nunc eccleſiam, cum prædicti ſancti corpore, habent fratres Prędicatores: ſicut ab ipſis fratribus eſt ueraciter compertum.

MARCELLVS. XXXII

304 MArcellus, natione Romanus, ex patre Benedicto, de regione Via

IMPERATORES.

Anni à Christo nato,

ſententiam contra ſeipſum dans de papatus ceſsione, à Diocletiano martyrio eſt coronatus.

Eadem perſequutione paſſa eſt in Vrbe, Anaſtaſia uirgo, Sebaſtianus, Agnes: Lucia, Mediolani: Geruaſius & Protaſius, Agatha uirgo, Gorgonius, Quintinus, & Chryſogonus.

Eodem tempore apud Ægeã paſſi ſunt Coſmas & Damianus, una die geniti, carne & ſpiritu gemelli.

Apud Phrygiam una ciuitas tota Chriſtianorum, ne effugere poſſent, circundata cum omnibus cremata eſt. In Britannia quoque & Anglia tunc penè tota Chriſtianitas deleta eſt.

Tunc etiam paſſus eſt Gregorius martyr.

GALERIVS. XXXV

GAlerius, annis duobus imperauit, cum Conſtantino & Licinio. 307

Iſte Cõſtantinus Hiſpaniam ſibi ſubegit: & filiam regis Britanniæ, nomine Helenam, accepit in cõcubinam, de qua genuit Conſtantinũ Magnum. Qui tandem Eboraci in Britannia obijt: & Conſtantinum filium ſuum de concubina procreatum, Imperatorem Galliarum reliquit. Qui factus Imperator, ciuibus & exercitui, & aliàs alijs acceptus fuit. Veniensq; Romam, cõtra Maxentium, quem Romani fecerant Imperatorem (qui adeò plenus fuit uitijs, quod nullum ipſum effugeret) in ſigno Crucis, quod ſibi oſtẽſum eſt, uicit.

Sub hoc Maxentio, paſſa eſt beata Catarina.

CONSTANTINVS. XXXVI

COnſtãtinus Imperator, imperauit annis triginta, menſibus decem, diebus undecim. Hic Magnus dictus, Chriſtianus effectus, & licentiam dedit Chriſtianis liberè cõgregari, & baſilicas in honore 309

IESV

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

PONTIFICES.

*Anni à Christo nato,*

ne Via lata, ſedit annis quinq́ꝫ, diebus uigintiduobus. Et ceſſauit epiſcopatus diebus uigintiquinque.

Hic conſtituit quindecim Cardinalatus in urbe Roma, propter baptiſmum & ſepulturas hominum.

Huic pręceptū fuit à Maxētio Imperatore, propterea quòd dijs ſacrificare nollet, ut iumēta & animalia cuſtodiret. Noctu uerò eius clerici eduxerunt eum de ſtabulo. Sed quum cōſecraret domum Lucinæ in eccleſiam, in Via lata: Maxentius turbatus, de eccleſia ſtabulū faciēs, ipſum ſub cuſtodia publica, ut cuſtodiret inde animalia intus recluſit. Ibiq́ꝫ poſtmodum eſt defunctus, & in cœmiterio Priſcillæ uia Salaria ſepelitur.

EVSEBIVS. XXXIII

310 EVſebius, natiōe Gręcus, ex medico, ſedit annis duobus, menſibus duobus, diebus uigintiquinq́ꝫ. Et ceſſauit epiſcopatꝰ diebus ſeptē.

Huius tēpore, ſicut ipſe in Epiſtola ſua ſcribit, inuenta eſt Sācta crux Hieroſolymis. Et ideo ipſe inſtituit Inuentionem Sanctæ crucis ſolenniter celebrari.

MILTIADES. XXXIIII

312 MIltiades, natione Apher, ſedit annis tribus, mēſib. ſex, diebꝰ octo. Et ceſſauit epiſcopatus diebus ſeptē. Hic cōſtituit, ut nulla ratione ageretur ieiuniū die Dominica, uel die Iouis: quia eos dies Pagani, quaſi ſacrū ieiunium celebrabant.

SYLVESTER. XXXV

315 SYlueſter, natione Romanus, ex patre Ruffino, ſedit annis uigintitribus, menſibus decē, diebus undecim. Et ceſſauit epiſcopatus diebus quindecim. Huius præcepto, in Nicena Bithiniæ congregati ſunt trecenti octodecim epiſcopi: qui expoſuerunt fidem Catholicam integram. Et multa alia decreta cōſtituit. Hic baptizauit Conſtantinū Imperatorem, ualida ſqualoris lepra perfuſum, qui ſtatim à

lepra

IMPERATORES.

*Anno à Christo nato,* 309

IESV CHRISTI conſtrui fecit.

His temporibus hęreſis Arianorum oritur. Nicenumq́ꝫ concilium à Conſtantino ad condemnandam hæreſin congregatur, trecentorum & octo epiſcoporum. In quo Concilio, beatus Nicolaus Mirrheorū epiſcopus legitur fuiſſe.

Donatiſtarum ſchiſma oritur, à quodā Donato Aphro, qui gradus minoritatis in perſonis ponebat.

Iſte deuictis Maxentio, Licinio & Seuero Imperatoribus, à Sylueſtro papa, cauſa mundandi à lepra, baptizatus eſt. Vnde omnes Imperiales dignitates Papæ contulit: & ipſæ Conſtantinopolim tranſiit.

Conſtantinum autem in extremo uitæ ſuæ, ab Euſebio Nicomedienſi epiſcopo rebaptizatum, & in Arianum dogma conuerſum eſſe, quidam retulerūt. Sed hoc de Conſtantino mendoſè dictum eſt: quoniam beatus Gregorius in Regiſtro, quum loquitur Mauritio, eum bonæ memoriæ appellat: & in Tripartita hiſtoria, eius exitus atque acta, bona inueniūtur. Et ſuper Pſalmum XIIII. dicit ipſum beatus Ambroſius, magni meriti apud Deum: quia primus Imperator uiā fidei & deuotionis Principibus dereliquit. Iſidorus etiam in Chronicis ſuis, reprobās hoc, omnino dicit eū feliciter terminaſſe. Vnde & Græci Cōſtantinū in catalogo ſanctorū annumerant: & feſtū de ipſo cum ſolēnitate agūt, uigeſimaprima die Maij. Sed ea quæ mendoſè de prædicto Cōſtantino dicta ſunt, de Conſtātino filio ipſius, omnia uera eſſe inueniūtur. Non enim ueriſimile eſt, tātæ deuotionis Principem in tantū deſipuiſſe, ut baptiſmū, quem à beato Sylueſtro acceperat, & quo ſe corporaliter à lepra, & ſpiritualiter à peccato mundatum cognouerat: ac ipſum Chriſtum ſe uidiſſe in baptiſmo, teſtificatus fuerat, ſic uiliter ut rebaptizaretur contēpſiſſet. Vnde pro-

PONTIFICES.

Anno à Chriſto nato, 315

lepra mundatus eſt.

Eodem tempore Conſtantinus Auguſtus fecit baſilicã beato Laurentio martyri, uia Tiburtina, in agro Verano, ſuper arenariũ cryptę. Et uſq; ad corpus beati Laurẽtij fecit gradus aſcẽſionis & deſcenſionis: in quo loco cõſtruxit capſulam, & exornauit eam marmoribus porphyreticis, & deſuper incluſit argento puriſsimo: ornauit & cancellum, quod ponderauit libris ducentis: & ante ipſum locũ, in crypta poſuit lucernam ex auro puriſsimo factam: & ante corpus beati Laurentij fecit pharatantarum argenteum cum delphinis.

Conſtruxit etiam intra palatium Lateranenſe Saluatoris noſtri eccleſiam, duodecim cophinos terrę proprijs humeris ad fundamenta deportando. Quam eccleſiam cenſuit eſſe in toto Orbe matrem Eccleſiarum.

Et etiam cõſtruxit eccleſias beatorum Apoſtolorũ Petri & Pauli, quos auro argentoq; locupletauit, in thecis precioſiſsimis ipſorũ corpora recondendo.

Sylueſter uerò poſt conuerſionem Conſtantini Magni, magnum conflictũ à Iudæis, procurante Helena Conſtantini matre, Iudaizante perpeſſus eſt. In quo conflictu, poſt multorum uerborum altercationem: & poſt Tauri à beato Sylueſtro reſuſcitationem, Helena cũ omnibus Iudæis, ad CHRISTVM conuerſa fuit.

Poſteaquàm à draconis peſtilentia Romam liberauit, maxima pars Vrbis baptizata fuit. Quotidie enim draco, ſex milia hominum flatu ſuo interficiebat: ad quem ſanctus Sylueſter, per centũ quinquaginta gradus cum presbyteris deſcendens, facta oratione & ſigno Crucis, ipſum ligatum æreis portis concluſit, & uſque ad diem iudicij ſeris

IMPERATORES.

Anno à Chriſto nato, 309

de propter eximiam quam habuit ad Chriſti cultũ religionem, & propter nimiam quam habuit ad clerum reuerentiam, creditur, hoc ab aduerſarijs fidei confictũ eſſe. Nam in tantum Chriſti cultum dilexit, ut mox baptizatus, Chriſtianorum eccleſias mandaret ubique erigi. Ipſe etiam in palatio ſuo Lateranenſi, ad honorem Chriſti eccleſiã, quæ nũc dicitur baſilica Saluatoris, conſtruxit: ut ex hoc, uniuerſitas hominũ ſciret, nullã in corde ſuo circa fidem Chriſti dubietatem, uel præteriti erroris remanſiſſe ueſtigium, quem ſanctus Sylueſter papa ſolenniter conſecrauit. Quæ dedicatio, uſque hodie, tãquam primæ eccleſiæ, non ſolùm Romæ, ſed etiam in circum adiacentibus ciuitatibus ſolenniter celebratur. Cuius conſecrationis tempore, imago Saluatoris, non opere humano, ſed Diuino, tunc primùm omni populo Romano picta in muro apparuit, quæ manet uſq; in hunc diem. Et quum idem pontifex ſtatuerit ubiq; in eccleſiis haberi altaria lapidea: in prædicta eccleſia non erexit altare lapideum, ſed ligneum antè habitum ſtabiliuit. Eſt enim altare, in quo beatus Petrus & alij ſucceſſores, uſque ad tempora Sylueſtri celebraſſe dicuntur. Tunc enim ſæuiente perſequutione, certa non erat in Vrbe epiſcopalis ſtatio: ſed ubicunque poterant, ſiue in cryptis, ſiue in cœmiterijs, & ſubterraneis, ſiue in domibus uirorum fidelium aut mulierũ, miſſam celebrabant ſuper illud altare ligneum: quod erat concauum uelut arca, habens quatuor circulos in angulis, per quos quatuor presbyteri illud ad locum celebrationis deferebant. Et ob reuerentiam ſancti Petri & aliorũ ſanctorum Pontificum, ſtatuit beatus Sylueſter, ut nullus niſi ſummus Pontifex, ſuper illud celebret: quod uſque

PONTIFICES.

*Anni à Christo nato,*

ſeris obfirmauit.

Hic Syluester conſtituit, ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre. Et conſtituit, ut diaconi dalmaticis uterētur. Item cōſtituit, ut ſacrificiū altaris nō in ſerico, neq; in pāno tincto celebretur, niſi tantùm in lineo, ex terra procreato: ſicut corpus Domini noſtri IESV CHRISTI, in ſyndone linea ſepultum eſt.

His temporibus multæ gentes in CHRISTVM crediderūt. Gens Hiberorū, per quādā mulierē Chriſtianam ab eis captam, cōuerſa eſt. Similiter in India, per duos pueros Chriſtianos Chriſtus annunciatur.

Hic in Niceno cōcilio, Oſio epiſcopo Cordubenſi, ab Hiſpania: & Victori, ab Italia, uices cōmiſit Apoſtolicas.

Mortuus eſt in pace, & ſepultus Romæ, iuxta palatium Octauiani, in loco qui dicitur Ad caput.

MARCVS. XXXVI

338 MArcus, natione Romanus, ex patre Priſco, ſedit annis duobus, menſibus octo, diebus uiginti.

Hic conſtituit, ut epiſcopus Hoſtienſis, qui Papam conſecrat, pallio uteretur: & ut Symbolum in Miſſa, alta uoce cantaretur.

Sepultus eſt apud ſanctū Petrū.

IVLIVS. XXXVII

340 IVlius natiōe Romanus, ex patre Ruſtico, ſedit annis undecim, mēſibus duob⁹, diebus octo. Et ceſſauit epiſcopatus dieb⁹ quindecim.

Hic conſtituit, ut nullus clericus ad cauſam ducatur in publico, niſi in eccleſiam.

Sepultus eſt in cœmiterio Calipodij, miliario tertio ab Vrbe.

Tempore huius celebrata eſt ſancta ſynodus in Nicena, ubi trecenti & octodecim epiſcopi adfuerunt: in qua dānatus eſt hæreſis Arij, qui aſſerebat filium minorem. Hoc factum eſt, adhuc uiuente Conſtantino Auguſto.

Huius

IMPERATORES.

*Anni à Christo nato,*

que hodie ſeruatur. Sed inter ipſum depoſita menſa, ſummus Pōtifex celebrat ſolū: quæ deponitur in cœna Domini: & nō reponitur, niſi in ſabbato ſancto poſt baptiſmum.

Conſtantinus autem Nicomedis moritur. Et paulò antè cometes apparuit.

CONSTANTINVS. XXXVII

CONſtantinus cū Conſtante & Conſtantio fratribus, uigintiquatuor annis imperat. 361

Hi, filij Conſtātini Magni fuerūt.

Is fratribus dimicantibus, Romanæ uires conſumuntur.

Poſtea ſolus Cōſtantinus triumphans Imperiū tenuit, & Chriſtianus fuit: quem duces fratris ſui Cōſtantij perimerunt. Et demū Imperio aſſumpto, Conſtantius Arianus effectus, Chriſtianos toto orbe proſequitur. Cuius etiā fauore fretus, Arius dum Conſtantinopolim ad eccleſiam pergeret, aduerſus nos dimicaturus de fide: diuertens per forum Conſtantij ad neceſſariā cauſam, uiſcera eius repentè ſimul cum uita, effuſa ſunt.

Donatus, artis Grammaticæ ſcriptor, ac præceptor Hieronymi, illuſtris habetur.

Antonius monachus moritur.

Oſſa beati Andreæ Apoſtoli, & beati Lucæ Euangeliſtæ, Conſtantinopolim transferuntur.

Hic Conſtantius exulauit defenſores fidei, ſcilicet Athanaſiū Alexādrinum, Euſebiū Vercellenſem, qui poſtea reuocati ſunt: & Hilarium. Dionyſius autem Mediolanenſis, & Paulinus Treuerenſis, in exilio obierunt.

Huius Conſtantij timore, Iulianus apoſtata, ne occideretur ab ipſo, factus eſt monachus. Fuerat enim nepos Magni Conſtantini, de fratre eius procreatus.

Vnde quum iam fratrem Iuliani interfeciſſet, Iulianus timens ne idē ſibi

PONTIFICES.

Anni à Christo nato,

Huius tempore floruit Athanaſius, ſanctus Paphnutius, Euſebius Cæſarienſis, beatus Nicolaus, ſan-
340 ctus Hilarius Pictauienſis, Victorinus rhetor, ſanctus Hilarion, ſanctus Epiphanius: item Iohannes Chryſoſtomus, & multi alij eremitæ & ſancti, ut Syſonis & Paſtor abbas.

Floruit & beatus Maximinus in Treueri, qui ſanctum Athanaſium Alexandrinæ ciuitatis epiſcopum, fugientem à facie Conſtantini Imperatoris, recepit. Ibiq; Symbolum, Quicunque uult, compoſuit.

De Hilario Pictauiēſi ſolet dici, quòd Leo hæreticus papa dixerit Hilario: Tu es Gallus, ſed nō de gallina. Et ipſe debuit reſpōdiſſe: Tu es Leo, ſed non de tribu Iuda. Et quòd in concilio, nullo ſibi aſſurgente: dicendo, Domini eſt terra: uolens in terra reſidere, terra ſe erexit. Quod etiam papa ſibi minanti, ſicut prædixerat Hilarius, ſubitò expirauit: in nullis Chronicis inuenitur, maximè cum ſuo tempore, nullus papa Leo uocabatur: niſi fortè Liberius papa, qui Conſtantino hæretico & ſuis fauebat, Leo alio nomine dictus ſit: uel fortè aliquis alius falſus papa, dictus fuit tunc, eo nomine.

Iulius uerò papa poſt exilium decem annorum, & poſt multas tribulationes quas à Conſtantino perpeſſus eſt: poſt mortem eius, ad ſedem beati Petri reuerſus eſt: & duas baſilicas fecit, unam in foro, & aliam
353 ſancti Valentini, uia Flaminia.

LIBERIVS. XXXVIII

Liberius, natione Romanus, ex patre Liguſto, ſedit annis ſedecim, menſibus ſeptem, diebus tribus. Et ceſſauit epiſcopatus diebus uigintiquinque.

Hic de regione Via lata, in exilium deportatus eſt à Conſtantio Auguſto. Eo quòd noluit hæreſi Arianæ

IMPERATORES.

Anno à Christo nato,

ſibi faceret, primùm monachus factus, deinde fugiens per diuerſas prouincias, magos & hariolos, ut ſi Imperator fieri poſſet, requirebat. Cui quum quodam mago mediante dæmon apparuiſſet, accepta ab ipſo Chriſtianæ fidei renunciatione, ipſum futurū Imperatorem prędixit.

IVLIANVS. XXXVIII

Iulianus, imperauit annis duobus, 365
menſibus octo.

Hic Iulianus apoſtata fuit.

Huius tempore beatus Martinus relicta militia floruit.

Iſte nepos Conſtantini fuit, qui tantùm Imperium concupiuit, ut etiam Chriſtianam religionem dimitteret.

Hic tam ſecularibus quàm Diuinis libris eruditus, à fide, & à uita monaſtica declinauit: qui à Cōſtantino, Cæſar factus eſt. Contra Gallos & Alemanos miſſus, ipſos ſubiecit. Ex his elatus, contra Conſtantium Auguſtum ſe erexit.

Poſt mortē autem Conſtantij factus Auguſtus, Chriſtianos perſequi cœpit. Honoribus eos primò magis alliciens, quàm tormentis, ad idololatriam. Demum uaria edicta contra Chriſtianos ſtatuens, multi ſunt martyrio coronati. Inter quos Paulus & Iohannes, Cōſtantiæ magni Conſtantini fuère cubicularij. Item Cyrillus diaconus, & multi alij, terra mariq; perempti ſunt.

Ipſe etiam Iudæis licentiam dedit, templum Hieroſolymis reædificandi: qui ex omnibus partibus cōgregati, quod magno labore conſtruxerant, per terræmotum funditùs deſtructo, locum & opus deſeruerunt.

Quum uerò cōtra Perſas ad bellum proceſsiſſet, tranſiens per Cæſaream Cappadociæ, multa opprobria beato Blaſio illius ciuitatis epiſcopo, & Chriſtianis fecit, & commina-

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

## PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,*

353 Arianæ conſentire. Et fuit in exilio annis † tribus. Quo in exilio exiſtente, clerus Romanus de conſilio dicti Liberij ordinauerunt Felicem presbyterum in papam, uirum uenerabilem. Quo Felice celebrãte Concilium, inuenit inter eos, duos presbyteros Ariana hæreſi infectos, necnon Imperatoris Conſtantij familiares, uidelicet Vrſaciũ & Valentem. Et eiecit ipſos de concilio quadragintaocto epiſcoporum.

*Aliud exẽplar habet, quatuor.*

Poſt paucos autẽ dies prouocati contra Felicem, rogauerũt Cõſtantinum, ut reuocaret Liberiũ de exilio, tanquam ipſis magis conſentaneum. Liberius autem, ut præceptis Imperatoris hæretici aſſenſum dedit, de exilio eſt reuocatus.

Imperator uerò conuocato Concilio cum hæreticis Arianis & cum Vrſacio & Valente, Felicem de papatu, quia erat Catholicus, eiecit: & Liberiũ reuocauit, quia ſibi & Arianis conſenſerat: & in ſede repoſuit: & ſic infelix Liberius baſilicam ſancti Petri & Pauli & ſancti Laurentij, ui tenuit ſex annis.

Et tunc fuit perſequutio magna in Vrbe: ita ut clerici Liberio contrarij, martyrio coronarentur.

Paſſus eſt & tunc presbyter Euſebius, in Vrbe: quia Liberium eſſe hæreticum declarabat.

### FELIX. XXXIX

369 Felix, natione Romanus, ex patre Anaſtaſio, ſedit anno uno, diebus nouem.

Hic fuit Catholicus. Et conſtituit, ut epiſcopus uocatus ad Concilium, ueniat.

Hic declarauit Conſtantium, filium Conſtantini, eſſe hæreticum, & ſecundò rebaptizatum, ab Euſebio, Nicomedienſi epiſcopo. Et propter hoc, ab eodem Cõſtantio, de papatu depoſitus: & capitis decollatione, martyrio coronatus.

DAMA-

## IMPERATORES.

*Anni à Chriſto nato,*

minationes futuras inſerens, beatus Blaſius orans & ieiunãs cum Chriſtianis, uidit beatam Virginem præcipientem Mercurio militi, dudum antè in quodam monaſterio ſepulto, ut ſe & filiũ eius de Iuliano uindicaret. Quod & factum eſt. Et blaſphemando, expirans clamauit: Viciſti Galilæe, uiciſti.

### IOVINIANVS. XXXIX

Iouinianus, imperauit menſibus ſeptem. 367

Iſte Chriſtianus fuit, & cum Sapore Rege Perſarum, corpus Iuliani in pace ſepeliuit.

### VALENTINIANVS. XL

Valentinianus, cũ fratre Valente, annis undecim imperauit. 368

Iſte Chriſtianus fuit, & Cybalenſi Pannonia editus.

Hic ſub Iuliano Auguſto, quum fidem Chriſtianitatis gereret integram, & ſcutariorũ tribunus eſſet, mandato accepto ſacrilegi Imperatoris, ut aut immolaret idolis, aut omnino militiæ cederet, militiam ſponte dimiſit.

Sed poſtea, Iuliano diuinitùs interfecto, Iouinianoq; mortuo: qui pro nomine CHRISTI amiſerat tribunatum, perſequutori ſuccedens ſuſcepit Imperium.

Hic Saxones, gentem in Oceani littoribus uirtute & agilitate Romanis terribilem, ſubiugauit.

Anno uerò Imperij ſui undecimo, quum Sarmatæ ſeſe per Pannonias diffundiſſent, easq; uaſtarẽt: & dum bellum aduerſus eos pararet, apud oppidum Strigoniẽſe fluxu ſanguinis ſubitò expirauit.

Fuit autem Imperator egregius, uultu decens, ſolers ingenio, ſermone cultiſsimus, quanquam in loquendo parcus.

Hic fratrem ſuum Valentem, qui poſtea cum filio ſuo Valentiniano imperauit quatuor annis, uolentem perſequi Chriſtianos, eo quòd

E Aria-

PONTIFICES.

DAMASVS. XL

Anno à Chriſto nato, 370 DAmaſus primus, natione Hiſpanus, ex patre Antonio, ſedit annis octodecim, mēſibus duobus, diebus decem. Et ceſſauit epiſcopatus diebus triginta & uno.

Hic elegans in uerſibus componendis ingenium habuit. Multaq; & breuia opuſcula heroico metro edidit.

Huic ſanctiſsimo uiro beatus ille Hieronymus multa Eccleſiaſticæ religionis ſcripta emiſit. Inter quæ duos uerſus ſcripſit, Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto, Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorū: quos poſt Pſalmos uoluit canere.

Octogenarius ſub Theodoſio moritur Damaſus.

Hic etiam inſtituit, ut Pſalmi die noctuq; cantarentur: & ut chori, in duas partes diuiſi, alternatim cantarent.

Hic multa ſanctorum corpora requirēs, inuenit: quorum tumbas, uerſibus decorauit.

His temporibus floruit in India, Ioſaphat, filius Regis, eremita factus: & Barlaham, qui ipſum conuertit.

Floruit & Apollinaris Antiochenus, in Scripturis ſacris eruditiſsimus: quem beatus Hieronymus reuerenter audiuit.

Beatus Ambroſius Mediolani ordinatur epiſcopus.

Omnes in Italia, ad fidem rectā conuertuntur.

Floret Baſilius Cæſarienſis, & Gregorius Naziāzenus: ambo collegæ, & Athenis eruditi.

Didymus Alexandrinus etiam floruit his temporibus.

Diuus Hieronymus quoq;.

Sanctus Martinus Turonenſis.

In Ægypto, Pantomius abbas.

Duo Macarij, Iſidorus, Moſes, Beniamin, Heraclides, Effren.

Atha-

IMPERATORES.

Anni à Chriſto nato, Arianus eſſet: tempore quo uixit, compeſcuit.

Huius Valentiniani tempore, & etiam hortatu, factus eſt ſanctus Ambroſius archiepiſcopus Mediolanenſis.

VALENS. XLI

VAlens, cum Gratiano & Valentiniano, annis quatuor imperauerunt. 379

Iſti tres, Imperiales dignitates optimè Romæ tenuerunt, & actus Romæ fecerunt.

Hoc etiam tempore Ambroſius Mediolanenſis claruit.

Anno Valentis Imperij tertio, quo imperauit Conſtantinopoli, quatuor gentes ſcilicet, Gothi, Hypogoti, Gepides & Vandali, unam linguam habentes, nomine tamen diuerſi, bipartito agmine Danubiū tranſierunt.

Hic Valens Arianus exiſtens, & multas Chriſtianis perſequutione faciens, à Gothis in bello peremptus eſt.

Hic legem dederat, ut monachi militarent. Nolentes uerò, fecit interfici.

GRATIANVS. XLII

GRatianus cum fratre ſuo Valentiniano & Theodoſio, annis ſex imperauerunt. 385

Per idem tempus, Chriſtianorum templa, iubēte Theodoſio, deſtructa reficiuntur.

Hic Gratianus, quum inæſtimabilem hoſtiū multitudinem contra ſe cerneret: apud Argentinam, oppidum Galliæ, fretus CHRISTI potentia, feliciter deuicit. Nam plus quàm triginta milia Gallicorum perierant.

Hic ipſi cultura ueræ fidei contulit. Nam quum uſque ad ipſius tempora, Italia hæreſi Ariana langueret, ad ueram & Catholicam fidem redire fecit.

Fuitq; Gratianus literis inſtructus,

ctus;

PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,*

Athanaſius Alexādrinus epiſcopus, quieuit in pace.

370 Hieronymus correxit Pſalteriū Septuaginta interpretum, quod in omnibus eccleſiis cātabatur. Quo iterum uitiato, iterum nouū compoſuit. Quod papa Damaſus, rogatu Hieronymi cantari inſtituit in eccleſiis Gallicanis: & propter hoc Gallicanum uocatur à Romanis: Pſalterio ſecundū Septuaginta remanēte. Tertiū tranſtulit de Hebraica ueritate in Latinū, de uerbo ad uerbum.

Damaſus papa inſtituit (rogatu Hieronymi) ut diceretur in fine Pſalmorum in Eccleſia, Gloria Patri & Filio, &c.

Ambroſius ritum canendi Antiphonas, in Eccleſia inſtituit.

Secunda ſancta ſynodus centum quinquaginta patrū Cōſtantinopoli celebratur, in qua damnatus Macedonius, qui negabat Spiritū ſanctum eſſe Deum. Et aſſertum eſt, Spiritum ſanctum eſſe conſubſtantialem & coæqualem Patri & filio: dans ſymboli formam, quam & Latina cōfeſſio prædicat in Eccleſiis.

Hic etiam publica uoce damnauit Liberiū & omnia facta eius.

Damaſus papa Romæ moritur, & in eccleſia ſancti Petri ſepelitur.

SYRICIVS. XLI

389 SYricius, natione Romanus, ex patre Tiburtio, ſedit annis quindecim, menſibus undecim, diebus uigintiquinque. Et ceſſauit epiſcopatus, diebus uiginti.

Hic Manichæos inuenit, quos exilio deportauit: & cōſtituit, ut nō participent cum fidelibus communionem. Et præcepit, ut ſi quis de eadem ſecta conuerſus, rediret ad eccleſiam, nullatenus communicaretur: niſi tantùm relegationi monaſterij omnibus diebus uitæ ſuæ obnoxius teneretur: ieiunijs & orationibus maceratus, probatus ſub omni

IMPERATORES.

ctus: parcus cibi ſomniq́ꝫ, ac libidinis uictor, cunctisq́ꝫ plenus bonis obijt. *Anni à Chriſto nato,*

THEODOSIVS. XLIII

THeodoſius primus, cum Valentiniano, annis undecim imperauit. 389

Huius tempore maximum ſchiſma fuit inter ipſos Paganos & Iudæos.

His deſtruxit templa idolorum.

Sub iſto tranſtulit beatus Hieronymus Nouum & Vetus Teſtamentum.

Ambroſius poſt Hilarium hymnos componit.

Arſenius Romæ claret, factus ex Senatore monachus.

Auguſtinus quum eſſet Manichæus, ad fidem conuertitur.

Iſte Chriſtianiſsimus Imperator fuit. Hoſtes ſuos non tam ferro aut multitudine, quàm ieiunio & oratione confiſus proſtrauit.

Hic propter uirtutum perfectionem, etiam à Barbaris ſummè diligebatur: unde multæ gentes ad ipſius inductum, relictis erroribus & idolis, ad CHRISTVM conuerſæ ſunt.

Hic Orientis & Occidentis partes pacificè poſsidens, apud Mediolanum defunctus eſt. Cuius corpus eodem anno in Conſtantinopolim translatum eſt.

Fuit autem Theodoſius propagator Reipublicæ: moribus & corpore Traiano ſimilis, clemens & miſericors omnibus. Solo habitu ſe differre à cæteris putans. Erga omnes honorificus: uerùm effuſior in bonos.

ARCADIVS. XLIIII

ARcadius & Honorius, imperauerunt annis tredecim. 400

His temporibus Donatus Epiri epiſcopus, uirtutibus inſignis eſt habitus, qui ingentem draconem, expuens in ore eius, necauit: quem

PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato, omni examine, uſque ad ultimum diem tranſitus ſui, & uiaticum accipiat.

389 Hic ſynodus Conſtantinopolim celebrauit cum trecentis quinquaginta epiſcopis.

Huius temporibus Hieronymus presbyter, interpres & doctor egregius, ſecundum Hebraicam ueritatem Bibliam tranſtulit de Hebraico in Latinum.

Clarebat & Ruffinus Aquileienſis presbyter.

Per idem tempus Paula multùm nobilis matrona, cum filia ſuà Euſtochium, Hieroſolymam adijt.

Arſenius in urbe Roma claret: qui ex Senatore factus monachus, per quadraginta annos in eremo uixit.

Eodem tempore in Emaus caſtello natus eſt puer ab umbilico & ſurſum diuiſus, ut haberet duo capita & duo pectora, & quilibet proprios ſenſus: uno edente uel dormiente, alter non comedebat uel dormiebat. Porrò poſtquàm duobus annis uixiſſet, unus mortuus eſt, altero in tertium diem ſuperuiuente.

Eodem tempore floruit Iohannes Chryſoſtomus, primò presbyter Antiochenus, poſtea archiepiſcopus Conſtantinopolitanus.

Romæ etiã Paulus Oroſius presbyter, diſertiſsimus temporum ſcriptor, claruit, beati Auguſtini diſcipulus, qui multa opuſcula edidit: inter quæ ad beatũ Auguſtinũ ſcribens, Chronicam ab exordio mundi incipiens, uſque ad finem ſuorum temporum, luculento ſermone perduxit.

ANASTASIVS. XLII

404 ANaſtaſius, natione Romanus, ex patre Maximo, ſedit annis tribus, diebus uigintiſex.

Hic conſtituit, ut q careret aliquo membro, non poſſet fieri clericus. Huius

IMPERATORES.

octo iuga boum ad locum incendij uix trahere potuerunt, ne aërem putredo eius corrumperet. Anno à Chriſto nato,

Per idem tempus corpora ſanctorum Abachuc & Micheæ prophetarum producuntur. 400

Auguſtinus quoque epiſcopus doctrinæ ſcientia præclaruit.

Hoc tempore Priſcillianiſtæ & Pelagius hæretici fuerunt.

Hic Arcadius, filius fuit Theodoſii, magnæq; uirtutis, & homo prudens.

Hoc tempore Alaricus rex Gothorum ex Aphrica ueniẽs, Italiam intrauit: Romam cepit, igne ferroq; uaſtauit. Dato prius pręcepto, ut illi qui in ſacris locis, præcipuè in baſilicis apoſtolorum Petri & Pauli ſe reciperent, ſecuros eſſent.

Deinde per Apuliam & Calabriam in Aphricam properantes, Alaricus apud Conſentium ſubita morte defunctus eſt.

Gothi uerò amnem Baſcentum diuidentes, Alaricum in medio aluei cum multis opibus ſepelierunt: amnem poſtea proprio meatui reddentes. Regem Artulphum Alarici affinem conſtituentem, Romam redeunt. Et ſi quid reſidui fuit, more locuſtarum conſumunt.

Eo tempore clariſsima Vrbis loca fulminibus dirupta ſunt, quæ comburi ab hoſtibus nequiuerunt. Fitq; in tota Vrbe blaſphemia Chriſto clamantium, hoc ideo ſe perpeti, quia neglecta fuerunt deorum ſacrificia.

Sed Gothi de Vrbe recedentes, Gallam Principis Theodoſii filiam, ſororem Arcadij & Honorij, ſecum afferunt: quam ſibi Artulphus matrimonio copulauit: quæ poſtea Reipublicæ multum utilis fuit.

HONO-

PONTIFICES.

*Anno à Christo nato,* Huius tempore beatus Hieronymus apud Bethlehem, librũ de Viris illuſtribus compoſuit.

Hic Anaſtaſius cõſtituit,ut quotieſcunque Euãgelium recitaretur, presbyteri & clerici non ſederent, ſed ſtarent.

Et conſtituit, ut nullus transmarinus,ad clericatus honorem ſuſciperetur:niſi quinque epiſcoporum ſigillis deſignatum exhiberet chirographum,propter Manichæos.

INNOCENTIVS. XLIII

407 INnocentius primus,natione Albanenſis,ex patre Innocentio,ſedit annis quindecim,mẽſibus duobus,diebus† uiginti.

*† Aliud exẽplar habet, diebus duobus.*

Hic conſtituit ſabbato ieiunium celebrari: quia ſabbato Dominus in ſepulchro iacuit, & diſcipuli ieiunauerunt.

Conſtitutionem fecit de eccleſia & de regulis monaſteriorum:& de Iudæis & Paganis.

Et multos Cataphrygas inuenit, quos exilio relegauit.

Et Cœleſtinos hæreticos damnauit.

Conſtituit etiam,ut qui natus fuerit de Chriſtiana,per baptiſmũ denuò naſci debeat.

Hic quoq; decreuit,ad Miſſam, Pacis oſculum dare.

Floruit Alexius Romæ, nobiliſſimi Romani Euphemiani nomine filius,qui primò in palatio Imperatoris fuit.

Hic Innocentius ſtatuit, oleo ad uſus infirmorũ ab epiſcopo cõſecrato uti:non presbyteris tantùm, ſed etiam omnibus aliјs Chriſtianis.

Hic damnauit Pelagium in Britannia cum execrabili ſua doctrina exortum, aſſerẽtem,hominem ſine gratia Dei poſſe ſaluari:unumquenque ſuis meritis propria uoluntate, ad iuſticiam regi.Infantes,ſine peccato originali naſci.

Damnauit & Cœleſtinum & Iulianum

IMPERATORES.

HONORIVS. XLV

*Anno à Christo nato,* 413

HOnorius,cum Theodoſio iuniore fratris filio, imperauit annis quindecim.

Huius temporibus Gothi Romam ceperunt. Vandali quoquẽ Hiſpanias & Gallias occupant & uaſtant. Et Rhodagius rex Gothorum, ab exercitu Romanorum occiſus eſt.

Hoc tempore Pelagius aduerſus CHRISTI gratiã,erroris ſui dogmata prædicat. Ad cuius damnationẽ Concilium apud Carthaginem cõgregauit trecentorum & tredecim epiſcoporum.

Huius tempore Cyrillus Alexãdrinus epiſcopus,inſignis habetur.

Hic Honorius filius Theodoſii fuit,& frater Arcadiј.

Cuius tempore Herodianus quidam cum tribus milibus & ſeptingentis nauibus,ex Aphrica Romã tendens,occurſu comitis Cõſtantiј quã Honorius bellis præfecerat,ſic cõtriuit,ut ſolus rapta naui Carthaginem rediret,ibiq; peremptus eſt.

His diebus præcipiente Honorio,fauente Cõſtantio,ſopitis apud Aphricam hæreticis,pax eccleſiis redditur.

Tunc apud Hipponam florebat Auguſtinus epiſcopus.

His temporibus apud Bethlehẽ Palæſtinæ beatus Hieronymus nonageſimoprimo ætatis ſuæ anno migrauit ad CHRISTVM.

Fuit ſanè Honorius moribus & religione patri ſuo Theodoſio ſimilis,Rempublicã paratam relinquẽs Romæ defunctus eſt:& iuxta beati Petri Apoſtoli eccleſiam in Mauſoleo ſepultus: nullam ſobolem relinquens. Nam duæ Stelliconis filiæ, uidelicet Maria & Hermancia, una poſt alteram coniugio ſociatæ:ambæ, Dei iudicio, morte præuentæ ſubita,ex hac luce migrauẽre uirgines.



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato,

lianum, complices Pelagij.

Hic fecit ordinationes quatuor per menſem Septembrem.

Qui ſepultus eſt Romæ in cœmiterio ad Vrſum pileatum, quinto calendis Auguſti.

Hic excõmunicauit Arcadium Imperatorem, propterea quòd conſenſit, ut ſanctus Iohannes Chryſoſtomus à ſede ſua Conſtantinopolitana pelleretur, ab uxore ſua Euxodia, propter prædicationem quam fecerat contra eam: eo quòd circa imaginem ſuæ ſpeciei, quam erexerat, mulieres & puellas ludere compellebat. Quod Chryſoſtomus prædicabat, uitium eſſe idololatriæ.

ZOZIMVS. XLIIII

422 Zozimus, natione Græcus, ſedit † annis tribus, menſibus ſeptem, diebus uigintiquinque. Et ceſſauit epiſcopatus diebus undecim.

† Aliud exẽplar habet, annis 2. mẽſibus 8. diebus 28.

Hic conſtituit, ut ſeruus nihilominus fieret clericus: & ut in Sabbato ſancto, cereus benedicatur: & ut nullus clericus in publico potum uenderet.

BONIFACIVS. XLV

425 Bonifacius, natione Romanus, ex patre Iocundo presbytero, ſedit annis tribus, menſibus octo. Et antè ceſſauit epiſcopatus diebus nouem.

Hic decreuit, ut nulla mulier aut monacha, pallam ſacratam altaris contingeret uel lauaret: & ut ſeruus, aut obnoxius curiæ, non fieret clericus.

CŒLESTINVS. XLVI

428 Cœleſtinus primus, natiõe Romanus, ex patre Priſco, ſedit annis octo, diebus nouem. Et ceſſauit epiſcopatus, diebus uiginti & uno.

Hic conſtituit, ut Pſalmus, Iudica me Deus, & diſcerne: &c. diceretur ante introitum Miſſę: & Pſalmus

IMPERATORES.

Anno à Chriſto nato,

Cuius temporibus, quãuis multa bella ſurrexerant, tamen uel nullo, uel minimo ſanguine ſunt ſedata. At hoc clemẽtia Honorij, qua cunctis præeminebat, faciẽte. Nam quũ ſibi diceretur, Cur rebelles non interficeret? Reſpõdebat, Vtinam mihi poſsibile eſſet, etiam mortuos ad uitam reuocare.

THEODOSIVS. XLVI

Theodoſius ſecundus, iunior, cum Valentiniano genere ſuo, imperauit annis uigintiſeptem. 425

Hic accepto Imperio ſtatim Valentinianum amitæ ſuæ filium, Cæſarem fecit.

Sub hoc tempore gens Vãdalorum ab Hiſpanis ad Aphricam tranſeunt, & uaſtãt. Ibiq; Catholicam fidem impietate Ariana ſubuertunt.

Per idem tempus, Neſtorius Cõſtantinopolitanus epiſcopus, ſuæ perfidiæ molitur errorem. Aduerſus quem, Epheſina ſynodus congregata eſt, quę eius impia dogmata condemnauit.

Huius tempore, diabolus in Creta, in ſpecie Moſi apparens, dum Iudæos in terram repromiſsionis per mare, pede ſicco promitteret perducere, plurimos necauit. Sed qui euaſerunt, ad CHRISTI gratiam conuerſi ſunt.

Tempore iſtius, Vincula ſancti Petri inſtituta ſunt celebrari, ab uxore eius.

Hic Theodoſius Arcadij filius, Orientale regebat Imperium: qui mortuo Honorio, Valentinianum amitæ ſuæ filium, ut Imperium Occidentis ſuſciperet, tranſmiſit.

His temporibus Genſericus rex Vãdalorum, ex Hiſpania in Aphricam ueniens, penè totam ferro, flammis & rapinis crudeliſsimè deuaſtauit.

Sub hac turbine beatiſsimus Auguſtinus, ſeptuageſimoſexto ætatis ſuæ anno, & uigeſimonono in epiſco-

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

## PONTIFICES.

*Anno à Christo nato,*

mus Dauid centeſimus quinquageſimus, ante ſacrificium pſalleretur, canẽdo ex omnibus antiphonatim. Quod antea non fiebat: ſed epiſtola Pauli & Euangelium dicebantur. Et ex hoc inſtituto, excerpti ſunt Introitus, de Pſalmis, & Gradualia, & ſimiliter Offertoria, ante ſacrificium.

Hic miſit ſanctum Patritium, filium Conthes ſororis ſancti Martini Turonenſis, in Hiberniã: & cõuertit omnes ad fidem.

Tertia ſancta ſynodus uniuerſalis Epheſina, ducentorũ patrũ collecta eſt Epheſi, iuſſu papæ huius Cœleſtini & Theodoſij iunioris: in qua damnatus eſt Neſtorius, duas perſonas in CHRISTO aſſerẽs, condemnatus anathemate: & confirmatum eſt, CHRISTI unam eſſe perſonam in duabus naturis: & ut beata Maria, Theotocos, id eſt Mater Dei, appellaretur.

### SIXTVS. XLVII

436 Sixtus tertius, natione Romanus, ex patre Priſco, ſedit annis octo, diebus nouem. Et ceſſauit epiſcopatus diebus † uiginti nouem.

*† Aliud exemplar habet, 22.*

Hic de regione Cœliomontis, conſtituit, ut nullus clericus in parœchia alterius ordinari præſumat.

Hic congregata ſynodo purgauit ſe coram quinquaginta ſeptem epiſcopis, de crimine quod ſibi Baſſus coram Auguſto impoſuerat: & ille Baſſus, in Concilio condemnatus eſt.

Hic ædificauit eccleſiã Sanctæ Mariæ minoris, quæ dicitur Ad preſepe: ſicut ſcribit Iſidorus in Chronicis ſuis, & Paulus Diaconus cardinalis.

Hic etiam multas alias baſilicas auro argentoq; decorauit: & multa pauperibus diſtribuens, ſepultus eſt in uia Tiburtina, in crypta, iuxta corpus beati Laurentij.

LEO,

## IMPERATORES.

*Anno à Christo nato,*

ſcopatu, migrauit ad CHRISTVM.

Theodoſius uerò apud Conſtantinopolim morbo correptus, interijt: ibiq; ſepultus eſt.

425 *Atila.*

Eo tempore, rex Hunnorũ Atila, dum cum fratre ſuo Bela regnũ inter Pannonias Daciamq; gubernaret, Belam ſuum Germanum, regniq; conſortem peremit. Fultus itaque fortiſsimarũ gentium, quas ſibi ſubiugauerat, præſidio, ad demoliendum Romanum Imperium contendit. Fueruntq; cum Romanis Burgundiones, Franci, Saxones, & penè totus populus Occidentis, conueneruntq; in Aluerniã. Et primùm quidem Regem Burgundiæ occurrentẽ ſibi, proſtrauit. Demum in bello adeò grauiter pugnatum eſt, qualiter uix unquam in aliqua antè inuenitur hiſtoria. Cæſa ſunt autem ex utraq; parte, centum octoginta milia hominũ. Tantúſque ſanguis effuſus eſt, ut modicus qui ibi latebat riuulus, de ſanguine torrẽs effectus, traxit cadauera mortuorum. Atila uerò tanquam uictus redijt Pannoniam: & maiorem exercitum colligens, cum furore Italiam intrauit. Ac primùm Aquileiã capiẽs, omnes ciuitates occupauit. Demum, ad preces Leonis papæ ſanctiſsimi, de Italia exiens, in Pannonia moritur.

In nocte uerò mortis Atilæ, Martianus Imperator, qui tunc Cõſtantinopoli morabatur, uidit in ſomnis arcum Atilæ fractum. Ex hoc intelligens, ipſum eſſe mortuum.

Valentinianus autẽ gener Theodoſij, per ipſum Theodoſiũ ad Occidentales partes Cæſar miſſus, de conſenſu totius Italiæ Imperator efficitur: & ex decreto Theodoſij, Auguſtus fuit appellatus.

Septem dormientes fratres, ſub Decio tormentati, dum declinãtes tortorũ ſæuitiã, in quadã ſpelunca ſe recepiſſent: & ibidem, poſt orationem

PONTIFICES.

*Anno à Christo nato,*

LEO. XLVIII

444 LEo primus, natione Tuſcus, ex patre Quintiano, ſedit annis uiginti & uno, menſibus nouem, diebus uiginti ſeptem.

Hic miſit Epiſtolam Martiano Auguſto & ſuæ coniugi, pulcherrimè omnem fidem exponens. Et ad Fabianum epiſcopum Conſtantinopolitanum epiſtolas miſit octo: inter quas etiam ſcripſit unam preclaram aduerſus Eutychen de incarnatione Domini: in qua redarguit eius blaſphemiam.

Hic poſt cladem Vandalorum, renouauit omnia ſacrata miniſteria argentea.

Sub hoc facta eſt tertia ſynodus Chalcedoniæ.

Hic etiam ſepultus eſt apud baſilicam ſancti Petri Apoſtoli: cuius feſtum fit in uigilia Apoſtolorum.

Hic doctor addidit Canoni, Sanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam, &c.

Huius manũ quum quædam fœmina communicando cum aliis in die Paſchæ oſculata fuiſſet, tantam tentationem ex hoc in carne concepit, ut manum quæ occaſio ſcãdali fuerat, clàm amputaret, & à ſe penitus reiiceret. Verùm quũ tumultus contra ipſum inualeſceret, eo quod miſſam non celebraret: ipſe in anguſtia poſitus, totum ſe beatæ Virgini cõmiſit: cui uigiliis & orationibus intendenti, beata Virgo manũ portãs uiſibiliter apparuit, & ſibi ſua manu appoſuit: de quo miraculo, non ſolùm gratias egit, ſed etiam in ſuis prædicationibus ipſum miraculum frequenter omnibus publicauit.

Quarta ſynodus Chalcedonẽſis, ubi fuerunt ſexcenti & triginta epiſcopi, induſtria Leonis papæ, mandãte Martiano Imperatore, celebratur. In qua, Eutyches Conſtantinopolitanus abbas, & Dioſcorus Alexandrinus epiſcopus, qui dicebãt, unam

IMPERATORES.

*Anni à Christo nato,*

nem obdormiuiſſent, ſpeluncã Decius obſtruxit. Tempore uerò Theodoſii, diuinitùs à ſomno quo ducentis † annis dormiuerãt, excitati ſurgunt. Et aſſerta fide reſurrectionis coram Theodoſio Imperatore (quam quidam hæretici tunc exorti negabant) iterum præſente Imperatore, & multis Chriſti fidelibus obdormierunt in Chriſto.

*† Aliud exemplar habet trecentis.*

MARTIANVS. XLVII

MArtianus & Valentinus, imperauerunt annis ſeptem. 451

Cuius initio Imperii, Chalcedonenſe Concilium geritur: ubi Eutyches cum Dioſcoro condemnatur.

Sancta Genouefa claret Pariſiis.

Sub iſto martyrizãtur undecim milia Virginum, apud Coloniam, ab Hunnis.

Iſte Martianus Imperator apud Conſtantinopolim, facta ſuorum contra ipſum cõſpiratione, peremptus eſt.

Tunc etiam ciuitas Agrippina, & omnes ciuitates ſupra Rhenum, necnon Pariſiis, Remis, Beluacum, Ambianum, Tungris, & omnes penè ciuitates Galliæ, ab Hunnis, ſiue Vandalis, captæ & deſtructæ ſunt.

LEO. XLVIII

LEo primus, imperauit annis ſeptemdecim. 458

Alexandria & Ægyptus errore Dioſcori Ægyptii heretici languẽs, immundo repleta ſpiritu, canina rabie latrat.

Per id tempus apparuit hæreſis Acephalorum, Chalcedonenſe concilium impugnantium.

Hoc tempore, Leo omnes imagines quas in urbe Roma inuenit, Cõſtantinopolim reportauit: ibique omnes eas incendit.

Sub iſto, Heliſeus propheta tranſfertur Alexandriam: & corpus ſancti Marci, Venetias.

Iſtius Leonis tempore, Auguſtulus apud Italiam, Imperium regni inua-

PONTIFICES.

Anno à Christo nato, 448 unam uerbi Dei & Carnis eſſe naturam, damnati ſunt. Et rurſum Neſtorius & eius error damnatus eſt: & etiam diffinitum prædicari, in CHRISTO duas naturas & unam perſonam.

Hic Totilã regem Vandalorum poſtquàm de Pannonia in Italiam regreſſus fuiſſet, & per triennium Aquileiam obſidens cepiſſet, ferro igneq; omnino conſumpta, Veronam, Vicentiã, Brixiam, Pergamũ, Mediolanum, Ticinum diripuiſſet: Leo papa ſanctiſsimus, ne Romam ueniens idem faceret, perſonaliter adijt ipſum, ubi circa Padum morabatur: & non ſolùm Romanam, ſed etiam totius Italiæ ſalutẽ reportauit. Et mirantibus Barbaris omnibus, cur ſic honorificè Totila contra conſuetudinem Papam recepiſſet, & in omnibus exaudiuiſſet: reſpondit, Quendam uultu terribilẽ Papæ aſtitiſſe: & mortem ſibi minantem, niſi Papã in omnibus exaudiſſet. Vnde ſtatim de Italia exiens, in Pannoniam redijt.

Hic etiam Leo ſanctiſsimus, quũ contra Fabianum & Euthicen epiſtolam ad Chalcedonenſe conciliũ ſcripſiſſet: eandem antequàm mitteret epiſtolam, Romæ ſuper altare beati Petri Apoſtoli ponens, per quadraginta dies ieiunijs & orationibus inſiſtens, rogauit ſanctũ Petrum, ut ſi quid eſſet in eadẽ epiſtola emendandum, ad fidei (propter quod ſcripta erat) informationem, ipſe dignaretur corrigere. Quod & factum eſt. Nam in fine quadraginta dierum, inuenit ipſam Epiſtolam in omnibus ad propoſitum emendatam: ipſo Petro reuelante.

Illo tẽpore ſanctus Paulinus Nolanæ ciuitatis epiſcopus, pro cuiuſdam uiduæ filio capto ſe tradidit, & in Aphricam deuectus fuit. De quo ſcribit beatus Gregorius in Dialogo.

HILA-

IMPERATORES.

uaſit, Sed Odenatus, Ruthenus genere, cum Ruthenis ueniens in Italiam, capta Ticino, omnino ferro & igne deſtructa, Oreſtem captum in Placentia decollauit. Auguſtulus uerò, qui Imperium præſumpſerat occupare, dum quindecim menſibus tantùm Rempublicam gubernaſſet, uidens quòd Odenatus totã Italiã occupaſſet, magno metu perterritus, ſponte purpuram abijciens Imperialem depoſuit maieſtatẽ. Et ſic Odenatus, urbem Romã ingreſſus, totius Italię regnũ habuit. Quod quũ per annos quatuordecim nullo inquietante gubernaſſet, ab Orientis partibus adueniens Gothorum rex Theodoricus, Italiam poſſeſſurus intrauit. Anni à Christo nato, 458

Per idem tempus ſanctus Mamertus, Viennenſis epiſcopus claruit. Qui tres dies Rogationum ante Aſcenſionem Domini, ſtatuit ieiunari.

Floruit & in his temporibus Proſper, natione Aquitanus, beati Leonis papæ notarius: qui apud regnũ Italiæ factus epiſcopus, doctrina & miraculis clatuit, ibiq; honorificẽ requieſcit.

Hoc tẽpore Agmũdus rex Lombardorum, quum adhuc eſſet in Pannonia cum ſuis, pueros ſeptem iuxta piſcinã aquæ (quos quædã meretrix uno partu ediderat, & ad necandum ꝓiecerat) caſu reperit. Quũq; ſcire uolens quid eſſet, in equo ſedens, lancea quã geſtabat, reuolueret: unus ex pueris haſtam Regis manu tenuit. Quod Rex admirans, magnum eum futurum pronuncians, cum diligentia educari fecit, atq; nutriri. Qui poſtea propter miram probitatem, in regem electus, multa felicitate Lombardos gubernauit.

ZENO

Anni à Christo nato, 465

## PONTIFICES.

### HILARIVS. XLIX

Hilarius, natione Sardus, ex patre Criſpino, ſedit annis ſex, menſibus tribus, diebus decem. Et ceſſauit epiſcopatus diebus decem.

Hic conſtituit, ut nullus Pontifex ſucceſſorem ſibi conſtitueret.

Et fecit ad ſanctum Laurentium balneum & monaſterium: & baſilicam ſanctæ martyris Bebianæ, ubi corpus eius requieſcit cũ quatuor milibus & ducentis ſexaginta duobus ſanctorũ corporibus, exceptis paruulis & mulierib⁹. Qui etiã ibidem ſepultus eſt, iuxta corpus eiuſdem martyris.

Per idem tempus, ut legitur in hiſtoria Britonum, in Britannia regnabat Arturus, qui benignitate & probitate ſua Flandriam, Franciam, Noruegiã, Daciam, cæteraſq; marinas inſulas ſibi ſeruire coëgit.

In prælio quoque lethaliter uulneratus, ſecedit ad curandum uulnera in quandam inſulam. Deinde Britonibus, de uita eius uſq; hodie nulla certitudo remanſit.

### SIMPLICIVS. L

468 Simplicius, natione Tiburtinus, ex patre Caſtino, ſedit annis quindecim, menſe uno, dieb⁹ ſeptẽ. Et ceſſauit epiſcopatus diebus ſex.

Hic uir beatiſsimus dedicauit baſilicam ſancti Stephani, iuxta baſilicam ſancti Laurentij, & baſilicã ſanctæ Bebianæ: ubi etiã corpus eius requieſcit cum tot milibus ſanctorum, uti ſuprà diximus.

Hic conſtituit apud ſanctum Petrum & ad ſanctum Paulum, ut ſeptem presbyteri per hebdomadas manerent, propter pœnitentes & baptizantes. Et fecit quinque regiones presbyteris Vrbis diuidendas: primam regionem, ad ſanctum Petrum: ſecundam, ad ſanctum Paulum: tertiam, ad ſanctum Laurentium: quartam, ad ſanctum Iohannem in Laterano: quintam, ad ſanctam

## IMPERATORES.

### ZENO. XLIX

Anno à Christo nato, 475

Zeno, imperauit annis ſeptendecim.

Hic fecit leges plurimas.

Leonem Auguſti filium interficere quærens, pro eo quòd mater eius alium figura ſimilem obtulit: ipſum Leonem occultè clericum fecit: qui in clericatu, uſq; ad tempora Iuſtini uixit.

Per idem tempus, corpus beati Barnabæ Apoſtoli: & Euangelium Matthæi, eius ſtylo ſcriptum, ipſo reuelante repertum eſt.

Iſte Zeno cum Gothis pacis fœdus inijt.

Theodoricus puer, à patre ſuo Principe Gothorum, Zenoni Imperatori in obſidẽ datur. Qui Theodoricus quum octodecim annos habuiſſet, Imperator Zeno Reipublicæ utilem proſpiciens, miſit illum cum Gothis gente ſua in Italiam, quam Odenatus occupatam tenebat. Quum igitur Theodoricus per Bulgariam & Pannoniam Italiam perueniſſet: & poſt magnos labores non longè ab Aquileia in uberrimis paſcuis ſe & ſuos recrearet: Odenatus cum totius Italiæ uiribus ibidem ipſum inuadens, contritus eſt penitùs à Theodorico: ita quòd Odenatus cum paucis Romam fugiens, quum à populo non fuiſſet receptus, urbem Rauennæ ſe recepit: quam Theodoricus poſt trium annorum obſidionem peremit: & Romã ueniens, cum gaudio eſt receptus. Poſtea Theodoricus omnia quietè tenens, Regis Francorum filiam duxit in uxorem.

Huius temporibus, Henricus rex Aphricæ, Ariana hæreſi maculatus, pluſquàm trecentis epiſcopis eccleſias claudit: & ipſos in exilium, Sardiniam miſit.

Eo tempore gens Saxonũ, poſt multa & dira bella, inſulam Britanniæ poſſedit.

Eo etiam

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

PONTIFICES.

Anno à Chriſto nato.

ctam Mariam Maiorem.

Et cōſtituit, ut nullus clericus inueſtituras à laico accipiat.

Sepultus eſt in Vaticano, iuxta corpus beati Petri Apoſtoli.

Eodem tēpore fuit Merlinus uates in Britannia, ex filia regis ſanctimoniali & incubo dæmone natus. Nam ipſius Regis de Merciæ filia, inter monachas in Eccleſia ſancti Petri degebat, in urbe Kærmedin, quæ aſſeruit ſe nunquā uirum agnouiſſe, ſed quidam in ſpecie pulcherrima ipſam frequenter deoſculans & euaneſcens, & rurſum apparēs, & eam amplectēs, grauidā reliquit. Et quum rex Britanniæ ædificiū miræ magnitudinis conſtrueret, & de nocte euaneſceret id quod in die ædificabatur, admirans à Magis accepit reſponſum, quòd ædificiū non perficeret, niſi calcina admiſceretur ſanguine alicuius ſine patre procreati. Et quū per regnū talis quæreretur, Merlinus puer à quodam puero ſecum contendente, talis notificatur. Et captus, Magos mentitos eſſe dixit. Et oſtendens ſub terra ædificij uoraginem totum abſorbentem, mortem euaſit.

FELIX. LI

486 FElix tertius, natione Romanus, ex patre Felice presbytero, de regione Faſciolæ, ſedit annis octo, menſibus undecim, diebus ſeptemdecim. Et ceſſauit epiſcopatus quindecim † diebus.

Aliud exemplar habet, quinq;.

Hic fecit baſilicam ſancti Agapiti, iuxta baſilicam ſancti Laurentij martyris.

Hic conſtituit, eccleſias ab epiſcopo conſecrandas.

Sepult⁹ eſt in eccleſia ſancti Pauli.

Huius tempore uenit relatio ex Græcia, Petrum Alexandrinū propter hęreſim damnatū, ab Acacio epiſcopo Cōſtantinopolitano reuocatū. Quod ſanctus Felix grauiter accipiēs, cōuocato cōcilio dānauit Acacium

IMPERATORES.

Anni Chriſto nato.

Eo etiā tempore, ſanctus Germanus Altiſiodorēſis, & Lup⁹ Trecenſis, ad propellendam hæreſim Pelagianam, in Britanniam per papam diriguntur.

Eo tempore Fulgentius claret ſcientia & fide.

ANASTASIVS. L

ANaſtaſius imperauit annis uigintiſex. 492

Huius tempore Thraſamundus Vandalorum rex, in Aphrica catholicas eccleſias claudit. Centum & uiginti epiſcopos in exilio Sardiniā mittit.

Per idem tempus apud Carthaginem Olympius quidā epiſcopus Arianus, ſanctam Trinitatem in balneis blaſphemans, tribus igneis iaculis, angelo mittente inuiſibiliter, eſt combuſtus.

Barnabas quoquè, epiſcopus quidam Arianus, dum contra regulam fidei quendam baptizans dixiſſet: Baptizat te Barnabas per Filium, in nomine Patris, in Spiritu ſancto: ſtatim aqua quæ fuerat parata, nuſquam comparuit. Quod aſpiciens qui baptizandus erat, abijt: & iuxta morem fidei, baptiſmum ſuſcipere uoluit.

Hic Hormiſda papa, qui Symmacho ſucceſſerat, legatos ſolennes in urbē Cōſtantinopolim dirigens, monuit, ut ab hæreſi Ariana diſcederet. Qui nō ſolùm legatos audire, ſed nec etiam uidere uolens, ſubitò, Diuino iudicio, per ictum fulminis interijt.

Regnauitq; tam infeliciter, ut diuerſorum hoſtium uallatus agminibus, ſæpius gemens & mœrens, nullam ſuorum inimicorū uindictam meruit audire: quia nec iura eccleſiarum ſeruauit, ſed hæreticis fauens, catholicos eſt perſequutus.

IVSTINVS. LI

IVſtinus, imperauit annis decem. 518

Hic ardore fidei certabat, ut hære

PONTIFICES.

Anno à Chriſto nato,

Acacium & Petrum.

Hic etiam duos epiſcopos, quos pro prędicta cauſa in Conſtantinopolim legatos direxit, qui per Imperatorem pecunia corrupti fuerant, conuocato Concilio damnauit.

Hic conſtituit, quòd accuſato dandæ ſint induciæ, ut ad reſpondendum præparare ſe poſsit. Et quòd accuſatores & iudices, tales eſſe debent, qui omni careant ſuſpicione.

GELASIVS. LII

493 GElaſius primus, natiõe Apher, ex patre Valerio, ſedit annis quatuor, menſibus octo, diebus octodecim†.

*Aliud exemplar habet, 28.*

Hic fecit Orationes, Tractatus, & Hymnos, ſicut Ambroſius: & Præfationem Miſſæ compoſuit, Verè dignum & iuſtum eſt: quotidiano uſui.

Huius tempore facta eſt inuentio cryptæ ſancti Michaëlis.

Inuenitur corpus beati Barnabę: & cum eo Euangelium, quod propria manu in Hebraico ſermone ſanctus Matthæus ſcripſerat.

Auitus Viennenſis epiſcopus Galliam defendit ab hæreſi Ariana.

ANASTASIVS. LIII

498 ANaſtaſius ſecundus, natione Romanus, ex patre Fortunato, ſedit annis†tribus, menſibus undecim, diebus uigintiduobus. Et ceſſauit epiſcopatus diebus nouẽ.

*Aliud exemplar habet, annis 2. menſibus 9. diebus 23.*

Hic conſtituit, ut nullus clericus prætermitteret officium ſuum ira uel rancore, præter Miſſam.

Hic Anaſtaſium Imperatorem excommunicauit.

Eo tempore multi presbyteri & clerici contra papam ſe erexerunt: eo quòd communicaſſet Fontino, diacono Theſſalonicenſi, qui familiaris fuerat Acacij, damnati per Eccleſiam. Et quia Acacium reſtituere uoluit, licet non potuerit, Diuino iudicio percuſſus eſt: quia quum ad ſecre-

IMPERATORES.

*Anni à Chriſto nato,* 518

hæreticos diſsiparet. Quod audiens Theodoricus, rex Arianus Italiæ, miſit nuncios ſuos Conſtantinopolim ad Iuſtinum Imperatorẽ, mandans, quòd niſi eccleſias hæreticis reſtitueret, ipſe totam Italiam deuaſtaret.

Poſtea Thraſamundus Illyricus, Vandalorum regnum ſuſcepit: qui ſacramento aſtrictus à Thraſamundo, ne catholicis in regno ſuo conſuleret, antequàm regnum ſuſciperet, epiſcopos ab exilio reuocauit, et eccleſias reformauit.

Hic Iuſtinus Imperator Chriſtianiſsimus, ſtatuit, ut ubicunq; eccleſiæ hæreticorum eſſent, Catholica religione conſecrarentur.

Quod autem in Italia rex Theodoricus Gothus, Ariana hæreſi pollutus, audiſſet Iohannem papam & alios uiros conſulares in Conſtantinopolim dirigens, comminatus eſt, quòd niſi Arianis eccleſias reſtitueret, omnes per Italiã Chriſtianos gladio perimeret. Qui à Iuſtino honorificè recepti, ad preces Papæ & nunciorum, compatiens neci Chriſtianorum, de eccleſiis Arianorum ſuperſedit. Dum uerò hi, in itinere demorarentur, Theodoricus rabie iniquitatis ſtimulatus, Boëthiũ Senatorem, quem prius exilio relegauerat, & alios uiros Catholicos gladio trucidauit. Iohannem uerò papam, cum his cum quibus fuerat profectus, poſtquàm redierat in Rauennam ad ipſum, carcerali anguſtia peremit. Sed hanc ipſius crudelitatem, mox animaduerſio diuina ſequuta eſt. Nam†nonageſima die poſt hoc facinus, ſubita morte defunctus eſt. Cuius animam, quidam uir ſanctus eremita, uidit per Iohannẽ papam in ollam Vulcani proijci.

*Aliud exemplar habet, 18.*

Ad hunc Iuſtinum Chriſtianiſsimum miſit Hormiſda uenerabilis papa Conſtantinopolim Germanum

PONTIFICES.

*Anno à Christo nato,*

ta naturæ ſeceſsiſſet, egerendo inteſtina miſerabiliter uitam finiuit.

SYMMACHVS. LIIII

501 SYmmachus, natione Sardus, ex patre Fortunato, ſedit annis quindecim, menſibus ſeptem, diebus uigintiocto. Et ceſſauit epiſcopatus diebus ſeptem.

Hic conſtituit omni die Dominico, & in natalitijs Sanctorũ, Gloria in excelſis, canere: & quę ſequuntur poſt uerba, Angeli ſedit, in eodem hymno.

Sub contentione ordinatus eſt una die cum Laurentio. Symmachus, in baſilica Conſtantiana: Laurentius, in baſilica ſanctę Mariæ Maioris. Ex qua cauſa, ſeparatus eſt clerus, & populus diuiſus eſt à Senatu. Et facto Rauennæ iudicio corã Theodorico rege, electus eſt Symmachus, & confirmatus.

Clodoueus, rex Francorum, à beato Remigio baptizatur. Et Pariſiis regalem eccleſiam ædificauit in honore Apoſtolorum Petri & Pauli.

Boëthius, uir cõſularis, in Italia claret: qui exulatur à Theodorico Rege Italiæ. Ibiq; libros ſibi de Conſolatione philoſophiæ edidit.

Hoc tempore claret ſanctus Remigius, ſanctus Maxentius abbas, ſanctus Leodegarius, ſanctus Arnulphus, & ſancta Genouefa.

Eo tempore, Sigiſmundus rex Burgundiæ, ad honorẽ ſancti Mauritij ſociorumq; eius, apud Agaunum, ibidem quieſcentium, monaſterium conſtruxit, multiſq; poſſeſſionibus ditauit.

Eodem tempore, Symmachus conuocata ſynodo eximia, conſtituit prædictum Laurentium, epiſcopum Nucherinum.

Poſt paucos annos terminatur ex inuidia per falſos teſtes Symmachus, & occulte reuocatur Laurentius. Sic iterum diuiſus eſt clerus.

Qui-

IMPERATORES.

*Anni à Christo nato,*

num epiſcopum Capuanum, cum multis alijs perſonis, pro reuocatione epiſcoporum catholicorũ, quos Anaſtaſius perfidus eiecerat. Quos 492 nuncios cum grandi lætitia clementiſsimus ille Imperator Iuſtinus ſuſcepit.

Eodem etiam tempore imperij Iuſtini beata uirgo Brigida, obijt in Scotia.

Circa hoc tempus Hildericus Rex Franciæ, propter inſolentiam & luxurioſam uitam, de regno expulſus eſt à ſuis. Octo annis manſit apud Baſinum Regem Turingorum. Quo reuocato in ſuum dominium, Baſina uxor Regis Baſini Turingorum, relicta uiro ſuo, ſequuta eſt Hildericum: qui ipſam ſuſcipiens in uxorem, genuit ex ea Clodoueum: qui poſtea baptizatus per Sanctum Remigium, Chriſtianiſsimus effectus eſt, & ſanctorum martyrio aggregatus.

Hoc tempore, omnis pulchritudo Antiochię ciuitatis, per terræmotum exterminata eſt.

IVSTINIANVS. LII

IVſtinianus primus, imperauit annis trigintaocto. 527

Hunc imperatorem Agapitus papa, uir Dei, reuocauit ab errore Euticheo.

Hic Leges condidit, & conſummauit libros, ſcilicet Codicem, & Digeſtum.

Beliſarius patritius, mirabiliter de Perſis triumphauit. Qui de Iudæa à Iuſtiniano miſſus, ad Aphricam, Vandalorum gentem deleuit.

Hoc tempore obſeſſa eſt urbs Roma à Gothis, uno anno, in circuitu: ſed poſtea liberata eſt à Beliſario patritio.

Arator, Romanæ eccleſiæ ſubdiaconus, poëta mirabilis: qui Acta Apoſtolorum metricè compoſuit, claret.

PONTIFICES.

Anni à Christo nato,

Quidam adhærebant Symmacho, alij Laurentio. Quare conuocato denuò Concilio ducentorum & quindecim epiſcoporum, expurgatus eſt Symmachus ex crimine falſo, & cum gloria reſtituitur, ſed Laurentius cum ſuis condemnatur.

HORMISDA. LV

516 Hormiſda, natione Campanus de ciuitate Fruſinonia, ex patre Iuſto, ſedit annis nouem, diebus ſeptemdecim. Et ceſſauit epiſcopatus diebus ſeptem.

Hic clerum compoſuit, & Pſalmos erudiuit.

Gręcos recōciliauit, qui obligati fuerāt uinculo anathematis ꝑpter Petrum Alexandrinū epiſcopum.

Hic poſtquàm eleemoſynas multas erogaſſet pauperibus, necnō baſilicis diuerſa ornamenta contuliſſet, apud ſanctū Petrū trabē argenteā mille librarum & quadraginta relinquens, ibidē ſepultus quieſcit.

IOHANNES. LVI

525 Iohānes primus, natione Tuſcus, ex patre Conſtantino, ſedit annis duob⁹, menſibus octo, diebus octodecim. Et ceſſauit epiſcopatus diebus octo.

Huius tempore Francia conuertitur ad CHRISTVM.

Hunc Theodericus rex Gothorum, qui dominabatur in Italia, miſit Cōſtantinopolim ad Iuſtinū Imperatorē. Sed reuerſus cū ſocijs ſuis, carcerali anguſtia peremit. Sed Deus, impunitum non permiſit.

Obijt autem Rauēnæ, in carcere: cuius corpus tranſlatū Romā eſt, et ſepultus in eccleſia ſancti Petri.

FELIX. LVII

527 Felix quartus, natiōe Samius, ex patre Cōſtātino, ſedit annis quatuor, menſibus duobus, diebus tredecim. Et ceſſauit epiſcopatus menſe uno, & diebus quindecim.

Hic cōſtituit, ut infirmi ante trāſitum ſuū, ſancto oleo debēt inungi.

Hic

IMPERATORES.

Anno à Christo nato, 527

Floret Priſcianus ille Grammaticus.

Hic Iuſtinianus abbreuiauit Leges Romanorum.

His temporibus facta eſt mortalitas apud Cōſtantinopolim: qua de cauſa conſtituta eſt ſolennitas Purificationis ſanctæ Mariæ, quæ dicitur Hypante, dum hypantein Græcè, Latinè dicitur obuiare.

His Iuſtiniani temporibus poſt ſolitariam & arctam uitam in cœnobio monaſtico, apud montem Caſſinum, ſanctus degebat Benedictus.

Huius Iuſtiniani tēporibus, Reſpublica multum proſperata eſt, tam in Oriente, quàm in Occidente. Nam licet ipſe eſſet circa leges & libros intentus: tamen per patritiū Beliſarium, quem ad bella conſtituit, proſperè ubique geſſit.

Nam poſtquàm Perſas incredibili uictoria uicit, tranſiuit in Aphricam contra Vandalos. Et ipſis uictis, eos Romano Imperio ſubiecit.

Tranſiuitq; in Italiam contra Gothos, qui eam & etiam Romam occupauerant.

Tranſiensq́ue per Siciliam uenit Neapolim. Sed quia ciues propter Gothos, qui intus erant, eum recipere noluerunt: ipſam paucis diebus oppugnans, cepit: qui non ſolùm in Gothos acriter deſæuit, ſed etiam in ciues: nullus enim ætati uel ſexui parcere uoluit: monaſteriorum & clericorum, atq; aliarum eccleſiarum bona diripuit.

Tandem quum ad urbem Romam appropinquaret, Gothi qui intus fuerant, nocturno tempore diuerſis portis apertis Vrbis, uerſus ciuitatem Rauennam fugerūt, Ibiq; ſe congregantes, bello campeſtri omnes uicti fuerunt. Beliſarius uerò patritius, uictoria habita, ad Iuſtinianum in Conſtantinopolim redijt, Regem Gothorum captum

### PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato,

Hic patriarcham Conſtantinopolitanum, Athanaſium nomine, excommunicauit propter hęreſim.

BONIFACIVS. LVIII

531 Bonifacius ſecundus, natione Romanus, ex patre Sigmulto, ſedit annis duobus, diebus uigintiſex. Et ceſſauit epiſcopatꝰ diebꝰ ſex.

Hic cõſtituit, ut clerici ſint diuiſi à Laicis, in celebratione Miſſæ.

Sepultꝰ eſt in eccleſia ſancti Petri.

IOHANNES. LIX

534 Iohannes ſecundus, natione Romanus, ex patre Proiecto, de Cæliomonte, ſedit annis duobus, menſibus quatuor, diebus ſex. Et ceſſauit epiſcopatus diebus ſeptem.

Hic damnauit Anthemium, Arianum epiſcopum.

Maurus, diſcipulus ſancti Benedicti, claret in Gallia.

AGAPETVS. LX

637 Agapetus primus, natione Romanus, de regione Iohannis & Pauli, ſedit annis duobus, menſibus undecim, diebus octodecim.

Hic conſtituit, ut proceſsiones fierent in Dominico die.

Hic ad Iuſtinianum Imperatorẽ ueniens, in Conſtantinopoli ciuitate defunctus eſt: cuius corpus Romam translatum eſt, & in baſilica beati Petri ſepultum.

SILVERIVS. LXI

540 Silluerius, natione Campanus, ex patre Hormiſda, epiſcopo Romano, ſedit anno uno, menſibus quinque, diebus undecim.

Hic in exilio interfectus eſt ab Imperatore. Nam Theodora Imperatrix, propter Anthemium epiſcopum de hæreſi condemnatum, quia ipſum reſtituere noluit, miſit in exilium in Pontiam inſulam: ibiq; mortuus eſt.

VIGILIVS. LXII

541 Vigilius, natione Romanus, ex patre Iohanne, ſedit annis ſeptemdecim, menſibus ſex, diebus uiginti-

### IMPERATORES.

captum ſecum adducendo. Anni à Chriſto nato,

Iiſdem temporibus tanta fames fuit per totam Italiam, ut matres puerorum ſuorum carnes comederent. 458

Eodem tempore floruit Caſsiodorus, Rauennæ Senator, poſtea monachus, ornatus ſcientia & eloquentia.

Eodem etiam tempore, ſanctus Herculanus, Peruſinus epiſcopus, à Rege Gothorum capite truncatꝰ moritur.

Hic Iuſtinus imperator, poſtquàm mirificum templum in Conſtantinopoli ad honorem Sanctæ Sophiæ & CHRISTI conſtruxit: ibidem, in multa pace defunctus, ſepelitur.

Huius tempore Iudæi cum Saracenis adunati, omnes Chriſtianos Cæſareæ Palæſtinæ ciuitatis interfecerunt. Quod audiens Imperator, quendam mittit, qui grauem de eis ſumpſit ultionem.

His temporibus, conſtruitur monaſterium Sancti Mauritij, ſociorumq; eius, à Sigiſmundo Rege Burgundiæ, pro nece filij ſui, quem de conſilio nouercæ interfecerat.

Hoc tempore Clodoueus, rex Francorum Chriſtianiſsimus Alaricum Regem Gothorum Arianũ, apud Tholoſam debellauit.

Hoc etiam tempore, in urbe Pariſienſi, claret Sancta Genoueſa uirgo.

IVSTINVS. LIII

Iuſtinus ſecundus imperauit annis undecim. 566

Narſes patritius, poſt quàm Iuſtino Auguſto Regem Gothorum in Italia ſuperauit, Sophiæ Auguſtæ Iuſtini coniugis minis perterritus, ad Longobardos ſe contulit: eoſq; in Italiam introduxit. Nam quum gens Longobardorum habitaret in Pannonia, Narſes cum



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

Anno à Chriſto nato, 541

uigintiſex. Et ceſſauit epiſcopatus menſibus tribus, diebus quinque.

Huius tempore Beliſarius patritius liberauit Romam à captione Gothorum: & obtulit ſancto Petro crucem auream ex Vandalorũ ſpolijs, centum libras pondo habẽtem.

Moritur in exilio, in ciuitate Syracuſis.

Hic ordinauit Miſſam celebrari in eccleſia, reſpiciens Orientem.

Hunc, quemadmodũ prædeceſſorẽ ſuum, Theodora Imperatrix, propter Anthemiũ epiſcopũ perſequuta eſt. Et de mandato eius, ductus eſt Cõſtantinopolim: ubi quũ nollet Anthemium epiſcopũ reſtituere, alapis concuſſus, de eccleſiæ ſanctæ Sophiæ, in quã confugerat, extrahitur: & miſſo fune in collo, per totam ciuitatem à mane uſque ad ueſperam tractus, in exilium miſſus moritur.

Hoc tempore, in una urbe Ciliciæ, conſtat Theophilum archidiaconum extitiſſe, qui Chriſtũ & eius genitricem abnegando, diabolo reuerentiam præbuit. qui poſtea per diabolum, ad quod uolebat promotus: tandem ad cor rediens, & cum fletu dura pœnitentia ſe affligens, mediante beata Virgine Maria, ueniam & gratiam recuperauit.

Hic Vigilius, licet malè papatum intrauerit: eo quòd eſſet cupidus ad papatum, quum eſſet Siluerij papæ archidiaconus: propter ipſius conſilium Siluerius papa, ab Imperatrice Theodora, exilio eſt relegatus, ut ei in papatu ſuccederet: quia tãdem reuera pœnituit: & pro fide exilio relegatus, ibidem feliciter uitam terminauit.

Huius tempore apud Conſtantinopolim quinta ſynodus congregata eſt, ſub Iuſtiniano Imperatore, contra Theodorum & omnes hæreticos, qui beatã Virginem tãtùm hominem, & nõ Deum & hominẽ genuiſſe



Anno à Chriſto nato, 566

Arbure, qui fuit rex ipſorũ, & cum Rotario ſucceſſore ipſius, ſic facti ſunt amici, quaſi eſſent Germani: & inierunt concilium, quomodo regnum Italicum à Iuſtino Imperatore & eius ſucceſſoribus eripere poſſent. Quod & factum eſt: & abſolutum eſt regnum Italicum à iugo Conſtantinopolitano.

Et ab illo tempore, Romani per patritios cœperunt dominari.

Et factum eſt regnum Italiæ habitatio Longobardorum: qui Mediolano, Ticino, Brixia & Pergamo depopulatis, ibidem prius habitare cœperunt.

Poſt Rotarium, regnauit Guiſulphus & Heberectus.

Cui Heberecto ſucceſsit rex Luitbrandus.

Luitbrando uerò ſucceſsit Grunualdus.

Et illius filius Romualdus Samnitibus imperabat.

Illis temporibus, Longobardi, licet eſſent baptizati, nihilominus colebant idola, ſicut arbores: & etiam more beſtiali, ſimulachrum ſerpentis uiperæ.

A quo errore, uir ſanctus Barbatus nomine, Beneuentanus epiſcopus, ipſos retraxit. Nam & arborem quam colebant, ſuccidit: & ſimulachrum uiperæ aureum, in calicem commutauit.

Poſtea in Longobardorum regno ſucceſsit Aſtulphus rex: contra quem uenit rex Pipinus, rex Frãciæ, uocatus per papam: ſicut oſtenditur, ubi de Pipino agitur.

Iſtius Romualdi temporibus, corpus ſancti Bartholomei, de India primò peruenit in inſulam Liparim: poſtea in Beneuentũ tranſlatum eſt.

Huius Iuſtini tempore, Armenij fidem Chriſtianam receperunt.

Eo tempore Longobardi comam capitis tondebant: & hoc, à ceruice

Anni à Christo nato,

## PONTIFICES.

genuiſſe affirmabant.

Hoc tempore ſanctus Medardus, epiſcopus Nouiomenſis obijt: quem Clotarius rex Sueſsionis cum magna gloria ſepeliuit.

Circa hæc tempora, ſanctus Remigius obijt, qui ſeptuaginta duobus annis catholicè Remenſem rexit eccleſiam.

### PELAGIVS. LXIII

558 Pelagius primus, natione Romanus, ex patre Iohanne, ſedit annis quatuor, menſibus decem, diebus octodecim. Et ceſſauit epiſcopatus menſibus quatuor, diebus uigintiquinque.

Hic cõſtituit, ut hæretici uel ſchiſmatici per ſeculares poteſtates punirentur.

Hoc tempore beatus Brendanus in Scotia clarus habetur.

Iſte papa culpatus fuit de morte Vigilij: ſed corã omni populo, tangendo crucem & Euangelium, ſe purgauit.

Huius tempore oſſa protomartyris Stephani Romam ſunt delata: & cum ſancto Laurentio in uno ſepulchro collocata.

### IOHANNES. LXIIII

562 Iohannes tertius, natione Romanus, ex patre Anaſtaſio, ſedit annis duodecim, menſibus undecim, diebus uigintiſeptem. Et prius ceſſauit epiſcopatus, menſe uno, diebus tribus.

Hic reparauit & reſtaurauit cœmiteria ſanctorum martyrum.

His temporibus Fortunatus poëta, uir egregius, uita & ingenio præclarus, Italus: Turonum ueniens, geſta beati Martini epiſcopi conſcripſit. Deinde in Pictauiẽſem epiſcopum ordinatus eſt.

Eodem tempore ſanctus Maurus, ſancti Benedicti diſcipulus, qui de Italia Gallias uenerat, poſt laudabilem uitam monaſticam, migrauit ad CHRISTVM: & prope Pari-

## IMPERATORES.

Anno à Christo nato,

ceruice uſque ad occipitium. Nam ceruicem uſque ad occipitium radentes nudabant. Capillos à facie uſque ad ipſum os, demiſſos habebant. Veſtimenta eorum, larga erant, & longa: & maximè linea, qualia Phriſones habere ſolent. Caligæ uerò eorum, dependentes erant uſque ad pollicem: quæ hincinde laqueis corrigiarum ligatæ erant.

Iuſtinus uerò imperator, qui fuit uir Catholicus, in maiori pace dies ſuos finiuiſſet, ſi ad conſilium uxoris ſuæ Narſem patritium ſuum nõ turbaſſet.

Ex omni autem parte, bello Iuſtino inſurrexerant, poſtquàm Narſes, qui multum timebatur, à Iuſtino receſſerat.

Erat enim Narſes uir pijſsimus, in religione catholicus, in pauperes munificus, in reparãdis ſanctorum baſilicis ſtudioſus: uigilijs & orationibus in tantum intentus, ut plus ſupplicationibus ad Dominũ profuſis: quàm armis bellicis uictoriam obtineret.

### TIBERIVS. LIIII

Tiberius ſecũdus, imperauit annis ſeptem. 577

Tempore huius Imperatoris, Longobardi Italiam magna & potenti manu ceperunt, & depopulati ſunt eam.

Gothi qui erant Pagani, & hæretici facti ſunt Chriſtiani.

Hic Chriſtianiſsimus Tiberius, & in pauperes pijſsimus, theſauros palatij magnos multis pauperibus erogabat.

Et quũ ipſum Auguſta, eo quòd omnes theſauros pauperibus erogaret, tanquam diſsipatorem Reipublicæ argueret. Confido in Domino (inquit) quòd Fiſco noſtro nihil deerit pecuniæ, ſi enim de his quæ nobis Dominus contulit, eleemoſynas faciemus. Theſauros autem cõquira-

PONTIFICES.

*Anni à Christo nato,*

ſios quieſcit tumulatus.

Hoc tempore ante aduentum Longobardorũ in Italiam, igneæ in cœlo acies uiſæ ſunt: de quibus ſcribit beatus Gregorius in Homilia, Erunt ſigna in Sole & Luna, &c.

Iohannes uerò papa, poſtquàm perfecit in Vrbe eccleſiam Apoſtolorum Philippi & Iacobi, & dedicauit eam, ſepultus eſt in baſilica ſancti Petri Apoſtoli.

Circa hoc tempus, ſanctus Germanus Pariſienſis epiſcopus claret. Qui quum ægrotaret, iuſsit ex oppoſito ſui ſculpi in muro, Quinto calendis Maij. Cuius ſcripturæ cauſam, per mortem ipſius, quæ tali die euenit, conſtitit ſibi diuinitùs fuiſſe reuelatum. Sepultusq́ eſt in eccleſia, quæ uſq; hodie dicitur, ad ſanctum Germanum de Pratis.

BENEDICTVS. LXV

574 Benedictus primus, natione Romanus, ex patre Bonifacio, ſedit annis quatuor, menſe uno, & diebus octodecim. Et ceſſauit epiſcopatus, menſibus tribus, & diebus decem.

Huius tempore Longobardi inuaſerunt totam Italiam, comitante multa fame & mortalitate: in quibus magnis laboribus & afflictionibus, idem Benedictus papa mortuus eſt, & ſepultus in baſilica ſancti Petri.

PELAGIVS. LXVI

580 Pelagius ſecundus, natione Romanus, ſedit annis† duodecim, menſibus duobus, diebus decem. Et ceſſauit epiſcopatus menſibus ſex, & diebus uigintiquinq;.

*† Aliud exemplar habet decem.*

Hic ordinatus fuit abſq; iuſsione Principis.

Eo tempore Longobardi obſiderunt Romam, & multa uaſtatio ab eis in Italia fuit.

*Portentum.* Per idem tempus, tantæ pluuiæ fuerunt, quòd omnino homines putabant ut diluuium inundaret. Et talis

IMPERATORES.

*Anno à Christo nato,*

quiramus in cœlo.

Item quum ipſe tranſiret per quoddam palatium Imperiale, uidit caſu quãdam tabulam marmoreã, in qua erat crux inſculpta. Quumq́ illam tabulam feciſſet leuari, dicens indignum eſſe crucem pedibus calcari, quæ in peccatorib9 aut in frontibus hominum debet eſſe: apparuit ſub ipſa, alia tabula, eodem modo cruce ſculpta. Quumq́ & illam leuari feciſſet, apparuit tertia cæteris conſimilis tabula. Et quum Imperator admirando & illam leuari feciſſet, inuenit infinitum theſaurum.

MAVRITIVS. LV

Mauritius, imperauit annis uiginti. 522

Eodem tempore, ſanctus Gregorius inſignis habetur.

Arſaces aduerſus Romanos dimicantes, auro magis quàm ferro pelluntur.

Hic fuit uir fide Catholicus, & Reipublicę ſatis utilis: qui Perſas, & Armeniã, prælijs, incendijs, captiuitate hominum, primo Imperij eius anno per pręfectũ ſuum debellauit.

Huius tempore beatus Gregorius archidiaconus, in papam eligitur: & ipſe Imperialibus literis ſuũ affirmauit conſenſum.

Eo tempore in Saphat, non longè à Hieruſalẽ, tunica Domini inconſutilis inuenta eſt, ab epiſcopis Gregorio Antiocheno, Thoma Hieroſolymitano, & alijs, in arca marmorea. Hæc autem delata eſt in Hieruſalem.

Anno decimoquarto Mauritij, beatus Gregorius miſit in Angliã Auguſtinum monachum, pro conuerſione Saxonum, qui de nouo Britanniam intrauerant. Nam Britones, de quibus adhuc Gallenſes remanſerunt, ab Eleuthero papa iamdudum antea Chriſtiani facti fuerunt.

Tan-

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,* 580

talis clades fuit, qualem à ſeculo nullus meminit audiuiſſe.

Ab hoc Pelagio beatus Gregorius in Conſtantinopolim apocriſarius directus, hortatu Leandri Hiſpalenſis epiſcopi, libros Moralium & in Iob compoſuit.

Quum uerò Tiberis ex prædictarum pluuiarum abundantia, in tantum excreuiſſet, ut ſuper muros Vrbem ingrediens, magnam partem regionis occuparet, ſecum trahens innumeram multitudinem beſtiarum, maximè ſerpentium, cum uno ingenti dracone. Quæ beſtiæ poſt diluuium putrefactæ, ex aëris corruptione, maximam mortalitatem hominum induxerunt: ita ut multæ domus in Vrbe, uacuæ remanerent. Ex qua clade, etiam papa Pelagius eſt defunctus. Sepultusq́ eſt in eccleſia ſancti Petri.

*Catacliſmus.*

GREGORIVS. LXVII

592 GRegorius primus, doctor, natione Romanus, ex patre Gordiano, ſedit annis tredecim, menſibus ſex, diebus decem. Cœpit quarto idus Martij. Prius tamen ceſſauit epiſcopatus menſibus quinque, & diebus ſedecim.

Hic doctor diuinarũ Scripturarum ſolertiſsimus, inquiſitor manſuetus fuit.

*Inquiſitor.*

Hic compoſuit Homilias quadraginta, Iob & Ezechielem expoſuit. Regiſtrum paſtoralem fecit: Dialogum, & multa quædam alia bona addidit: nam multos libros compoſuit.

Hic in propria domo fecit monaſterium.

Meritò, terreſtris angelus uocatur, quia cœleſtem uitam duxit in terris.

In ſingulis eccleſiis Romanæ urbis, in remiſsionem humani generis, ſingulis diebus quadrageſimæ ſtatuit fieri Stationes, deuotioni fidelium celebrandas.

*Indulgentiæ cœptæ.*

Et ne erro=

IMPERATORES.

*Anno à Chriſto nato,* 536

Tandem Mauritius Imperator, cum beato Gregorio diſcordabant plurimùm: adeò ut poſt multas detrectationes, quas Papæ faciebat, etiam ſibi mortem minaretur.

Apparuit autem Romæ quidam uir in monaſtico habitu, euaginatũ gladium habens, per ciuitatem tranſeundo, clamans: eodem anno Mauritium gladio perimendum. Quod Imperator percipiens, de malis ſuis pœnitens, per ſe & per alios Deum orauit, ut hãc retractaret ſententiã. His geſtis, audiuit in ſomnis uocem, dicentem: Vis ut hîc, aut in futuro iudicio tibi parcam. Et Imperator reſpondit: Amator miſerorum Deus, hîc mihi redde malum meum, ut in futuro parcas.

Poſtea Mauritius in Oriente conſtitutus, quum milites ſuos à rapinis & furtis cohiberet, nec tamen eis ſtipendia cõſueta daret: milites prouocati, Phocã ſuper ſe, contra Mauritium, in Cæſarem creauerunt.

Quo audito, Mauritius ad inſulam quandam fugit: ibiq́ cum uxore & duobus filijs, per Phocam interemptus eſt.

Hic primus ex Græcorum gente, Romano præfuit Imperio.

*Portenta.*

Huius tempore, apud Daonium, mulier genuit infantem ſine oculis, ſine brachijs, ſine manibus. A lumbis autem, erat ut cauda piſcis.

In Nilo etiam flumine, apud inſulam Deltam, Syrenæ in ſpecie uiri & mulieris, ab exercitu Romano uiſæ ſunt, à mane uſque ad meridiem.

Tritones quoq́, ab exortu Solis, uſq́ ad horam diei nonam uiſi ſunt.

Puer quadrupes & duos uertices habẽs, Conſtãtinopoli naſcitur.

Hoc tempore, Iohannes Alexandrinus epiſcopus: qui ob eximiã in CHRISTI pauperes pietatem, dictus fuit Iohannes eleemoſynarius claruit.



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

## PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato, 522*

Et ne erroris antiqui ſemen, de cætero pullularet, imaginibus dæmonum capita & cætera membra, fecit generaliter amputari. Vt per hoc, extirpata radice hæreticæ prauitatis, palma Eccleſiaſticæ ueritatis plenius exaltaretur.

Is autem in Canone addidit, Dieſq; noſtros in tua pace diſponas.

Fecit etiam ſupra Apoſtolorum corpora Petri & Pauli iugiter celebrari à Papa, ſiue à Cardinalibus.

Hic inſtituit per ſeptiformem Litaniam, placare iram Dei. Septiformis uerò dicta ideo eſt: quoniam tali modo ſic ordinata fuit,

In primo choro, fuit omnis clerus.
In ſecundo, Abbates cum monachis.
In tertio, Abbatiſſæ cum omnibus congregationibus ſuis.
In quarto, omnes infantes.
In quinto, omnes laici.
In ſexto, omnes uiduæ.
In ſeptimo, omnes coniugatæ.

*Titulus Pontificum nouus.*

Hic primus fuit inter Pontifices, qui ſe Seruus ſeruorum Dei inſcripſit.

Et licet uita & ſcientia fuerit præclarus, multos tamen (& maximè poſt mortem) habuit detrectatores: adeò quòd propter deteſtationem ipſius, & memoriæ deletionem, omnes libri ſui comburi debebant. Niſi Petrus, eius diaconus, Spiritum ſanctum, quem in ſpecie columbæ uiderat ſuper ipſum ſediſſe, dum libros eius conſcripſiſſet, confirmaſſet iuramento, & mortis ſuæ termino, quem prædixit, legendo in publico Euangelium.

## SABINIANVS. LXVIII.

604 SAbinianus, ſedit anno uno, menſibus quinque, diebus nouem. Et ceſſauit epiſcopatus menſe uno, & diebus uigintiſex.

Hic conſtituit, ut horæ diei per eccleſias pulſarentur.

Hic quum beato Gregorio poſt mortem derogaret, & maximè illius liberalitati: & propter hoc, manum adiutricem egenis ſubtraheret: ſanctus Gregorius ipſum ter, per uiſum, pro culpa redarguens: & quarto, quum ſe corrigere nollet, in capite percuſſit: quo tactu etiam, euigilans, uexatus in capite expirauit.

*Romanum imperium iam inclinatur.*

BONI-

PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,*

BONIFACIVS. LXIX

606 Bonifacius tertius, natione Romanus, ſedit menſibus octo, diebus uigintiocto.

*Hic papæ incipiunt.*

Hic conſtituit, ut nitidus pannus ſuper altare poneretur.

BONIFACIVS. LXX

607 Bonifacius quartus, natiõe Marſorum, de ciuitate Valeria, ex patre Iohanne Medico, ſedit annis ſex, menſibus octo, diebus † duodecim. Et ceſſauit põtificatus mẽſibus ſeptem, diebus uigintiquinque.

*Aliud exẽplar habet, 22.*

Hic obtinuit, ab Auguſto Phoca Imperatore, ut eccleſia beati Petri Apoſtoli, caput eſſet omniũ Eccleſiarũ: quia Cõſtantinopolitana, primam omniũ eccleſiarũ ſe ſcribebat.

Iſte Bonifacius papa & Chriſtiani templũ, quod dicitur Sancta Maria Rotũda, ubi multoties à dæmonibus percutiebantur Chriſtiani, rogauit Imperatorẽ Phocam, ut condonaret ei hoc templũ, ita mirabiliter dedicatũ ad honorem Cybelis matris deorum, & Neptuni dei marini, in calendis Nouembris: ut ipſe poſſet dedicare illud ad honorem beatæ uirginis Mariæ & omniũ ſanctorum. Quod Cæſar ei conceſſit. Et ipſe Papa cum Romano populo, in die calendarũ Nouembris, illud dedicauit. Et ſtatuit, ut in ipſo die Romanus pontifex ibi celebraret Miſſam: & deinde accipiat corpꝰ & ſanguinem Domini noſtri IESV CHRISTI, ſicut in die Natalis Domini. Et in iſto die, omnes Sãcti cũ Virgine matre CHRISTI Maria & ſpiritibus cœleſtibꝰ, & omnis populus Chriſtianus habeat feſtiuitatem. Et defuncti, habeant per Eccleſias totius mũdi, ſacrificium ſequenti die, pro redemptione animarum.

DEVSDEDIT. LXXI

613 Deuſdedit, natione Romanus, ex patre Stephano ſubdiacono, ſedit annis tribus, diebus uiginti. Et ceſſauit pontificatus menſe uno,

IMPERATORES.

PHOCAS. LVI *Anni à Chriſto nato,* 604

Phocas, imperauit annis octo. Iſte, ſeditione militari Imperator effectus eſt.

Mauritium Auguſtum nobilem & multos interfecit.

Prælia grauiſsima aduerſus Regem Perſarum exercitatus eſt: quibus Romani fortiter debellati, plurimas prouincias & ipſam Hieroſolymam dimiſerunt.

Hic conceſsit beato Bonifacio Papæ quarto, Pontifici Romano templum, quod Pantheon dicebatur: ut conſecratur, in honore beatæ Mariæ & omnium Sanctorum.

Priſcus autem, Phocæ homicidiũ non ſuſtinẽs, ad Heracliũ in Aphricam mittit: ut filiũ ſuum Heraclium contra Phocam mitteret. Quod & factum eſt. Nam Heraclius nauigio ueniens, Phocam uicit.

HERACLIVS. LVII

Heraclius, cum Conſtantino filio ſuo imperauit annis triginta & uno. 612

Huius tẽporibus Siſebuſtus Gothorũ glorioſiſsimus princeps, plurimas Romanorũ ciuitates ſibi rebellantes ſuſcepit: & Iudæos regni ſui ſubiectos, ad fidem CHRISTI conuertit.

Tertio anno huius Heraclij Imperij, Coſroës rex Perſarum, multã partem Reipublicæ Romanæ cepit. Deuaſtauitq; Hieroſolymam, & uenerabilia loca incendit. Qui populorũ captiuans copias, unà cum patriarcha Zacharia, & precioſo ligno Sãctæ crucis, in Perſidẽ duxit.

Anno autem Heraclij duodecimo, Coſroës rex Perſarum interemptus eſt ab Heraclio. Et tunc populus à captiuitate liberatus, cum Sancta cruce reuocatus eſt.

Eo tempore, Mahumetus propheta Saracenorum ſurrexit. *Mahumet.*

Fuit autem magus. Et quia epilepticus, ne perciperetur, dicebat ſe tunc

PONTIFICES.

Anni à Christo nato, uno,diebus uigintiſex.

Hic dum quendam oſcularetur leproſum, ſtatim à lepra mundatus eſt.

BONIFACIVS. LXXII

616 BOnifacius quintus,natione Cãpanus, de ciuitate Nicopoli, ſedit annis quinque, diebus tredecim. Et ceſſauit pontificatus menſibus ſex,diebus tredecim.

Hic conſtituit, ut fures eccleſiarum eſſent anathematizandi.

Et ut teſtamentum ualeret, iuſſione Principis.

Et ut acolytus,reliquias martyrũ non audeat leuare.

Sepultus eſt apud ſanctũ Petrũ.

HONORIVS. LXXIII

621 HOnorius primus,natione Cãpanus, ex patre Petro Mocorſi,ſedit annis duodecim, menſibus undecim,diebus ſeptemdecim. Et ceſſauit pontificatus menſibus ſeptem,diebus octodecim.

Hic cõſtituit,ut in omni ſabbato ad Sanctum Petrum procederent Litaniæ.

Hic etiam clerum ſalubriter erudiuit. Ac ſuper eleemoſynas, quas quotidie pauperibus diſtribuebat, larga manu, multas eccleſias auro argentoꝗ decorauit.

Hic ſepultus eſt apud Sanctum Petrum.

Hoc tempore Anaſtaſius, martyrio coronatur. Qui natus in Perſide, magicas artes à patre didicit. Sed mox ut à captiuis Chriſtianis nomen CHRISTI didicit, Hieroſolymã petens, poſt baptiſmũ monachus efficitur. Et tandem à Saracenis captus, diuerſis & grauiſsimis pœnis interimitur.

Mox quidam dæmoniacus, eius tunica indutus, curatus eſt. Cuius corpus Heraclius imperator, deuictis Perſis, deducens Romã, in monaſterio ſancti Pauli ad Aquas Saluias collocauit.

Hic

IMPERATORES.

tũc loqui cum angelo, quotieſcũꝗ caderet. Et de principatu latronũ, peruenit ad regnum. A quodam etiam monacho, nomine Sergio, apoſtata, ad decipiẽdum populum informabatur. Anno à Christo nato, 612

Heraclius deuicta Perſide cũ gloria rediens, Zachariam prophetam & omnem populum Chriſtianum captiuum Hieroſolymam reduxit (ut diximus) cum Sancta cruce, quam à Coſdroë receperat, portãs, ornatus regio ſtẽmate: dum per portam, per quam CHRISTVS baiulans crucem ad paſsionem ſuã exiuit, uellet intrare, porta diuinitùs clauditur. Eiꝗ humiliato, rurſum ad intrandũ aperitur. Et ita, cruce relata, celebritatẽ Exaltationis ipſius crucis, inſtituit fieri annuatim.

Hoc tempore floruit Iſidorus Hiſpalenſis epiſcopus, beati Leandri ſucceſſor.

Hic uir erudítiſsimus, Etymologiarum librũ compoſuit. Chronica etiam, à tempore Iouiniani uſꝗ ad obitum ſuum conſcripſit.

His temporibus floruit ſanctus Gallus, abbas in Alemania, ſancti Columbani diſcipulus.

Anno Imperij Heraclij decimoquinto, Saracenos qui hactenus ſub regno Perſarum fuerant, Heraclius ipſos deuictos Romano reddidit imperio.

Hoc tempore, Mahumet princeps Saracenorum moritur, poſtquàm Abia principatur.

Heraclius autem, quum eſſet aſtronomus, uidit in aſtris, regnum ſuum à circunciſa gente uaſtandum: propter quod mandauit Regi Francorum, ut omnes Iudæos in regno præciperet baptizari. Quod & factum eſt.

Verùm poſtea inter Romanos & Saracenos bellum implacabile oritur: adeò ut Heraclius timẽs de cruce Domini, ipſam è Hieruſalem in

Conſtan-

### PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato,

Hic etiam papa, eccleſiam ſancti Petri auro argentoq́ ſplendidè decorauit: & eam tabulis æreis per totum cooperuit. Fecit etiam eccleſiam beatæ Agnetis, ubi requieſcit: & beati Pancratij, uia Aurelia: & quatuor Coronatorum. Sepultus eſt in Vaticano, in Eccleſia Sancti Petri.

SEVERINVS. LXXIIII

634 SEuerinus, natione Romanus, ex patre Abieno, ſedit anno uno. Et ceſſauit pontificatus menſibus quatuor, diebus uigintiocto.

Hic Pontifex, ſanctus & benignus fuit: amator cleri & pauperum. Res eccleſiarum & poſſeſsiones ampliauit. Sepultusq́ eſt apud ſanctum Petrum.

IOHANNES. LXXV

635 IOhannes quartus, natione Dalmata, ex patre Venantio ſcholaſtico, ſedit annis ſeptem, menſibus nouem, diebus octodecim. Et ceſſauit pontificatus menſe uno, diebus tredecim.

Hic theſauris eccleſiarum diſtractis, multa milia hominũ per Iſtriã & Dalmatiam à ſeruitute redemit.

Sepultusq́ eſt in Eccleſia Sancti Petri.

Hic Anaſtaſii & Vincentij ac aliorum martyrum corpora, de Dalmatia in Hiſtriam trãsferens, iuxta fontem Lateranenſem, in oratorio ſancti Iohãnis euãgeliſtę recõdidit.

THEODORVS. LXXVI

643 THeodorus primus, natiõe Gręcus, ex patre Theodoro epiſcopo, de ciuitate Hieruſalem, ſedit annis ſex, menſibus quinq́, & diebus octo. Et ceſſauit põtificatus diebus quinquagintaduobus.

Hic conſtituit benedictionem cerei in Sabbato ſancto.

Hic librũ pœnitentialẽ cõpoſuit.

Hoc tempore, Paulus Cõſtantinopolitanus epiſcopus, Pyrrhi ſucceſſor, non tantùm uæſana ſua doctrina,

### IMPERATORES.

Anni à Chriſto nato,

Conſtantinopolim trãſtulit. Cuius pars magna, poſtea anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimoſeptimo, ad inſtantiam Chriſtianiſsimi Ludouici Regis Francorum, Pariſiis eſt tranſlata. 1247

circa anno 1578 furto sublata, sunt [illegible]

Eo tempore, ſancta Aurea claret, quam ſanctus Eligius monaſterio, quod ipſe conſtruxerat Pariſiis, præfecit.

Anno Heraclij uigeſimoocta- 640
uo, Saraceni, qui ſibi rebellauerant, deſtructa Hieroſolyma, Antiochiã capiunt.

Demum Heraclius hydropicus effectus, moritur, Monotelitarum hæreſi maculatus, quæ negat in CHRISTO duas fuiſſe uoluntates. Nam ex quo crucem Domini in Hieruſalem portauerat, & in partibus illis fuerat commoratus, cum patriarcha Iacobitarum de fide diſceptans, ab eo decipitur.

Iacobitæ uerò ſunt Chriſtiani, quos Apoſtolus Iacobus ad fidem conuertit. Sed iam de fide malè ſentiunt. Aſſerunt quidẽ CHRISTVM de Virgine natum, & ad cœlos aſcendiſſe. At nequaquam Deum fuiſſe.

Tempore Heraclij, regnum Perſarum, quod uirtute ſua excuſſerat iugum à Romanis: tũc à Saracenis deuictum eſt. Nam Arabes pulſo Rege ipſorum Hormiſda, uſque in præſens poſsiderunt.

Siſebuſtus rex Gothorũ, in Hiſpania multas ciuitates quas Romani tenebant, ui occupauit. Et ab illo tempore ubique in orbe terrarũ cœpit deficere irrecuperabiliter dominium Romanorum.

CONSTANTINVS. LVIII

COnſtantinus tertius, in Italia 643
cum Hiradona fratre eius, imperauit annis ſeptemdecim.

Iſte filius Heraclij in Sicilia interfectus eſt.

Sub hoc plurima pars Reipublicæ

PONTIFICES.

*Anni à Christo nato,*

ctrina, ſed etiam aperta perſequutione, Catholicos cruciat. Apocriſarios etiam Romanæ eccleſiæ, qui ad eius correctionem miſsi fuerãt, quoſdam carceribus, quoſdam uerò uerberibus affecit. Vnde & ipſum, ſicut anteceſſorem ſuum papa damnauit.

MARTINVS. LXXVII

649 MArtinus, de ciuitate Tudertina, prouinciæ Tuſciæ, ſedit annis ſex, mẽſibus † duobus, & diebus uigintiſex. Et ceſſauit pontificatus diebus † uigintiocto.

*Aliud exemplar habet, mẽſe uno. Itẽ, ceſſauit diebus 26.*

Hic dum celebraret Miſſam, ſpatarius Olympij miſſus eſt ad occidendum eum: qui leuando gladiũ, ſtatim cæcus effectus eſt.

Hic celebrauit Romæ Conciliũ, ubi damnauit praui dogmatis aſſertorem Paulum Conſtantinopolitanum, falſi nominis patriarcham. Propter quod Conſtantinus Imperator, ipſum Conſtantinopolim euocauit: & inde in exilium Cerſonam miſſus. Ibi ad CHRISTVM feliciter migrauit. Cuius feſtum agitur in craſtino ſancti Martini epiſcopi Turonenſis.

EVGENIVS. LXXVIII

655 EVgenius primus, natione Romanus, de regione Auentina, clericus à cunabulis, ex patre Ruffino, ſedit annis duobus, menſibus octo, diebus uigintiduobus. Et ceſſauit pontificatus menſe uno, diebus uigintiocto.

Hic autem omnibus & benignus & amabilis, maximæq́; ſanctitatis, ſepultus eſt apud ſanctum Petrum.

VITALIANVS. LXXIX

657 VItalianus, natione Signenſis, prouinciæ Campaniæ, ex patre Anaſtaſio, ſedit annis quatuordecim, mẽſibus ſex. Et ceſſauit pontificatus menſibus duobus, diebus tredecim.

Hic cantum Romanorum compoſuit, & organo concordauit.

Hic

IMPERATORES.

blicæ à Saracenis deſolata eſt. *Anno à Christo nato,*

Peſsimus in omnibus fuit. Nam Martinum papam interfecit.

Inſuper, ueniens Conſtantinus Romam, depoſuit quicquid erat ad ornatum ciuitatis Romæ, & ſecum in Siciliam aſportauit. 643

Anno Conſtantini ſexto, Saraceni Aphricam occupant.

Hic Conſtantinus, à Paulo Conſtantinopolitano deceptus, expoſuit typum contra fidem Catholicam: nec unam, nec duas uolũtates ſeu operationes in CHRISTO eſſe confitendas.

Ob hoc Martinus papa Concilium celebrãs ducentorum epiſcoporum, anathematizauit hæreticos. Tyrium, Sergium, Paulum quoquè præſentis erroris incentorem. Hac de cauſa, papa Martinus, de mandato Imperatoris Conſtantini capitur: & tandem Cerſonæ, ubi & ſanctus Clemens relegatus fuerat, in exilio moritur.

Eo tempore, ſanctus Hydocus, regis Britãniæ filius, regno & mundo relicto, eremita effectus, in pago Pontino requieuit in CHRISTO.

Hic Conſtantinus Imperator, multos orthodoxorum uerberibus & exilijs condemnauit. Eo quòd hæreſi ſuæ acquieſcere nollẽt. Propter quod, dum apud Conſtantinopolim penè eſſet omnibus exoſus, ad Italiam nauigauit, uolens ipſam recipere è manibus Longobardorũ, & ibi requieſcere & reſidere.

At quũ ad Beneuentanorũ fines acceſsiſſet, Grunualdus eiuſdẽ prouinciæ dux fortiter reſiſtẽdo, ipſius exercitũ debellauit. Cernens igitur quòd ibi non proficeret, Romã perrexit. Cui ſexto ab Vrbe miliario, Vitalianus papa reuerenter occurrit: & eum ad baſilicam beati Petri, cum populi frequentia perduxit. Et quum in Vrbe per duodecim dies reſidiſſet, magna ductus

cupi-

### PONTIFICES.

Anni à Christo nato,

Hic nuncios ſuos direxit ad Imperatorem, iuxta conſuetudinem, ſignificans de ſua ordinatione. Qui nuncij poſtquàm reuerenter fuiſſent recepti, renouatis Romanę eccleſiæ priuilegijs, redierunt: portantes Euangelia auro conſcripta, & precioſis gemmis decorata: quæ Imperator ſancto Petro Apoſtolo tranſmiſerat. Sepultusq́; eſt apud ſanctum Petrum.

Hic propter quendam Græcum, Theodorum nomine habitu monachum, & magnæ literaturæ uirum, Cantuarienſis eccleſiæ in Anglia præfecit in epiſcopum. Qui Theodorus ſcripſit Pœnitẽtialem librũ, mirabili & cauta diſcretione diſtinguens modum ſingularum culparum. De quo libro, in iure Canonico frequenter fit mentio.

#### DEODATVS. LXXX

671 Deodatus, natione Romanus, ex monacho, de patre Iouiano, ſedit annis quatuor, menſibus duobus, diebus quinque. Et ceſſauit pontificatus menſibus quatuor, diebus quindecim.

Hic tantæ benignitatis fuit, ut omnem hominem à maiori uſque ad minorem, ad ſe uenientem, conſolatum dimitteret.

Huius tempore translatum eſt à monte Caſsino corpus ſancti Benedicti, ad cœnobium Floriacenſe, quod eſt celebre in Aurelianenſi diœceſi. Et etiã corpus ſororis ipſius Scholaſticæ. Hic ſepultus eſt apud ſanctum Petrum.

#### DONNVS. LXXXI

675 Donnus, natione Romanus, ex patre Mauritio, ſedit annis †tribus, menſibus ſex, diebus decẽ. Et ceſſauit pontificatus menſibus duobus, diebus quindecim.

Aliud exẽplar habet, anno 1. mẽſib. 5

Hic decorauit illum locum ante baſilicam ſancti Petri, qui dicitur Paradiſus.

Sepultusq́; eſt apud ſanctũ Petrũ.

AGA=

### IMPERATORES.

Anni à Christo nato, 661

cupiditate, uaria ornamentorum genera ex ære & marmore, quib⁹ urbs ornabatur, in Tiberim uexit, ut Cõſtantinopolim trãsferret. Inter quæ, baſilicam Dei genitricis & martyrũ, quæ olim Pãtheon dicebatur, æreis tabulis coopertam diſcooperuit.

Igitur à Roma digreſſus, quum in Siciliam nauigaſſet, in balneo à ſuis occiditur.

Poſt deceſſum eius, milites quendam Armenium, Mezentium nomine, Imperatorem creauerunt.

Sed non multò pòſt Conſtantinus, Cõſtantini filius, ibidem nauigio ueniẽs, imperialem purpuram ſumpſit: & Mezentium cum interfectoribus patris ſui, morte turpiſſima condemnauit.

Hoc tempore Humarus princeps Saracenorũ, in loco, ubi prius fuerat templum Iudæorum, quod Veſpaſianus deſtruxerat: templum quod nunc eſt in Hieruſalem conſtruxit, in quo adorant Saraceni.

His temporibus, Francorũ exercitus de Prouincia ueniens, Longobardiam intrauit. Cui quum Grunualdus cum Longobardis occurriſſet, & fugam ſimulans, tentoria uacua quidem hominibus, ſed plena bonis, maximè uino relinquens: & Franci putantes eos metu ipſorum fugiſſe, ad tentoria perueniſſent, & cibo repleti, potu inebriati, in nocte dormirent: Grunualdus cum ſuis irruẽs ſuper eos, penè omnes extinxit.

#### CONSTANTINVS. LIX

Conſtãtinus quartus, filius Cõſtantini, imperauit annis ſeptemdecim. 670

Huius tempore Saraceni Siciliam inuadunt, & cum ſpolijs multis recedunt.

Iſtius etiam tempore, ſexta ſynodus celebratur Cõſtantinopoli, contra Gregorium patriarcham, ubi adfuerunt ducenti & octo epiſcopi.



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

## PONTIFICES.

### AGATHO. LXXXII

Anni à Chriſto nato, 678

AGatho,natione Siculus,ſedit annis duobus,menſibus ſex, diebus tribus.Et ceſſauit pontificatus anno uno,mēſibus ſeptem,diebus quindecim.

Hic etiā dum quēdam leproſum oſcularetur,ſtatim mundatus eſt.

Huius tempore † Rauēnata eccleſia,quæ diu ſedi Apoſtolicæ rebellis fuerat,ad obedientiam rediјt. (In alio exēplari eſt, Beneuētana.)

Huius tempore celebrata eſt ſexta ſynodus apud Cōſtantinopolim, ducentorum ſexagintaquatuor epiſcoporum. Sepultus eſt apud ſanctum Petrum.

### LEO. LXXXIII

681 LEo ſecūdus,natiōe Siculus,ex patre Paulo,ſedit annis tribus, menſibus decē,diebus ſeptēdecim. Et ceſſauit pontificatus menſibus undecim,diebus uigintiduobus.

Hic cōſtituit Pacem dare in Eccleſiis totius Chriſtianitatis fidelibus,poſt Agnus Dei.

Hic fuit eloquentiſsimus,in Diuinis Scripturis ſufficienter inſtructus:Græca Latinaq́ lingua eruditus. Erga inopum prouiſionē,non ſolùm mentis pietate,ſed etiam ſtudiј labore ſollicitus.

Huius tempore,procurāte Deo & ipſius labore, eccleſia Beneuentana,poſuit ſe ſub ordinatione ſedis Apoſtolicæ:ut defuncto archiepiſcopo, qui electus fuit iuxta antiquam cōſuetudinem,ueniat ad Romanam curiam ordinandus.

Antiſymoniacus.

Hic fecit conſtitutionem,ut qui ordinandus fuerit archiepiſcopus, nulla conſuetudine, pro uſu palliј aut diuerſis officiјs,aliquid perſoluere eccleſiæ debeat. Hic ſepultus eſt in eccleſia beati Petri.

### BENEDICTVS. LXXXIIII

684 BEnedictus ſecundus, natione Romanus,ex patre Iohāne,ſedit annis duobus,menſibus decem, diebus duodecim,Et ceſſauit pontificatus

## IMPERATORES.

Anno à Chriſto nato, 670.

Hic autem fuit, fide Catholicus, moribusq́ modeſtus. Sapienti quoq; uſus eſt conſilio cum Arabibus qui Damaſcum inhabitabant, & cum Bulgaris pacem firmiſsimam fecit.

Reſtaurauit etiam eccleſias,quæ per hæreticos diruptæ fuerant, à temporibus Heracliј proaui ſui.

Inſurrexit contra Monotelitas, quos pater & auus protraxerant, ſatagens eorum opiniones delere. Pro quo & ſextam ſynodum uniuerſalem congregauit Conſtantinopoli,in qua fuerunt ducenti † octogintanouē epiſcopi. Quæ ſynodus,in uno Domino noſtro IESV CHRISTO duas naturas & duas uoluntates declarauit. (In alio exēplari eſt, 290.)

Huius anno primo Grunualdus Longobardus, rex Beneuentanorum, quum † quarta die poſt phlebotomiā accepto arcu columbam percutere niſus eſt: unde uena brachiј eius dirupta eſt, & ſuperponentibus medicis uenenata medicamēta defunctus eſt. (Aliud exēplar habet, nono.)

Huius temporibus peſtilentia Ticina ciuitas adeò depopulata eſt, ut hominibus per iuga montium fugientibus, inter præfatam urbem herbæ naſcerentur & fruteta.

Mortuo autem apud Conſtantinopolim orthodoxo Auguſto,filius eius Iuſtinianus ſibi ſucceſsit in imperium.

Huius etiam Conſtantini tempore, regis Perſarum coniux nomine Cæſarea,de Perſida cum paucis fidelibus clàm uenit Conſtantinopolim. Vbi quum per Imperatorem de ſacro fonte leuata fuiſſet: quum multùm requiſita à ſuis fuiſſet, & tandem inuenta, ad uirum redire nollet, niſi primùm Chriſtianus efficeretur: ipſe cum quadraginta milibus Conſtantinopolim pacificè ueniens,cum omnibus baptizatus eſt.

Eo tem-

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

PONTIFICES.

Anni à Christo nato,

ficatus menſibus duobus, diebus quindecim.

Hic autē Benedictus, ex uitæ ſanctitate cōcordans cum nomine, multas in Vrbe eccleſias reſtaurauit.

Sepultusq; eſt apud ſanctū Petrū.

IOHANNES. LXXXV

686 IOhannes quintus, natione Syrus, ex ciuitate Antiochia, ex patre Habundo, ſedit anno uno, diebus decem. Et ceſſauit pontificatus diebus duobus.

CONON. LXXXVI

687 COnon, natione Romanus, de regione Cæliomōtis, ex patre Benedicto, ſedit annis duobus, mēſibus undecim, diebus nouē. Et ceſſauit pōtificatus menſe uno & diebus octodecim.

Hic ſanctæ & multùm commendabilis uitæ, ſepultus eſt apud ſanctum Petrum.

SERGIVS. LXXXVII

689 SErgius, natione Syrus, de regione Antiochena, ex patre Tiberio, ſedit annis nouem, menſibus octo, diebus uigintitribus. Et ceſſauit pontificatus menſe uno, diebus uiginti.

Hic conſtituit, ut Agnus Dei, ter cantetur in Miſſa, in fractione corporis Dominici.

Hic Deo ſibi reuelāte, inuenit in ſacrario beati Petri capſam argēteā in loco obſcuriſsimo, multæ annoſitatis: ita ut argētea non appareret, in qua ſigillū erat expreſſum. Quo ablato, inuenit crucem, precioſis lapidibus adornatam, & ineffabilem portionem crucis Dominicæ interius repoſitam, quæ in die ſanctæ Crucis adoratur.

Corpus primi Leonis papæ, Deo reuelante, tranſtulit apud Virzenburg Oſterfranck.

Sanctus Kilianus cum ſocijs ſuis, martyrio coronantur.

Sergius uerò poſt laudabilem uitam ſepultus eſt apud ſanctū Petrū.

LEO

IMPERATORES.

Eo tēpore Bulgari ultra Mœotides paludes habitantes, ubi eſt magna Bulgaria, fines Romanorū deuaſtabant. Quos quia Cōſtantinus Imperator ſuperare non ualuit, in confuſionem Romanorum pacem cum ipſis contraxit, annua tributa eis perſoluendo.

IVSTINIANVS. LX

IVſtinianus ſecundus, Imperator, annis decem imperauit. 687

Iſte contraxit pacem cum Saracenis decennio, terra mariq;.

Hic bonus, prudēs & largus, Romanum imperium auxit nimis. Cuius geſta leguntur in Pantheon.

Et condidit multas leges, & eccleſiaſtica officia multū honorauit. Sed circa finem ſuum ſextam ſynodum, quam pater ſuus fecerat, infirmare nititur. Et Sergium papam, in hoc ſibi reſiſtentem, & eccleſiam, fruſtrà turbare molitur.

Anno igitur ſuo decimo, Leo patritius Iuſtinianum regno priuat. Eumq; naſo & lingua priuatum, in exilium Corſonam relegat.

Hoc tempore, Beda uenerabilis presbyter claret.

Circa idem tempus, ſanctus Columbanus, de Hibernia uenit in Burgundiam.

LEO. LXI

LEo ſecundus, imperauit annis tribus. 697

Huic Tiberius ab imperio pulſo, naſum abſcidit: eoq; in exiliū in Corſonam retruſo, imperauit pro ipſo.

Eo tempore, ſchiſma magnum fuit. Nam ſynodus Aquileiæ facta, quintam uniuerſalem ſynodū à Iuſtiniano primo & Vigilio papa Cōſtantinopolim celebrata, ſuſcipere noluit. Quod Sergius papa, ad concordiam reduxit.

TIBERIVS. LXII

TIberius ſecundus imperauit annis ſeptem. 700

Huius tēporibus Giſulphus dux Bene-



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

## PONTIFICES.

*Anni à Christo nato,*

LEO. LXXXVIII

698 LEo tertius, natione Romanus, ex patre Nicolao diacono, ſedit annis duobus, mẽſibꝰ undecim.

*Hic Leo nõ omiſſus, ultimũ Leonẽ facit undecimum.*

Hic per patritium Romanorum factus eſt papa.

Hoc tempore ſanctus Lãbertus epiſcopus, quia Pipinũ principem alterius Pipini, qui fuit pater Caroli increpare auſus fuit, quòd pellicem Alpaidem nomine, ſuæ uxori Plectrudi ſuperduxerat: ab Odone, fratre Alpaidis occiditur Leodij, & in Traiecto tumulatur. Sed poſtea in epiſcopatu Leodienſi eſt trãslatus.

Hic Leo in Romanorum Chronicis, in catalogo Pontificum non ponitur, fortè propter malũ introitum. Vnde apud ipſos, & etiam in Decreto, ſequens Leo tertius nominatur.

IOHANNES. LXXXIX

701 IOhãnes ſextus, natione Græcus, ex patre Patrono, ſedit annis tribus, mẽſibus duobus, diebus uiginti tribus. Et ceſſauit põtificatus menſe uno, diebus nouemdecim.

Hic coronatur martyrio, ſepultusq́; eſt in eccleſia ſancti Stephani ad Catatumbas.

IOHANNES. XC

704 IOhannes ſeptimus, natione Romanus, ex patre Gregorio, ſedit annis tribus, menſibus ſeptem, diebus ſeptemdecim. Et ceſſauit epiſcopatus menſibus nouem.

Hic fuit eruditus ſcientia, & facundus in eloquentia.

Hic fecit oratorium ſanctæ Mariæ Dei genitricis, intra eccleſiam beati Petri apoſtoli: cuius parietes Moſaico opere depinxit: ibiq́; ante altare ſepultus eſt.

SISINNIVS. XCI

708 SIſinnius, natione Romanus, ex patre Creſimundo, ſedit diebus uiginti. Et ceſſauit põtificatus menſibus ſex. Huius tempore maximum ſchiſma fuit.

CON=

## IMPERATORES.

*Anni à Christo nato,*

Beneuentanus, Italiam deuaſtauit.

Tempore huius Tiberij quum Iuſtinianus in exilio Corſone poſitus, populo publicè aſſereret ſe adhuc Imperium reſumpturũ, & populus zelo Auguſti ipſum interficere intenderẽt, fugit ad principẽ Turcarũ, qui ſibi germanam ſuam tradidit in uxorem. Eiusq́; fretus & Bulgarorum auxilio, imperiũ recuperauit. Leonemq́; & Tiberiũ Imperij occupatores, iugulat. Tantã in aduerſariorũ ultionem exercens, ut quoties ſibi à naſo præciſo guttã defluentẽ rheumatis detergeret, penè toties aliquẽ de aduerſarijs occideret.

IVSTINIANVS. LXIII

IVſtinianus ille ſecundus, imperauit annis † ſex. 707

*In alio exẽplari eſt, 7.*

Iſte eſt idem qui ſuprà priuatus fuit imperio. Sed quia tali anno recuperauit Imperium, propter hoc iteratò repetitur ut nouus.

Igitur Iuſtinianus poſt reſumptionem imperij, fidem orthodoxam amplexus, Cõſtãtinum papam ad ſe Cõſtantinopolim inuitat: eumq́; uenientem & redeuntem, Apoſtolicæ dignitatis gloria honorat.

Porrò Iuſtinianus ſtatuit, Corſonam ubi fuerat in exilio euertere: & cõgregatis omnibus nauibus quas habere potuit, per patritium ſuum interfecit omnes, præter infantes.

Quumq́; & iteratò infantes uellet perimere, homines prouinciæ quendam exulem, Philippũ nomine, ſibi præfecerunt. Qui Cõſtantinopolim ueniens, Iuſtinianum cum filio peremit.

PHILIPPVS. LXIIII

PHilippus ſecundus, imperauit anno uno, menſibus ſex. 713

Iſte fugit in Siciliam propter exercitum Romanorum.

Hic quũ eſſet hæreticus, omnes picturas eccleſiaſticas præcepit auferri: ꝓpter quod Romani imaginẽ numiſmatis ſui recipere noluerunt.

ANA=

## PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,*

### CONSTANTINVS. XCII

COnſtātinus, natione Syrus, ex patre Iohanne, ſedit annis ſe-
708 ptem, diebus quindecim. Et ceſſauit pontificatus diebus quadraginta.

Hic ſepultus eſt in Vaticano, in eccleſia ſancti Petri.

Hunc Iuſtinianus Imperator ad ſe uenire Cōſtantinopolim fecit: ac ſolenniter ipſum recipiēs, ut Dominica die in eccleſia ſanctæ Sophiæ Miſſam celebraret, rogauit communionem de manibus eius accipiens: ac uultum in terram proijciens, ut pro peccatis ſuis Dominum exoraret, poſtulauit: cūcta priuilegia Romanæ eccleſiæ renouando.

Hic etiam Philippū Imperatorem denunciauit hæreticū: eo quòd ſanctorum imagines deleuerat.

Sub hoc pontifice Choeret & Opha Reges Anglorum, Romam ueniunt. Ibiq; in monachos attonſi, Regi regum militando, feliciter uitam finierunt.

Pontifex uerò ſepultus eſt apud ſanctum Petrum.

### GREGORIVS. XCIII

715 GRegorius ſecundus, natione Syrus, ex patre Iohanne, ſedit annis ſedecim, menſibus octo, diebus uiginti. Et ceſſauit pontificatus diebus triginta quinque.

Hic conſtituit † quintam feriam per totam Chriſtianitatē † in Quadrageſima ieiunari, & Miſſarum celebritatem.

*In alio exēplari habetur, ſextam. Itē † ut quadrageſimā.*

Huius tempore Bonifacius epiſcopus gentem Germanorum contulit ad CHRISTVM.

Huius tempore Petronax, ciuis Brixianus, diuino inſtinctu & Gregorij papæ hortatu animatus, cœnobium ſancti Benedicti apud caſtrū Caſſinum laudabiliter reędificauit: quod plus quàm centum annis à primo tempore Longobardorum deſolatum fuerat.

Quidam ſcribunt, quòd hoc tempore

## IMPERATORES.

*Anni à Chriſto nato,*

### ANASTASIVS. LXV

ANaſtaſius ſecundus, imperauit annis tribus.

Hic Philippum, captum oculis 715
priuauit.

Iſte in omnibus malus fuit.

Huius exercitus Theodoſium elegit in Imperatorē. Qui Anaſtaſio deuicto, ordinauit ipſum in preſbyterum.

### THEODOSIVS. LXVI

THeodoſius tertius, imperauit 718
annis † duobus.

*In alio exēplari eſt, uno.*

Iſte benignus fuit, & humilis corde imperium tenuit: quem quidam Leo potentiſsimus, de imperio depoſuit. Qui poſtea clericus factus, reſiduum uitæ in pace deduxit.

### LEO. LXVII

LEo tertius, cum Conſtantino 720
filio, imperauit annis uigintiquinque.

Huius tempore, Saraceni Conſtantinopolim uenerunt: & tribus annis ciuitatem obſidentes abſceſſerūt, & inde multa bona abſtulerūt.

Anno Leonis tertio, Luitprādus Longobardorum rex, audiēs quòd Saraceni depopulata Sardinia, loca illa in quibus oſſa beati Auguſtini erant, dehoneſtarent: quæ propter Saracenorū uaſtationē de Hippona illuc uſq; delata fuerāt, legatos illic direxit: qui dato multo auro, precio ſas illas reliquias ſecum detulerunt uſq; Genuā: ubi præfatus rex perſonaliter occurrens, cum magno gaudio & deuotione, ipſas papæ deferens, in eccleſia beati Petri Apoſtoli, quam extruxerat, honorificè ſepeliuit.

Huius Leonis tempore Richardus dux Phryſonum, ad prędicationem Valurammij Senonenſis epiſcopi adductus ut baptizaretur, cùm unum pedē lauachro impoſuiſſet, alterum retraxit: quærēs, ubi plures maiorū ſuorū eſſent, inferno uel paradiſo. Et audiēs, quòd in inferno:

PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato,

pore ſanctus Ægidius, natiõe Græcus, uenit in Prouinciam.

718 Hic Gregorius prædictũ Bonifacium à Britãnia uenientẽ, epiſcopũ conſecrat. Et per ipſum, Verbũ Dei in Germania prædicat. Qui poſtea archiepiſcopus Maguntinus factus, cùm in Phryſia prędicare[t], martyrio coronatur: & trãsfertur ad Vildenſe cœnobium, quod ipſe cõſtruxerat.

Hic etiam quum Leo imperator imagines CHRISTI & beatæ Virginis, & aliorum ſanctorũ in ciuitate Cõſtantinopolitana igne cremari iuſsiſſet: idem ipſi facere præcipiens, non ſolùm facere renuit, ſed etiam ipſum Imperatorem pro ipſo facto anathematizauit.

Hoc tempore Carolus pater Pipini, maior domus Frãciæ, Saxones debellat. Necnon Rheni tranſiens fluuium, Alemannos & Sueuos atque Barbaros perluſtrat: uſque ad Danubium omnia occupãdo. Subegit etiam Phryſones, Burgundiam & Lothoringiam. Saracenos quoquè de tranſmarinis partibus cum innumerabili multitudine in Prouinciã uenientes, Arelatę cum ipſis pugnando omnino deleuit.

Gregorius uerò diſtributis rebus monaſterijs & omni clero, ſepultus eſt apud ſanctum Petrum.

GREGORIVS. XCIIII

731 GRegorius tertius, natione Romanus, ex patre Marcello, ſedit annis † nouem, menſibus octo, diebus uigintiquatuor. Et ceſſauit diebus nouem.

In alio exẽplari habetur, decem.

Hic adiunxit in Secreta, Quorũ ſolennitas hodie in conſpectu gloriæ maieſtatis tuæ celebratur, Domine Dominus noſter, in toto orbe terrarum, &c.

Et fecit recedere totam Italiam à poteſtate Leonis Auguſti hæreſiarchæ, ob depoſitionem imaginũ.

Huius tempore Alebrandus rex Lõgobardorum Romam obſedit. Sepul-

IMPERATORES.

Anni à Chriſto nato, 720

intinctum etiã pedem retraxit. Melius eſt (inquiens) ut plures quàm pauciores ſequar. Et ita ludificatus eſt à diabolo, quum ſibi permulta bona in annos plurimos promitteret, tertia die ſubita morte extinctus fuit.

Hic Leo imperator, à quodam transfuga fidei ſeductus, cõtra imagines Dei & ſanctorum, bellum indixit, easq́ ubique deponi, & incendi iubet. Pro quo errore, ei Gregorius papa ſcripſit. Sed in uacuum multum redarguit. Conſtantinopolitani quoq́ pro depoſitione imaginum contra ipſum tumultuãtur. Aliqui etiã pro hac re martyrizãtur.

Eo tempore gens Saracenorum per mare anguſtum trãſiens, totam Hiſpaniam occupauit. Et quum poſt decem annos etiã Aquitaniam occupare uoluiſſet, Carolus Martellus cum eis bello congrediens, plus quàm trecenta milia de eis extinxit: perditis tantùm de ſuis mille quingentis.

Hoc Leone in perfidia mortuo, ſucceſsit filius Conſtantinus.

Eiuſdem tempore, Conſtantinopoli perierunt peſte trecenta milia hominum.

Circa hoc tempus, quidam Syrus pſeudochriſtus apparuit, qui multos Iudæos ſeduxit.

CONSTANTINVS. LXVIII

COnſtantinus quintus, Leonis filius, imperauit annis trigintaduobus. 744

Hic impietatum patrum ſucceſſor, legumq́ à patribus conditarum perſequutor, omni tẽpore uitæ maleficus, & magicis deſeruiens luxurijs operam dedit. Et multi clerici & monachi, & laici, in fide periclitati ſunt. Habebat etiam ſibi conſuetudinem Anaſtaſium Conſtantinopolitanum, falſi nominis Patriarcham.

Huius anno octauo, Rachis Longobar-

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,* Sepultus eſt in Vaticano, in baſilica ſancti Petri.

Hic Gregorius quum Leonem ob depoſitionẽ imaginũ CHRISTI & Sanctorum, incorruptibilem uideret Romam & Italiam & Heſperiam totam, ab eius iure diſcedere fecit, & uectigalia interdixit. Synodũq; penè mille epiſcoporũ Romę celebrãdo, uenerationẽ ſanctarum imaginũ confirmat, atq; uiolatores generali ſentẽtia anathematizauit.

Hic quum Roma obſideretur à Longobardorum Rege, miſit nauigio ad Carolũ patrẽ Pipini, claues confeſsionis ſancti Petri: rogans, ut Romanam eccleſiam à Longobardis liberaret.

Hic papa, Viennæ archiepiſcopatum inſtituit. Quæ quidam urbs dicitur Vienna, quaſi Biẽna: eo quòd biennio fuit conſtructa.

ZACHARIAS. XCV

740 Zacharias, natione Græcus, ex patre Polycronio, ſedit annis decem, menſibus duobus, diebus quindecim. Et ceſſauit pontificatus diebus duodecim.

Hic pacẽ cũ Longobardis fecit: & Dialogorum libros de Græco in Latinum tranſtulit.

Hic Carolomannũ Francorũ regem, fratrem Pipini, fecit fieri clericum: & miſit eum in Caſſinenſe monaſteriũ, ut monachus fieret. Cui etiã monaſterio, dona plurima cum priuilegio ſedis Apoſtolicę cõtulit.

Huius admonitione, Heraclis rex Longobardorum cum uxore & filijs, relicto mundo, monaſticum indutus eſt habitum.

Ad hunc papam monachi cœnobij Caſsinenſis, adiuncto ſibi Carolomanno, Romam uenerunt, rogantes papam, ut literas Regi Francorum Pipino dirigeret: quatenus corpus beati Benedicti, quod Floriacenſes monachi furtiuè habuerant, loco Caſsinenſi reſtituerent.

Quod

IMPERATORES.

gobardorum rex, dum rupto fœdere Romanos inquietare nititur, à Zacharia papa nõ ſolùm à malo reprimitur, ſed etiam eius inſtinctu cum uxore & filijs Romam ueniẽs monachus efficitur. Cui Aſtulphus frater, in regno ſuccedit. *Anni à Chriſto nato,* 750

Anno uerò ipſius undecimo, Aſtulphus rex Longobardorum tributum exigit à Romanis. Et papa Stephanus auxilium Pipini nititur inuocare.

Anno Conſtantini duodecimo, Pipino Longobardiã ingreſſo, Aſtulphi exercitus à Frãcis uincitur.

Idem Conſtantinus uocata Conſtantinopoli ſynodo, præcipiẽs deponi imaginem Dei, eccleſiam, grauiſsimè ſcandalizat.

Omnes enim imagines tã CHRISTUM, quàm alios ſanctos repræſentantes, mandauit deponi. Nec non infectus dæmonum incantationibus, ſacrificijs, ſacrilegis, ac monachorũ peremptionibus, ſic eccleſiã Dei perſequit. Qui etiã uæſaniã Diocletiani perſequutoris eccleſiæ quondam, tranſcendere uidebatur.

Iſte Conſtantinus quintus, cum filio ſuo Leone, & cum Pipino Rege Francorum & patritio Romanorum, eiusq; filijs Carolo & Carolomanno, imperauit annis† ſedecim. *Aliud exemplar habet, uiginti ſex.*

¶ Et quia hîc incidit hiſtoria Pipini, ut ſciatur quis fuit iſte Pipinus, genus per ordinem diſſeremus.

Mortuo primo Pipino, principe Francorum, factus eſt princeps filius eius, ex concubina, Carolus dictus Martellus. Hic fuit bellicoſiſsimus, Saxones armis ſubiugat: deuicit Lanfridum, Alemanorum ducem, & Alemanniam ſibi fecit uectigalem. Sueuos quoq; & Bauaros debellat: & Eudonem ducem Aquitaniæ. Et ſic ſibi tandem Aquitaniã Burgundiamq; ſubiecit.

Quũq; inſtarẽt ſibi multa bella, eccleſias ſpoliat, decimas militibus confe-

PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,*

Quod rex Pipinus quum mandaſſet monachis Floriacenſibus, ieiunantibus & flentibus: nuncij, qui corpus auferre debuerant, percuſſi ſunt cæcitate. Et hoc cognito, ibidẽ remanſit.

Zacharias uerò papa, omni uirtute ornatus moritur: & apud ſanctum Petrum tumulatur.

Huius tempore corpus beatæ Mariæ Magdalenæ, à Gerardo, comite Burgundiæ, Verſiliacum eſt translatum. Quamuis alij ſcribant, quòd apud Epheſum quieſcat: & alij, quòd in Italia, in inſula lacus ſanctæ Chriſtinæ.

Hic pontifex, in Lateranenſi eccleſia, corpus beati Gregorij martyris, cum epitaphio Græcis literis exarato reperit: & cũ magna ſolennitate ad Velum aureũ, in eccleſia ſui nominis, recondidit.

STEPHANVS. XCVI

751 STephanus ſecũdus, natione Romanus, ex patre Cõſtantino, ſedit annis quinqꝫ, menſe uno, diebꝰ uigintiocto. Et ceſſauit põtificatus menſe uno, diebus decem.

Hic, ob infeſtationem Aſtulphi Regis Longobardorum, pergens in Franciam unxit Pipinum in Regem Francorum. Cui Pipinus uenienti occurrit ad trium miliarium ſpatium, de equo deſcendens: & per frenum, ſtratoris officium exercẽs, uſqꝫ ad ſuum palatium deduxit.

Hic, ultimo anno pontificatus ſui, Romanum imperium à Græcis tranſtulit in Germanos, in perſonã magnifici Regis Caroli, tunc in iuuenili ætate cõſtituti. De qua tranſlatione, tangit Decretalis Venerabilem, de electionibus.

PAVLVS. XCVII

756 PAulus, natione Romanus, ex patre Conſtantino, de regione Viæ latæ, ſedit annis† decem, menſe uno. Et ceſſauit pontificatus anno uno, menſe uno.

*In alio exẽplari legitur, annis nouem.*

Hic con-

IMPERATORES.

*Anno à Chriſto nato,*

conferendo. Propter quod ſanctus Eutherius epiſcopus Aurelianenſis, uidit poſtea animam ipſius in inferno.

Eo tempore Hildericus regnauit in Francia, totus deſes & remiſſus: nihilqꝫ in regno, niſi nomen habebat.

Carolus Martellus uictorioſiſſimus poſtea moritur, & in ſancto Dionyſio ſepelitur. Sed poſt aliquot tempus, in ſepulchro ipſius, nihil penitus de corpore inuenitur, niſi ſolùm unus maximus ſerpens.

Huius principatus hæredes facti ſunt Carolomannus & Pipinus.

Carolomanno tanquam primogenito, ceſſit Turingia & Auſtria.

Pipino uerò minori, Burgundia & Prouincia.

Sed Carolomannus anno principatus ſui quinto, deuotionis cauſa, ad limina Apoſtolorum uiſitanda Romam adijt. Ibiqꝫ coram Zacharia papa, mundo renuncians, eſt ab eo tonſus in clericum: & factus monachus ceſſit in montem Serapti. Factoqꝫ ibi cœnobio, in honore ſancti Silueſtri, & alio monaſterio nõ longè ab eodem monte, ipſis benè dotatis, ibidem religioſè eſt conuerſatus. Sed quum multi Francorũ & Teuthonicorũ Romam uenientes ipſum inquietarent, tranſiit ad montem Caſſinum. Ibiqꝫ poſt laudabilem uitam, quieuit in Chriſto.

Eodem tempore claret ſanctus Bonifacius Maguntinus archiepiſcopus, qui in ſylua Boëtania, cœnobium † Fuldenſe fundauit in partibus Germaniæ, quod cæteris monaſterijs præclarius extat. Abbas etiã illius loci, in curia Imperatoris, magni honoris habetur.

*Aliud exemplar habet, Vildenſe.*

Pipinus uerò fratre ſuo Carolomanno monacho exiſtente, ſolus gubernabat Francorum principatum, & Maior domus dicebatur.

Et miſit ad Zachariam papam, quis

PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato,

Hic conſtituit diuina officia celebrari ante horam ſextam, in Quadrageſima.

756 Iſte trãſtulit corpus ſanctæ Petronellæ uirginis, filiæ beati Petri Apoſtoli, cum titulo quem beatus Petrus Apoſtolus ſcripſerat, Aureæ Petronellæ, dulciſsimæ filiæ. & in ſarcophago precioſo repoſuit.

Iſte fuit mitiſsimus & miſericors. Nulli malum pro malo reddit.

Hic cũ paucis familiaribus ſuis, noctis ſilentio per cellas infirmorũ & pauperum & incarceratorũ circuibat, neceſſaria eis miniſtrando: uiduis etiam ac pupillis & alijs egenis opem ferebat.

Hic quum propter æſtiuum calorem apud ſanctum Paulum moraretur, ibidem mortuus ſepelitur: ſed poſtea à Romanis cum honore apud ſanctum Petrum defertur.

Hoc tempore ſanctus Gingolphus in Burgundia claret.

Hic in Francia fontem emit, & in Burgundiam exire impetrauit.

Hic quum uxorem propter adulterium dimiſiſſet, ab adultero clerico occiditur. Sed quũ uxor eius miraculis coruſcanti derogaret, & diceret: Si Gingolphus miracula facit, anus meus cantet. Quod mox completur: quia quum ſemper loquebatur, anus eius cantabat.

CONSTANTINVS. XCVIIII

765 Conſtantinus ſecundus, ex laicis, natione Romanus, ſedit annis duobus, menſe uno.

Hic ex laico ſubitò factus eſt preſbyter, & tyrannica ambitione papatus inuaſor, magno ſcandalo eccleſiæ Dei fuit. Sed zelo fidelium ab Eccleſia deturbatus, oculis priuatur.

STEPHANVS. XCIX

767 Stephanus tertius, natione Siculus, ex patre Oliuo, ſedit annis tribus, menſibus quinque, diebus uigintiocto. Et ceſſauit pontificatus die.

IMPERATORES.

Anno à Chriſto nato, 770

quis potius rex deberet eſſe, An ille, qui ocio deditus ſolo nomine regnabat: Vel ille, qui omne pondus regni ſuſtinebat? Cui quum papa reſpondiſſet, quòd ille potius qui utilius regni gubernacula ageret: Franci mox incluſi, rege Hilderico & uxore ſua, in monaſterio Pipinũ Regem ſibi cõſtituũt. Quem ſanctus Bonifacius Maguntinus archiepiſcopus, iuſſu papæ in regem unxit.

Interim Zacharias papa morit̃, & Stephanus in papam cõſecratur.

Huius tempore Aſtulphus rex Longobardorum, per quoſdã peſſimos Romanos inductus, Tuſciã occupando, & uallem Spoletanam uſq; Romã peruenit, Eccleſias ubi ſanctorum corpora quieſcebant, & alia loca ſacra, igne & ferro deuaſtando, de uniuſcuiuſq; capite cenſum repetendo.

Papa Stephanus tanta hominũ & eccleſiarũ afflictionẽ cernens, perſonaliter iuit in Franciã ad Pipinũ. Et ut Aſtulphũ regem reprimeret, ſecum in Italiam, & uſq; Romã perduxit. Tunc & in patritium Romanorum Pipinus eſt electus. Et Aſtulpho Rege Longobardorum manu forti compreſſo, reſtitutis uiribus ſancti Petri, Pipinus eſt in Franciam reuerſus.

Aſtulpho mortuo, Deſiderius rex Longobardorum efficitur.

Eo tempore corpus ſancti Viti martyris per abbatem ſancti Dionyſii Fultandum nomine, à Roma defertur in Franciam.

Finito bello Aquitanico, & in Aluernia & in Gaſconia, moritur Pipinus, & apud ſanctum Dionyſiũ tumulatur: & Carolus Magnus, filius eius, in Regem ſubſtituitur.

His temporibus Imperator Conſtantinopolitanus ferè ſolo nomine tantùm imperabat: quia in Oriente & meridie quaſi omnia, Principes

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

PONTIFICES.

*Anno à Chriſto nato,*

tus diebus octo.

Sepultus eſt in Vaticano, in baſilica ſancti Petri.

Hic ex Gallia & Italia conuocata ſynodo Romæ, omnia à Conſtantino ordinata deordinauit, præter baptiſma & chriſma. Et omnes per ipſum ordinatos degradauit.

ADRIANVS. C

780 ADrianus primus, natione Romanus, ex patre Theodoro, de regione Via lata, ſedit annis uigintitribus, menſibus decem, diebꝰ octodecim. Et ceſſauit pontificatus diebus tribus.

Huius precibus uocatus Carolus Magnus, Pipini filius, obſedit Lõgobardos in Papia, ubi cepit Deſiderium Regem & uxorem eius, quos captiuos duxit in Franciam: & ueniens Romam, reddidit omnia quę pater eius Pipinꝰ dederat beato Petro: adiũcto quoq; ei ducatu Spoletano & Beneuentano. Et ob hoc, ipſe patritius Romæ effectus eſt.

Hic reſtaurauit ſanctum Anaſtaſium ad Aquam Saluiam poſt incendium.

Hic ædificauit turres & muros urbis Romæ.

Hic portas æreas maiores dedit ſancto Petro.

Huius tempore celebrata eſt alia ſynodus, ubi trecenti epiſcopi adfuerunt, apud Conſtantinopolim.

Aliam ſynodum ipſe papa Adrianus, præſente Carolo Rege, Romæ celebrauit, in qua fuerunt centum quinquaginta quatuor epiſcopi religioſi, & alij abbates & prælati: in qua Carolo dedit Adrianus papa et ſynodus ius eligendi Pontificem & ſedem Apoſtolicam ordinandi. Et inter Archiepiſcopos, per ſingulas prouincias, inueſtituras ab ipſo recipere. Anathematizauitq; omnes huic decreto rebelles: & iuſsit bona eorum, niſi reſipiſcerent, publicari.

Quic-

IMPERATORES.

*Anni à Chriſto nato,*

cipes Saracenorum occupauerant: propter quod & eccleſia fidelium, eo quòd imagines blaſphemabat, multam perſequutionem ſuſtinuit: & quàm plurimos de Chriſtianis Saraceni interfecerunt.

LEO. LXIX

LEo quartus, imperauit annis quinque per ſe. 677

Hic quum inſaniret cupiditate, concupiuit cuiuſdam eccleſiæ coronam, habentem carbunculos: quã quum portaret in capite, febre correptus moritur.

CONSTANTINVS. LXX

COnſtantinus ſextus, filius cum Irene matre ſua, imperauerũt annis decem. Sed quia matrem priuauit Imperio, ipſa rãcore ſtimulata fœmineo, filium exoculans imperauit tribus annis. 782

Conſtantinus uerò ante excæcationem, ſine matre imperauit quinque annis.

Huius Conſtantini primo anno, quædam aurea lamina in Conſtantinopoli, in quodã ſepulchro, cum quodam defuncto ibidem iacente, inuenta eſt, cũ hac ſcriptura, CHRISTVS NASCETVR DE VIRGINE MARIA, ET CREDO IN EVM: SVB CONSTANTINO ET IRENE IMPERATORIBVS, O SOL, ITERVM ME VIDEBIS.

Horũ imperij anno octauo, facta eſt ſecunda ſynodus in Nicena, ubi adfuerunt trecenti & quinquaginta patres: in qua affirmatum eſt, Spiritum ſanctum à Patre & Filio procedere.

His temporibus Sol ſeptemdecim diebus obſcuratus, non apparuit: ita ut multi dicerent, propter excæcationem pij Imperatoris, hoc contigiſſe.

Irene autem, ut ſecuriùs regnaret, oculos filiorum Conſtantini filij ſui fecit auelli: ne quid mali aduerſus eam, propter patris excæcationem,

PONTIFICES.

*Anni à Christo nato,*

783 Quicquid etiã Longobardi, Romanis retroactis temporibus abſtulerant, totũ Carolus reſtituit. Et tũc ceſſauit regnũ Longobardorũ Carolo in tota Italia dominante.

Hoc tẽpore floret Albinus, qui et Alcuinus, Caroli eruditor. Hic genere Anglicus fuit, ingenio clarus, & philoſophia excellentiſsimus, non tantùm ſcientia, ſed etiam morum honeſtate præclarus. Ab eo, Carolus didicit omnes artes liberales, qui etiam ſtudium de Vrbe, Pariſiis tranſtulit, quod de Græcia illuc translatum fuerat à Romanis.

Cui etiam Carolus commiſit monaſterium ſancti Martini Turonenſis regendum. Nam monachi, præteritæ religionis obliti, adeò defluxerãt, ꝙ ſericis induti ueſtib⁹, & deauratis calceamẽtis incedebãt, carnis oblectamentis uacando. Vnde uno monacho uidente, duo angeli dormitoriũ intrãtes, oẽs monachos extinxerũt: excepto illo ſolo qui angelos uidebat: qui, ne interimeret, ſed ad pœnitentiam agendam reſeruaretur, uix ab angelis obtinuit.

Huius cœnobij poſtea factus fuit Alcuinus abbas & gubernator, ac in omni ſanctitate informator. Et poſt laudabilem uitam, ibidem doctor egregius tumulatur.

Hic beatus pontifex tam inter muros Vrbis, quàm extra, multas eccleſias reſtaurauit: & muros Vrbis qui uſq; ad fundamenta diruti erãt, renouauit.

Hic etiam in monaſterio ſancti Stephani, quod contra eccleſiam ſancti Petri ſitum eſt, congregationes inſtituit: ut in eccleſia beati Petri cum tribus monaſterijs, quę Gregorius tertius inſtituerat, laudes ſedulas perſoluerẽt. Sepultuſq; eſt in eccleſia ſancti Petri, in Vaticano.

LEO. CI

794 Leo quartus, natione Romanus ex patre Azulpho, ſedit annis uiginti,

IMPERATORES.

*Anno à Christo nato,*

nem, quã mors ſequuta fuerat, machinaretur.

NICEPHORVS. LXXI

Nicephorus, imperauit in Conſtantinopoli, menſibus nouẽ. 799

Quibus temporibus Imperium Orientale quaſi ad nihilum deuenerat.

MICHAEL. LXXII

Michaël imperauit annis duobus. 800 *Imperium orientis deficit.*

Vir fuit orthodoxus & amabilis omnibus.

Omnes quos læſerat auaritia Nicephori, cõſolatus eſt, ipſos ditãdo.

Omnes etiam qui aduerſabantur fidei orthodoxæ, conabatur extinguere.

CAROLVS. LXXIII

Carolus primus, Magnus, accepit imperium Romanorum, & imperauit annis quatuordecim, menſe uno, diebus quatuor. 801

Hic exiſtens rex Francorum antequàm eſſet Imperator, precibus Adriani papæ uocatus fuit, & obſedit Longobardos in Papia: ubi cepit Deſiderium & uxorẽ eius, quos captiuos duxit in Franciam.

Qui ueniens Romam, confirmauit omnia quæ pater eius Pipinus dederat beato Petro Apoſtolo: adiuncto ei, Spoleti & Beneuenti. Et ob rogatum Romanorum, factus eſt Imperator.

Huius tempore comites, & Palatini, Rolandus, Oliuerius, & cæteri, Saracenos in Hiſpania deuicerunt. Sed proditione Ganelonis comitis mortui ſunt.

Hic ſubactis Saxonibus & alijs Germanis, & penè totius Occidentis regionibus, Coloniæ trans Rhenum duos pontes conſtruxit.

Hic barbam ad pedis longitudinem deferens, cibi potuſq; temperatiſsimus fuit.

Filios ſuos quàm citò ætas patiebatur, faciebat equitare, & armis intendere.

Filias

PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,* uiginti, menſibus quinq;, diebus ſedecim. Et ceſſauit pontificatus diebus tribus.

Hic dum pergeret die ſancti Marci, cum Litanijs. quas ipſe conſtituit ante Aſcenſionem Domini, ad Sanctum Petrum, captus & excæcatus eſt: præciſa eſt quoq; ei lingua. Sed Deus omnipotens, reddidit ei uiſum & loquelam.

Poſtea pergens ad Carolum Regem Francorum, ibi ſuſceptus eſt cum magno honore: & redijt Romam cum prefato rege. Et facta eſt uindicta de inimicis eius: purificante ſe papa, de quibuſdam criminibus ſibi illatis.

Idem rex ab eo eſt coronatus in Imperatorem Romanum.

Hic fecit porticum ſancti Petri, qui adhuc dicitur Ciuitas Leonina: & muro eam cinxit, propter incurſum Saracenorum.

STEPHANVS. CII

814 STephanus quartus, natione Romanus, ex patre Iulio, ſedit menſibus ſeptem. Et ceſſauit pontificatus diebus †uiginti octo.

*Aliud exemplar habet, 18.*

Hic Gallias ueniens, honorificè ab Imperatore Ludouico ſuſcipitur. Et captiuos multos per Franciam redimens, Romam reuerſus, diem clauſit extremum.

Sepultuſq; eſt in eccleſia ſancti Petri.

PASCHALIS. CIII

816 PAſchalis, natione Romanus, ex patre Martino, ſedit annis octo, diebus ſeptemdecim. Et ceſſauit pontificatus diebus octodecim.

Hic corpus beatæ Ceciliæ, ipſa ei reuelante: & corpora beatorum Tiburtij & Valeriani, necnõ & ſancti Vrbani papæ: de cœmiterio, ubi erant reconditi, manu propria eleuans, intra Vrbem in eccleſia beatæ Ceciliæ honorificè collocauit.

Hic etiam ante aditũ ad corpus beati Petri, circa oſtia ærea altare conſtru-

IMPERATORES.

Filias uerò lanificio aſſueſcere, & colo ac fuſo, ne per ocium torpeſcerent. *Anno à Chriſto nato,* 703

Regnum quoq; Francorũ, quod poſt patrem ſuum Pipinum regendum ſuſceperat, quàm plurimùm ampliauit.

Chriſtianum cultum, ſumma pietate ſemper excoluit.

Romam ueniendo de equo ad miliare deſcendit: & pedes eundo per Vrbẽ, omnes eccleſiarũ poſtes humiliter deoſculatus fuit. Ac etiã tunc in Vrbe, monaſterijs ac eccleſiis munera largitus fuit.

Hic terram ſanctam à Saracenis occupatam, legatis patriarchæ Hieroſolymitani & Conſtantini Imperatoris Conſtantinopolitani receptis, terræ ſanctæ compatiens, cum magno exercitu illuc uſq; peruenit. Et quũ recuperata terra per Conſtantinopolim rediret, auro argentoq; gemmiſq; precioſis, à Conſtantino Imperatore exhibitis, quũ nollet recipere, ſolas CHRISTI, & ſanctorũ reliquias poſtulauit. Præmiſſoq; ieiunio & oratione recepit de corona Domini partẽ, quæ tunc ipſo cernente floruit. Et clauum unum paſſionis Domini, partem crucis Dominicæ, & ſudarium Domini: & camiſiam beatæ Mariæ, & brachiũ ſancti Simeonis. Quæ omnia comitantibus multis miraculis, ſecum detulit: & in Aquiſgrano, in baſilica ſanctæ Mariæ, quam ipſe conſtruxerat, recondidit.

Ad numerũ etiam elementorũ, id eſt literarum in alphabeto, cœnobia fundauit: & in uno quoq; per ordinem, unam literam ex auro fabricatam, plus quàm centum libris Turonenſiũ pendentem reliquit: ut ex ordine literarum, tempus fundationis uniuſcuiuſq; monaſterij cognoſceretur. Quæ literæ adhuc in pluribus monaſterijs reperiuntur.

Hic etiã quatuor archiepiſcopatus, ui-

PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,*

conſtruxit, & in ipſo corpus ſancti Sixti primi recondidit.

Hic etiam eccleſiam ſanctæ Praxedis reparans, congregationẽ Grę corum monachorum ibidem inſtituit. Et circa duo milia corpora ſanctorum ex cœmiterijs colligens, ibidem honorificè recondidit.

EVGENIVS. CIIII

824 EVgenius ſecundus, natione Romanus ex patre Bonomũdo, ſedit annis tribus, menſibus duobus.

Hic primùm ſanctæ Sabinę preſbyter cardinalis, eandem eccleſiam cyburio argenteo ſuper altare, & pictura ſolenni decorauit.

Hic deinde ꝑ laicos Romanos excæcatus eſt, & martyrio coronatus.

VALENTINO. CV

827 VAlẽtinus primus, natione Romanus, ſedit dieb⁹ quadraginta. Et ceſſauit pontificatus diebus tribus.

GREGORIVS. CVI

828 GRegorius quartus, ex patre Iohanne, natione Romanus, ſedit annis ſedecim.

Hic eccleſiam ſancti Martini in monte, prius à fundamento deſtruxit: & poſtea nouis fabricis eam erexit.

Hic ex aſſenſu Lodouici Imperatoris & omnium epiſcoporum inſtituit, ut feſtum omnium Sanctorum celebraretur calendis Nouembris, in partibus Franciæ & Germaniæ: quod ex inſtitutione Bonifacij papæ Romani faciebant.

Hoc tempore orta eſt magna turbatio Chriſtianis. Nam de Romanis quidam ſcelerati miſerunt ad Soldanum Babyloniæ, ut Romam ueniens Italiam poſsideret. Tanta itaque multitudo Saracenorum per portum Centumſellenſem intrans impleuit ſuperficiem terræ, ut locuſtæ. Obſeſſa Roma capitur, & ciuitas Leonina: Eccleſia ſancti Petri ſpoliatur, & equorum

IMPERATORES.

*Anni à Chriſto nato,*

tus, uidelicet Treuerenſis, Colonienſis, Maguntinenſis, ac Salſeburgenſis, diuitijs ac honoribus ampliauit.

Carolus uerò, filio ſuo primogenito Ludouico coronato, plenus bonis operibus moritur: & Aquiſgrani in baſilica ſanctæ Mariæ, quã ipſe conſtruxerat, honorificè ſepelitur.

Antequàm moreretur Carolus, aduocatis eccleſiarũ prælatis, quos habere potuit, omnes theſauros eis tradidit per Eccleſias piè diſtribuendos.

LODOVICVS. LXXIIII 816

LOdouicus cum Lothario filio ſuo, imperauit annis uigintiquinque.

Hic filius Magni Caroli, habuit duos fratres: unum, qui Teuthoniam: alium, qui Hiſpaniam regebat. Et ambos ſuperauit: qui in ultimo, malum finem habuerunt.

Hic habuit tres filios, uidelicet Lotharium, Pipinum, & Lodouicum. Primum, ſcilicet Lotharium, Cæſarem fecit. Cui etiam Italiam regendam commiſit. Secundum, Pipinum, Aquitaniæ Regem fecit. Tertium uerò, ſcilicet Ludouicum, Barbaris & Germanis, Regem & Principem conceſsit.

Hoc tempore, legati Michaëlis Imperatoris Conſtantinopolitani, tulerunt Imperatori Ludouico inter cætera munera, libros ſancti Dionyſii: qui cum magno gaudio ſunt recepti.

Eo tempore floruit Rabbanus, monachus Fuldenſis, poëta magnus, & in ſcientia theologiæ præclarus.

His temporibus Eueldus rex Danorum, cum uxore & filijs & magna parte Danorum, Maguntiæ baptizantur.

Hoc etiam tempore, Lodouicus rex

PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,*

rum ſtabulum efficitur. Et non ſolùm ciuitas, ſed omnis Tuſcia, in ſolitudine redigitur. Tandem, ad petitionem Gregorij papæ, Guido marchio cum Longobardis ueniens, & poſtea Lodouicus cum Gallicis, cum multa ſanguinis effuſione Chriſtianorũ, Saraceni ſunt fugati.

Huius tempore Saraceni Apuliam & Siciliam deuaſtauerunt.

Hic etiam beatus pontifex ſanctorum martyrum corpora, Fabiani, Sebaſtiani, Gorgonij ac Tiburtij, à cœmiterijs, in quibus antè iacuerant, releuans, ad eccleſiam ſancti Petri perduxit: & in oratorio Gregorij, ſeparatis altaribus, ſicut ibidem patet, collocauit.

Corpus etiam ſancti Gregorij, à loco ubi prius iacuerat, eleuans, ſub altari ipſius poſuit.

Et pòſt innumera bona, ipſe pontifex ſepultus eſt apud ſanctum Petrum.

SERGIVS. CVII

844 Sergius ſecundus, natione Romanus, ex patre Sergio, ſedit annis tribus, menſibus duobus, diebus quindecim.

Hic autem uocabatur priùs Os porci.

*Pontificũ nomina propria, iã mutantur.*

Vnde ab iſto Sergio, cæteri omnes proprium nomen deinceps mutauerunt.

Iſte coronauit Lotharium Imperatorem.

LEO. CVIII

847 Leo quintus, natione Romanus, ex patre Radualdo, ſedit annis octo, menſibus tribus, diebus ſex. Et ceſſauit pontificatus diebus ſex.

Huius tempore Adolphus rex Anglorum, qui primus totius Angliæ obtinuit monarchiam, deuotionis cauſa uenit Romam. Et coram Leone papa, obtulit tributum beato Petro: de unaquaque domo

IMPERATORES.

*Anno à Chriſto nato,* 816

rex Germanorum, quatuordecim duces Bohemorum, cum ſequacibus baptizari fecit, & in fide Chriſtiana edoceri.

Lodouicus imperator cum Pipino rege Aquitaniæ, Britanniam inuaſit: & ipſam ferro & igne totam uaſtauit.

Et poſtea contra Lodouicum Imperatorem, filiorum eius & optimatum oritur magna commotio. Sed Imperator plures optimates exulauit. Et ex hoc, filios ipſos & optimates plurimos contra ſe prouocauit.

Poſt hoc, malitia quorundam actum eſt, ut etiam conſenſu Romani Pontificis, & etiam Epiſcoporum, necnon & procerum iudicio, pius Imperator à ſuis proditus, & traditus, in poteſtatem filiorum redactus, arma deponit, & recluditur. Sed Deo diſponente, eodem anno populus de facto Imperatoris pœnitens, in priſtino honore reſtituit: filijq́ eius ueniam pro commiſſo expoſcunt.

Eo tempore, oſſa beati Viti martyris, è Pariſiis transferuntur in Corbeiam, Saxoniæ monaſterium multum ſolenne. Vnde teſtati ſunt ipſi, hoc in præſagium contigiſſe, quia ab illo tempore, gloria Francorum, quantum ad Imperium, tranſlata eſt ad Saxones.

Eodem tempore Normanni, qui idem ſunt quod Norueni, grauiter Galliam infeſtant.

Lodouicus autem Imperator, poſtquàm omnia quæ Conſtantinus Romanæ eccleſiæ contulerat, confirmauerat: ad ſe Lothario filio ſuo reconciliatur. Eiq́ Imperij coronam relinquens, diem clauſit extremum.

Huius tempore, in territorio Tullenſi, puella duodecim annorum poſt ſacram communionem à ſacerdote in Paſcha ſuſceptam, per ſex men-

### PONTIFICES.

Anni à Christo nato, domo argenteum unum in anno. Et hoc tributum uſque hodie perſeuerat.

850 Hic pontifex catholicus, multæ patientiæ, multæq; humilitatis, & diuinarum Scripturarum extitit feruentiſsimus perſcrutator: & etiam uigilijs & orationibus ſemper intentus fuit.

Hic primùm à parentibus, ob ſtudia literarum, in monaſterio ſancti Martini, confeſſor iuxta eccleſiam beati Petri Apoſtoli poſitus fuit: ubi non ſolùm in ſcientia, ſed etiam in conuerſatione, tanquam perfectus monachus profecit.

Hunc poſtea, Sergius papa, preſbyterum faciens, titulum Sanctorum quatuor ſibi aſsignauit. Quo Sergio mortuo, & nondum ſepulto, omnes Romani, tam clerus, quàm populus, una uoce Leonem, in ſummum pontificem elegerunt. Qui mox factus pontifex, ſancti Petri & ſancti Pauli baſilicas, & alias eccleſias, quas Saraceni paulò antè omnino deuaſtauerant, honorificè reſtaurauit.

Hic pro Neapolitanis in mari contra Saracenos pugnantibus, orando Collectam fecit, Deus cuius dexteram beatum Petrum ambulantem in fluctibus, &c. Et poſteaquàm muros ciuitatis Leoninæ perfecerat, apponendo ſeras portis, fecit & dixit illam Collectã, Deus qui beato Petro collatis clauibus, &c.

Illi autem Saraceni, qui cum magna multitudine Romam ueniunt, ſubmerſi ſunt.

Leo uerò papa Romæ moritur, & in eccleſia ſancti Petri ſepelitur: cuius feſtum agitur decimaſeptima calendis Auguſti.

855 IOHANNES. CIX

POſt hunc Leonem, Iohannes Anglus, natione Margantinus, ſedit annis duobus, menſibus quin- Nota.

### IMPERATORES.

ſex menſes pane & aqua, deinde ab omni cibo & potu per trienniũ abſtinuit. Anni à Christo nato,

Huius tempore in Gallia ante ſolſtitium æſtiuale, magna tempeſtate exorta cum grandine, ingens fragmentum glaciei cecidit: cuius latitudo ſex pedum, & longitudo quindecim, & altitudo duorũ fuit. 835

Strabus diſcipulus Rabani claret: qui librum ad iſtum Lodouicum Imperatorem, de officijs Eccleſiæ ſcripſit.

LOTHARIVS. LXXV 840

LOtharius primus, imperauit annis quindecim.

Huius tempore Saraceni fundìtùs eccleſias ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum, cum omnibus Romanorũ finibus dilapidati ſunt.

Hic ſenior filius Lodouici, ſolus uſurpauit Imperium. De hoc alij duo fratres dolentes, contra ipſum parant bellum: & in pago Altiſiodorenſi conuenientes, tanta cædes utrinq; facta eſt, qualis non fuit antè in gentem Francorum. Et quũ ipſorũ uires adeò attenuatæ eſſent, ut aduerſarijs reſiſtere non poſſent, pacem inter ſe fecerunt: regna inter ipſos diuidentes, Imperium tandem Lothario remanſit. Tunc exijt fama in Aphricam & Hiſpaniam, de pugna horum trium fratrum pro Imperio: & ideo Saraceni, & aliæ diuerſæ gentes, quo modo Romanum Imperium inuadant, contendunt.

Huius tempore Normanni de mari per Ligerim Galliam intrantes, penè totam igne ferroq; deuaſtant. Saxones etiam ex alia parte, ſe imperio opponentes, Galliam ferro & igne deſtruunt.

Item Lotharius iſte primus, cum filio ſuo Lodouico, imperauit annis quinque.

Lotharius uerò decimoquinto Imperij ſui anno, partito inter filios

H 2 ſuos

PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,*

quinque, diebus quatuor. Et ceſſauit pontificatus menſe uno. Mortuus eſt Romæ.

855 Hic, ut aſſeritur, fœmina fuit. Et quum in puellari ætate, à quodam ſuo amaſio, in habitu uirili, Athenis ducta fuit: in diuerſis ſcientijs ita profecit, ut nullus ſibi par inueniretur: adeò ut poſt Romæ triuiū legens, magnos magiſtros diſcipulos & auditores haberet. Et quum in Vrbe uita & ſcientia magnę opinionis eſſet, in Papam concorditer eligitur. Sed in papatu per ſuum familiarem impregnatur. Verùm tempus partus ignorans, quum de ſancto Petro in Lateranum tenderet, anguſtiata, inter Coliſeum & ſancti Clementis eccleſiam peperit. Et poſtea mortua, ibidem (ut dicitur) ſepulta fuit. Et propterea quòd dominus papa eandem uiam ſemper obliquat, creditur omnino à quibuſdam, quòd ob deteſtationem facti hoc faciat. Nec ideo ponitur in catalogo ſanctorum Pontificum, tam propter muliebris ſexum, quàm propter deformitatem facti.

*Hæc papiſſa, in ordine nominum Iohannis eſt octaua: non omiſſa, dat ultimum Iohannem, 25.*

BENEDICTVS. CX

857 BEnedictus tertius, natione Romanus, ex patre Patrodo, ſedit annis duobus, menſibus quinque. Et cenſauit pōtificatus diebus quindecim.

Hic conſtituit, ut clerici ordinatè incederent, & honeſtè.

Hic etiam porticum à porta ciuitatis uſque ad ſanctum Paulum ædificauit: & alia quædam, à porta uſque ad ſanctum Laurentium reſtaurauit.

Sepultus eſt ille apud ſanctum Petrum.

NICOLAVS. CXI

859 NIcolaus primus, natione Romanus, ex patre Theodoro, ſedit annis nouem, menſibus duobus, diebus uiginti.

Hic

IMPERATORES.

*Anno à Chriſto nato.*

ſuos regno, renunciauit ſeculo. Et in Prouincia monaſterio, ſuſcepto habitu monachali, non multò pòſt obdormiuit in CHRISTO. De cuius anima, maxima inter dæmones & angelos fuit altercatio: ita quòd & cunctis aſsiſtentibus, corpus diſtrahi uidebatur: ſed orantibus monachis dæmones fugati ſunt.

Anno Lotharij nono, ſancta Helena Conſtantini mater, Romæ in eccleſia ſanctorū Marcellini & Petri ſepulta, in Franciam transfertur: & in diœceſi Remenſi cum magna ueneratione excolitur.

LODOVICVS. LXXVI

LOdouicus ſecundus, imperauit annis uiginti & uno. 855

Iſte habuit præliū cum Romanis.

Hic fuit Lotharij filius, à Sergio papa in regem coronatus. Et uiginti uno annis ſine patre regnauit.

Huius tēpore corpora ſanctorū martyrum Vrbani papę & Tiburtij Altiſiodorū dicuntur translata: & in eccleſia ſancti Germani repoſita.

Per idem tempus Normanni Aquitaniæ terminos repetentes, Andegauum, Turonū, Pictauiū deuaſtant. Quibus Panulphus dux Aquitaniæ occurrēs perimitur. Et cæteri, tanquā oues à lupis, cōſumunt.

Hoc etiam tempore gens Danorum Angliam deuaſtant: regemq́ piiſsimum & Chriſtianiſsimum illius prouinciæ Aymundum, capitali ſententia condemnant.

Eodem etiam tempore, in Brixia Italiæ tribus diebus tribusq́ noctibus de cœlo ſanguis pluiſſe dicitur.

Huius Lodouici filius Carolus iunior, per tres dies in præſentia patris & optimatū uexatus eſt à dæmone. Et in ipſa uexatione confeſſus eſt, hoc ſibi adeò accidiſſe, quia cōtra patrē conſpirationē tractauerat.

Lodouicus in Italia moritur: & Carolus patritius eius in Imperatorem ſublimatur.

Huius

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

PONTIFICES.

Anni à Christo nato, 859 Hic uir fuit ſanctiſsimus poſt magnum Gregorium. Vix ullus in ſede Romana apparuit illi comparandus. Cuius ordinationem Lodouicus Imperator ſua præſentia roborauit.

Huius tempore Coloniæ orta tempeſtate, populo in baſilica ſancti Petri confugiente, ſubitò fulmen inſtar ignei draconis cecidit, ſcindens baſilicam, & tres homines in diuerſis locis occidit, ſex ſemiuiuos relinquens.

Huius tempore ſanctus Cyrillus penè omni Sclauorum apoſtolus, corpus ſancti Clementis papæ à Corſona, ubi in mare Ponticum proiectum fuerat, mari exſiccato auferens, Romā deportauit: quod per papam & Romanos in eccleſia ſancti Clementis fuit reconditum. Vbi & ipſe ſanctus Cyrillus, paucis diebus expletis ſepelitur, miraculis coruſcando.

Nicolaus uerò papa, poſt multa quæ fecit, in eccleſia ſancti Petri ſepelitur.

ADRIANVS. CXII

868 ADrianus ſecūdus, natione Romanus, ex patre Carolo epiſcopo, ſedit annis quinque.

Ad hunc Lotharius rex, quem Nicolaus papa, propter adulterium excommunicauerat, Romam ut ſe excuſaret, uenit. A quo, dum pro oſtenſione innocentiæ ſuæ ad communionem corporis & ſanguinis IESV CHRISTI, tam ipſe, quàm optimates ſui, per papā inuitati fuiſſent: omnes qui indignè perceperant, ipſo anno mortui ſunt. Rex etiam, ipſa uia redeundo, Placentiæ defunctus eſt.

IOHANNES. CXIII

873 IOhānes octauus, ſedit annis decem, diebus duodecim.

Hic unxit oleo Carolum filium Lodouici Regis in Imperatorem.

Huius tempore Saraceni per Italiam

IMPERATORES.

Huius Lodouici tempore, regē Francorum Carolum domeſtica cura in filijs afflixit. Nam Carolomannum uſq; ad diaconatus ordinem promotum, pater cepit, & excæcauit. Pro eo quòd ad apoſtaſiā conuerſus, omni genere nocendi regnum perturbans, alter Iulianus effectus fuerat. Anno à Christo nato,

Porrò alter filiorum Carolus, dum cum quodam fortitudinem ſuam uoluiſſet experiri, incautè peremptus periſt.

Huius tēpore Iohannes Scotus, doctiſsimus in Scripturis, in Franciā uenit: & rogatu Lodouici, Hierarchiam Dionyſii trāſtulit de Græco in Latinum. Quæ poſtea per diſcipulos, quos docebat, ſtylis confoſſus mortuus eſt.

CAROLVS. LXXVII

CArolus ſecundus, Imperator, anno uno & menſibus nouē imperauit. 876

Huius tempore Saraceni perdiderunt Siciliam.

Hic Carolus, Caluus dictus, Romam properat. Et Iohannem papā ac Romanos per munera ſibi attrahens, Imperator efficitur. Sed ſtatim à Lodouico fratre ſuo, bellum cōtra ipſum parauit: eo quòd ſe inconſulto Imperium uſurpauit.

Hic Carolus, tam in Francia, quā in Italia, monaſteria diuerſa religionum, magnarumq; poſſeſsionū, & eccleſias conſtruxit, uel deſtructas reparauit.

Suo tempore, comitatus Flandriæ exordium habuit. Flandria enim antea non erat tanti nominis nec opulentiæ, ſicut modò eſt. Sed à regis Francorum foreſtarijs regebatur.

Imperator uerò quum à Gallia in Italiam pergeret, per quendam Iudæum nomine Sedechiam, potionatus, in Alpibus diem clauſit extremum.

PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato, liam diſcurrentes, eccleſiam ſancti Benedicti in monte Caſsino, deſtruxerunt.

Ad hunc Iohannem, Iohannes Romanæ eccleſiæ diaconus, uitam primi Gregorij papæ in quatuor libellis laudabiliter ſcripſit.

Hic autē iniuriā perpeſſus eſt à Romanis, ita ut in cuſtodia detentus eſſet: eo quòd non fauebat Carolo, quum in Francia fuiſſet. Nam cum Lodouico Balbo ſibi contrario, ferè per annum moratus fuerat.

Hic tradidit uenerabili uiro Anſegiſo, Senonenſi archiepiſcopo, caput ſanctiſsimi Gregorij, & brachium Leonis papæ. Quas uenerandas reliquias, Senonis in eccleſia ſancti Petri, cum magna ueneratione collocauit.

Sub hoc, celebrata fuit quinta ſynodus, in Conſtantinopoli: ubi adfuerūt trecenti & octogintatres patres. Cui præfuit Petrus presbyter cardinalis: & Paulus Antiochenus epiſcopus, apocriſarij papę.

MARTINVS. CXIIII

883 Martinus ſecundus, ſedit anno uno, menſibus quinque. Et ceſſauit pontificatus diebus duobus.

ADRIANVS. CXV

884 Adrianus tertius, natione Romanus, ex patre Benedicto, ſedit annis duobus, mēſibus tribus.

Hic autem conſtituit, ut Imperator non intromitteret ſe de electione papæ.

STEPHANVS. CXVI

886 Stephanus quintus, natione Romanus, ex patre Adriano, de Via lata, ſedit annis ſex, diebus nouem. Et ceſſauit pontificatus diebus quinque.

Huius tempore quum Normanni adiunctis ſibi Danis, penè totam Galliam deuaſtarent: propter ipſorū timorem corpus beati Martini Turonenſis, Altiſiodorum eſt depor-

IMPERATORES.

Iſte in Compendio, monaſteriū ſancti Cornelij fundauit. Anno à Chriſto nato,

Hic autem Carolus cogitauerat facere oppidum ad inſtar Conſtantinopolis: & iam nomine ſuo appellauerat Carolopolim.

CAROLVS. LXXVIII

Carolus tertius, qui dicit̃ Groſſus, uel iunior, imperauit annis uigintiduobus. 877 *In alio exemplari eſt tantùm 12.*

Huius tempore maxima fames fuit per totam ferè Italiam.

Hic Galliam & Germaniam pacificè poſsidens, anno ſecundo Imperij ſui, à Iohāne papa coronatur.

¶ His diebus, plus quàm quinq; milia Normannorum de Gallis perimuntur. *Normāni.* Demum Normanni ſibi adiunctis Danis, Franciam & Lothoringiam peruagantes, igne, ferroq; multas ciuitates conſumunt: ſicut Coloniam, Leodium, Tungris, Ambianū, Treuerim, & quàm plurimas alias. Quumq; Galli & Germani ſic ſe à Normannis paganis opprimi cernerent, Caroli Imperatoris auxilium inuocant. Et dum cum manu potenti contra Normannos ueniſſet, rex Normannorū, pace facta, per matrimonium baptizatus eſt, & p Imperatorē, de ſacro fonte ſuſceptus. Et tandem quum nō poſſet eos de Francia expellere, conceſsit eis regiones quæ ultra Sequanam erant: quæ pars adhuc hodie dicitur Normannia, à Normannis.

Primus dux eorū, fuit Robertus.

Robertus autē genuit Guilielmū.

Guilielmus uerò Richardum.

Richardus autē Richardū ſecundum & Robertum Guiſchardū: hic Robertus Apuliā, Calabriā, & Siciliam deuicit: Venetos quoq;, & Alexiū Græcorū Imperatorē ſuperauit.

Qui Robertus Nomānus genuit Guilielmum nothum.

¶ Carolus uerò Imperator, deficiens corpore & ſpiritu, ab optimatibus regni repudiatur.

Hic

Anni à Chriſto nato,

## PONTIFICES.

deportatum, & in eccleſia ſancti Germani collatum. Sed monachi propter oblationes litigantibus, & ſuo ſancto quæ miracula fiebant aſcribentibus: pro determinatione, leproſus inter ſanctos, ſcilicet Martinum & Germanũ poſitus, ex parte Martini curatur tantùm: & alia nocte reuerſus eſt, ex altera parte ab eodem curatur: non propter impotentiam Germani, ſed quia hoſpitantem honorauit.

### FORMOSVS. CXVII

892 Formoſus, epiſcopus Portuenſis, ſedit annis quinque, menſibus ſex. Et ceſſauit pōtificatus diebus duobus.

Hic per picturam renouauit eccleſiam totam principis Apoſtolorum beati Petri.

Hic aliquando, ob timorẽ Iohannis papæ fugiens, epiſcopatum Portuenſem dereliquit. Et poſtea cùm reuocatus redire nollet, anathematizatus eſt. Sed poſtea ad papam ueniens in Galliam, uſque ad laicalem ſtatum degradatus eſt. Inſuper iurauit, nec ad epiſcopatum, nec ad Romam regreſſurum. Poſtea à Martino ſucceſſore Iohannis, contra iuramentum reſtitutus, non ſolùm Romã reuerſus eſt, ſed etiam Romanum epiſcopatum ſuſcepit. Propter quam rem, multa altercatio deinceps fuit: prout in ſequentibus patebit.

### BONIFACIVS. CXVIII

897 Bonifacius ſextus, natione Tuſcus, ſedit diebus quindecim.

### STEPHANVS. CXIX

898 Stephanus ſextus, natione Romanus, ſedit anno uno, menſibus tribus. Et ceſſauit pontificatus diebus tribus.

Hic à Formoſo papa epiſcopus Anaginæ ordinatus, ipſum Formoſum perſequitur: & omnes ordinationes ipſius, irritas debere eſſe decreuit.

Legitur

## IMPERATORES.

Hic autem modicũ tempus zelatus uxorẽ ſuam, pro eo quòd plus iuſto familiariter ageret cum Vercellenſi epiſcopo, proteſtatus tandem, ſe eam nunquam cognouiſſe: illa uerò uirginem ſe gloriata, accepto autem repudio monaſterium intrauit.

His temporibus gens Hungarorum à Scythia egreſſa, à Pincernatis propulſa, in Pannoniam primitùs uenit: & eiectis inde Auaribus, ibi uſque hodie permanſit. Hæc gens illo tẽpore adeò inculta fuiſſe narratur, ut carnibus crudis ad cibũ, humano uerò ſanguine ad potum uteretur: quemadmodum & Phalangi, qui ultra Ruthenos morantur, faciunt.

### ARNVLPHVS. LXXIX

Arnulphus imperauit annis tribus. 899

Hic Normannos Gallia uaſtata, qui Lothoringiam, & Dardaniam circa Leodium, & circa Magũtiam uaſtabant, incredibili plaga proſtrauit. Et tunc cœpit iugum Normannorum & Danorũ ceſſare: qui quadraginta annis Galliã uaſtauerant.

Demum Imperator Arnulphus, longa infirmitate tabefactus, nulla arte medicabili poterat adiuuari, quin à pediculis conſumeretur.

Arnulpho filius eius Lodouicus ſuccedit: ſed ad coronã Imperij non peruenit. Vnde ipſe fuit finis Imperij, quantum ad poſteritatem Caroli, culpis exigentibus: quia eccleſias quas patres eorum extruxerãt, non fouebant, ſed potius diſſipabant.

### LODOVICVS. LXXX

Lodouicus tertius, imperauit annis ſex. 902

Iſtius tempore Italici cœperunt imperare. Exempto enim Imperio à Francis, fertur ad Italicos, ſecundum ſententiam Romanorũ. Quoniã Francigenæ non adiuuabãt Romã contra Lõgobardos rebellãtes,

PONTIFICES.

Anni à Christo nato,

Legitur etiam, quòd ipſe corpus Formoſi in concilio poſitum, & in papali ueſte exutum, laicali induit: & duobus digitis dextræ eius abſciſsis, manus eius† in tumulum iactari præcepit.

*In alio exēplari eſt, in Tiberim.*

ROMANVS. CXX

899 Romanus nomine, & natione Romanus, ſedit menſibus tribus, diebus uigintiduobus.

Hic contra Stephanum ſentiens, recōciliauit omnes ordinatos à Formoſo.

THEODORVS. CXXI

899 Theodorus ſecundus, natione Romanus, ſedit diebus tantùm uiginti.

IOHANNES. CXXII

900 Iohannes nonus, ſedit annis duobus, diebus quindecim.

Hic autem Iohannes pugnā fecit cum Romanis.

Hic ad confirmandam ordinationem Formoſi, ſynodum ſeptuagintaquatuor epiſcoporum Rauennæ ſtatuit: ubi ſynodus, quam Stephanus papa contra Formoſum fecit, reprobata fuit.

BENEDICTVS. CXXIII

902 Benedictus quartus, natiōe Romanus, ſedit annis tribus, menſibus duobus. Et ceſſauit pontificatus diebus ſex.

LEO. CXXIIII

905 Leo ſextus, ſedit diebus quadraginta.

Hunc poſt quadraginta dies ordinationis ſuæ, Chriſtophorus preſbyter ſuus capiens, & in carcerem trudēs, per inuaſionem rapuit præſulatum. Qui quum ſeptem menſibus præfuiſſet, à Sergio papa deponitur, & in carcerem tanquam inuaſor retruditur.

CHRISTOPHORVS. CXXV

906 Chriſtophorus, ſedit menſibus ſeptem.

Hic de papatu eiectus, factus eſt monachus.

SER-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato,

& multas ipſis Romanis iniurias inferentes. Propter quam cauſam, tempore iſtius Lodouici, diuidi cœpit. Quidam enim (ſicut infrà patebit) tantùm in Italia, & quidam tantùm per Alemanniam imperabant: & hoc uſque ad Ottonem primum, qui cœpit utrobique imperare.

Iſte Lodouicus tertius, Berengarium qui tunc regnabat per Italiam, fugauit.

Et quum pro ipſo regnaret, Veronæ capitur: & Berengarius Imperio reſtituitur.

BERENGARIVS. LXXXI

Berengarius primus, imperauit annis quatuor. 908

Iſte prudens in armis, habuit bellum cum Romanis.

Hoc tempore, à Guilielmo, pio principe Burgundiæ, Cluniacenſe monaſterium fundatum eſt.

CONRADVS. LXXXII

Conradus Alemānus, imperauit annis† quatuor. 912

*Aliud exēplar habet 8. in his tribus locis.*

Iſte non annumeratur inter Imperatores, propterea quòd non imperauit in Italia: & ideo caruit benedictione Imperiali.

Huius tempore Saraceni Apuliam, Calabriam, & penè totam Italiam deuaſtant. *Nota.*

Anno† quarto Cōradus rex moriens, coram principibus regni regem deſignat Henricum, filium Ottonis ducis Saxoniæ.

BERENGARIVS. LXXXIII

Berengarius ſecundus, imperauit annis† quatuor, in Italia. 916

HENRICVS. LXXXIIII

Henricus rex imperauit annis undecim: & hoc, per Alemāniam. Vnde nec ipſe, inter Imperatores computatur: quia nec regnauit in Italia, nec fuit per papam coronatus. 920 *Nota.*

Huius tempore Spirigneus dux Bohemorum, ad fidem cōuertitur.

Et licet

PONTIFICES.

Anni à Christo nato,

SERGIVS. CXXVI

Sergius tertius, natione Roma-
nus, ex patre Benedicto, ſedit
907 annis ſeptem, menſibus tribus, die-
bus ſedecim. Et ceſſauit pontifica-
tus diebus ſeptem.

Huius tempore eccleſia Lateranenſis corruit, quam papa à fundamentis reparauit.

Hic Sergius diaconus, per Papam Formoſum, à papatu eſt reprobatus. Tandem papa factus, ad Francos ſe contulit: quorum auxilio, Chriſtophorum inuaſorem papatus incarcerans, Romam ingreſſus papatum obtinuit. Et in ultionem ſuæ repulſæ, Formoſum è ſepulchro extractum, & in ſede pontificali ſacerdotaliter indutum, decollari præcepit, & in Tiberim iactari: & omnes per ipſum ordinatos deordinauit. Quem à piſcatoribus inuentum, & poſtea in baſilica ſancti Petri poſitum, quædam ſanctorum imagines adoraſſe, & uenerabiliter ſalutaſſe, palàm omnibus uiſæ ſunt.

ANASTASIVS. CXXVII

914 Anaſtaſius tertius, natione Romanus, ſedit annis duobus, menſibus duobus. Et ceſſauit pontificatus diebus duobus.

LANDO. CXXVIII

991 Lando, natione Romanus, ſedit menſibus ſex. Et ceſſauit pontificatus diebus triginta & uno.

IOHANNES. CXXIX

917 Iohannes decimus, ſedit annis tredecim, menſibus duobus, diebus tribus.

Hic fuit filius Sergij papæ, & epiſcopus Rauennâs, qui inuaſor eccleſiæ fuit, & ab omni populo Rauennate depoſitus eſt.

Huius concilio & auxilio Saraceni, qui tunc dominabâtur in Italia, primò prope Vrbē deuicti ſunt.

Demum ipſe papa, cum marchione Alberico intrans Apuliam, contra Sa-

IMPERATORES.

Anni à Christo nato,

Et licet fuerit neophitus, præ cæteris tamen iſte, iuſtè ac religioſè principatur. Poſtquàm Venceslaus filius eius, iuſticia & ſanctitate præclarus: cui frater ſuus Boleslaus, pijs & ſanctis eius actibus inuidēs,
iniquè aduerſatur. Et poſtea primo 940
anno primi Ottonis, ab eo occiditur, uſurpando principatum. In ultionem, Otto Imperator Boleslaū per bellum aggreditur: & per quatuordecim annos eum impugnans, cum magna ruina ſuorum, ipſum ſuperauit, Bohemiam totam deuaſtando. Prædictus uerò ſanctus
Venceslaus, licet eſſet Princeps & 925
dominus, tamen tantæ humilitatis & deuotionis fuit, quòd cum uno ſeruo clàm de nocte ad ſyluam ibat: & proprijs ſuis humeris ligna deferens, ante fores uiduarum & pauperum clàm reponebat. Colligebat etiam ſpicas de nocte, ex agro ſuo, & clàm uirga excutiens, & manu propria hoſtias faciens, diſtribuebat per eccleſias.

Hic poſt trecentos annos paſſionis ſuæ, regi Danorum Henrico quieſcenti, per uiſum apparuit: eiq; quo genere mortis deberet mori, reuelauit: præcipiens ſibi, ut in honore ipſius qui Venceslaus dicebatur, monaſteriū conſtrueret. Qui rex à ſomno cōſurgens, ſtupefactus de uiſione, cœpit de ſancto Venceslao (de quo nunquā audiuerat) ab epiſcopis & alijs, quis eſſet, perquirere. Et certificatus, quòd fuiſſet princeps Bohemiæ, & à fratre occiſus, cœpit ad honorem ipſius nominis in Riuallia Ciſtercienſis ordinis monaſterium magnarum poſſeſſionum extruere. Sed antequàm conſummaſſet, fratre ſuo, Abel nominato procurante (ut ſibi ſanctus ille reuelauerat) peremptus eſt.

Henricus uerò rex moritur, & filius eius Otto primus, in regem coronatur.

BEREN-

PONTIFICES.

*Anni à Christo nato,*

tra Saracenos apud Garilianũ cum Saracenis durum bellum habentes. Victores effecti, poſtquàm Romã redierunt, à populo Romano cum gaudio & honore ſunt recepti. Sed poſtea, diſcordia interueniẽte, marchio ex Vrbe expulſus, in Orta caſtrũ extruens, ibi ſe recepit: & nuncios ad Vngaros, ut terram Romanorum poſsiderent, miſit. Qui uenientes, totam Tuſciam depopulando, mares & fœminas & quicquid tollere poterant, in Vngariam deportauerunt. Propter quod Romani commoti, prædictum marchionem trucidauerunt. Vngari uerò deinde ſingulis annis per multa tempora, fines Romanos deuaſtare ſoliti erant.

Iohannes uerò papa, à militibus Guidonis captus eſt, & in carcerem miſſus, ſuper os ceruicali poſito, ſtrangulatus eſt.

930 ¶ In cuius Iohannis loco, alter Iohannes ſubrogatur.

*Hic non omiſſus daret ultimũ Iohãnem 26.*

*Iohannes* XI. 130

Et quia idem Iohannes malè intrauerat, ſtatim eiectus fuit. Et ideo in numero pontificũ non ponitur.

LEO. CXXX

931 LEo ſeptimus, natione Romanus, ſedit menſibus ſex, diebus quindecim. Et ceſſauit pontificatus diebus decem.

STEPHANVS. CXXXI

932 STephanus ſeptimus, natione Romanus, ſedit annis duobus, menſe uno, diebus uigintiduobus. Et ceſſauit diebus duobus.

IOHANNES. CXXXII

934 IOhãnes undecimus, natione Romanus, ſedit annis quatuor, menſibus decem, diebus quindecim. Et ceſſauit pontificatus die ſaltẽ uno.

Hic primo anno in Genua ciuitate fons ſanguinis largiſsimè efluxit. Fortè portendens ipſius cladem imminẽtem. Nam eodem anno, à Saracenis ex Aphrica uenientibus

IMPERATORES.

BERENGARIVS. LXXXV *Anni à Christo nato,*

BErengarius tertius, imperauit annis † ſeptem. 931 *Quidã habẽt 5.*

Huius tempore magnum ſchiſma fuit in Italia.

LOTHARIVS. LXXXVI

LOtharius ſecundus, imperauit annis duobus. 938

Iſtius tempore Sol factus eſt ſicut ſanguis. Vnde poſt paucos dies, cædes magna hominũ ſequuta eſt.

BERENGARIVS. LXXXVII

BErengarius quartus, cum Alberto filio ſuo, imperauit in Italia annis undecim. 940

Hic Berengarius nimia feritate premebat Italiam: & Aluidam Lotharij Imperatoris relictam, tenebat incarceratam. Sed Otto rex Alemanniæ, Italiã potenter intrans, Berengario depulſo, reginam liberat. Eamq; ſibi in uxorẽ ſuſcipiens, natalis Domini feſtum Papiæ celebrat. Sed poſtea, Berengario ab Otttone in gratiã recepto, Longobardiam ſibi reddidit: excepta Marchia Treuiſina, Verona, & Aquileia. Sed paruo tempore pôſt, ab Apoſtolica ſede, & à Longobardia ueniunt legati ad Ottonem, conquerentes de tyrannide Berengarij. Otto uerò pro corona Imperij uocatus, Romam tendendo quum in Longobardiam ueniſſet, Berengarium captiuauit: & Bauariam in exilium miſſo, Romam ueniens, & à papa & à Romanis ad coronandum ſolenniter recipitur.

Circa hæc tempora fuit in Vaſconia mulier ab umbilico ſurſum diuiſa, duo pectora & duo capita habens: una comedẽte uel dormiẽte, altera quandoq; neutrum faciebat: uixerũtq; multo tempore, ſed nec uno tempore mortuæ ſunt. *Portentum.*

OTTO. LXXXVIII

OTto primus, imperauit annis uigintiduobus. 951

Hic fuit primus Imperator Teutonicus

PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato,

LEO. CXXXIII

939 Leo octauus, natione Romanus, ſedit annis tribus, menſibus ſex, diebus decem. Et ceſſauit menſe uno.

STEPHANVS. CXXXIIII

942 Stephanus octauus, natiõe Germanus, ſedit annis tribus, menſibus quatuor, diebus quindecim. Et ceſſauit pontificatus diebus decem.

Hic autem à quibuſdam Romanis mutilatus fuit.

MARTINVS. CXXXV

946 Martinus tertius, natione Romanus, ſedit annis quatuor, menſibus ſex, diebus quatuordecim. Et ceſſauit pontificatus diebus tribus.

AGAPETVS. CXXXVI

950 Agapetus ſecundus, natione Romanus, ſedit annis octo, menſibus ſex, diebus decem. Et ceſſauit põtificatus diebus duodecim.

Huius tempore Otto primus, abbas Cluniacenſis, obdormiuit in CHRISTO. Cui ſucceſsit Ademarus: & Ademaro ſucceſsit ſanctus Maiolus, uir miræ uirtutis, & reparator monaſticæ diſciplinæ.

IOHANNES. CXXXVII

959 Iohannes duodecimus, ex patre Alberico principe, de regione Via lata, ſedit annis octo, menſibus decem, diebus quinque. Et ceſſauit pontificatus diebus duodecim.

Huius pater Albericus, quum eſſet potens in Vrbe, uocatis nobilibus, rogauit eos, & induxit iuramento conſtringendo, ut mortuo Agapeto papa, promouerẽt filium ſuum Octauianũ in papam. Quod & factum eſt. Vocatusq; eſt ille, Iohannes.

Hic erat uenator, & totus lubricus, adeò quòd publicè fœminas etiam tenebat. Propter quod quidam cardinalium & Romanorum ſcripſerunt Ottoni principi Saxonum

IMPERATORES.

Anno à Chriſto nato,

thonicus. Exempto enim Imperio ab Italicis, ſoli Teuthonici imperauerunt uſque ad præſens tempus.

Hic potens quum eſſet in Saxo- 951
nia, & multis annis regnaſſet per Alemanniam, quidam de cardinalibus & Romanis, propter malum ſtatum Iohannis papæ duodecimi, miſerũt occultè ad ipſum, ut ſuper eccleſiæ Romanæ neceſsitate, Romam ueniret, & etiam Imperij gubernacula poſsideret. Ipſe uerò per Longobardiam & Tuſciam potenter Romam ueniens, à papa & à clero & à populo Vrbis, honorificè eſt receptus: & in Imperatorem coronatus, multa donaria fecit eccleſiis.

Hic pacata Italia, cum uxore ſua Longobarda, in Saxoniam redijt: de qua filiũ genuit, tam regni quàm etiam ſui nominis ſucceſſorem. Cui filiam Imperatoris Conſtantinopolitani de Romano ſanguine procreatam, in coniugem dedit.

Deinde propter bonum ſtatum Romanæ eccleſiæ pluries Romam ueniens, & iterum ad partes ſuas rediens, ibidem pijs operibus intendendo: in allodio ſuo apud Maydeburg, eccleſiam miræ pulchritudinis ad honorem ſancti Mauritij fabricauit, & etiam maximis poſſeſsionibus ampliauit.

Hic poſt depoſitionem Iohannis papæ, propter infamiam, Leone papa à clero Vrbis creato, poſtquàm Romani, ipſo abſente, tertium papam uidelicet Benedictũ creaſſent, Romam ueniẽs cum magno exercitu eam obſedit: quouſque Benedictum intruſum papam ſibi præſentauerint. Qui Leone papa reducto ad ſedem ſuam, pacificatis omnibus redijt in Saxoniam, ducens ſecum Benedictum papam, qui ibidem in exilio eſt ſepultus.

Hic etiam multitudinem paganorum circa eundem locum habitantiũ, conuertens ad CHRISTVM, feliciter

PONTIFICES.

Anni à Christo nato, num occultè, ut ſcandalo Eccleſiæ compatiens, ſine mora Romã properaret. Hoc papa percipiens, Iohanni diacono cardinali, tanquam huius facti conſiliario, naſum: & alteri Iohanni ſubdiacono, qui literas ſcripſerat, manum amputari fecit.

Hic quum frequenter per Imperatorem & clerum de ſua correctione fuiſſet monitus, & non correctus: præſente Imperatore de papatu deſtitutus, cõmuni uoto Leo papa eligitur.

BENEDICTVS. CXXXVIII

968 Benedictus quintus, ſedit menſibus duobus, diebus quinq;. Et ceſſauit pontificatus diebus uiginti.

Hic uiuente Leone papa, à Romanis in papam eligitur: propter quod Imperator Otto, quum Romam obſideret, traditur Benedictus Imperatori à Romanis.

Et Leone reſtituto, Benedictus in exilio in Saxonia moritur: & in Hamburg ſepelitur.

Iohannes uerò oblectatus adulteria, ſine pœnitentia ſubitò moritur.

LEO. CXXXIX

968 Leo nonus, ſedit anno uno, mẽſibus † quatuor. Et ceſſauit põtificatus diebus decem.

*In alio exemplari eſt, ſex.*

Hic autem propter malitiã Romanorum, qui ſuos intrudebant, ſtatuit, ut nullus papa fieret, niſi de conſenſu Imperatorum. *Nota.*

IOHANNES. CXL

970 Iohannes decimustertius, natione Narnienſis, ſedit annis ſeptẽ, menſibus undecim, diebus quindecim. Et ceſſauit pontificatus diebus tredecim.

Hic à Petro præfecto urbis Romæ comprehenſus eſt: & in caſtello ſancti Angeli detruſus: deinde in Campaniam, in exilium miſſus: poſt decem menſes & octodecim dies, reuerſus eſt Romã. Et de perſequuto-

IMPERATORES.

feliciter eſt defunctus: & in Maydeburg, in eccleſia ſancti Mauritij ſepultus eſt. *Anno à Christo nato,*

OTTO. LXXXIX

Otto ſecundus, cum Ottone filio ſuo imperauit annis decẽ. 973

Hic quum Græcos in Calabria incautè perſequeretur, amiſsis militibus, exiliens de manu eorũ euaſit.

Demum exercitum cõgregans, Beneuentum obſedit: qua capta, oſſa beati Bartholomei (ut dicitur) inde apportauit. At Romæ in inſula, in quadam concha honorificè collocauit: & in terram ſuam, per Tiberim & mare, in præfata concha transferre cogitauit. Sed eo in breui, uita exemplo, precioſus theſaurus ibi remanſit uſque ad hodiernam diem.

Hic filio ſuo Ottone in Saxonia relicto, cum regina & exercitu magno, per Italiam tranſiens uenit Romam. Ibiq; à Benedicto ſeptimo, cum magna lætitia eſt coronatus cum regina. Erat enim ſumma pax inter papam & Imperatorem.

Accidit quòd in eodem tempore Agareni Calabriæ fines ingreſsi, omnia igne & ferro uaſtabãt. Contra quos Otto Imperator cum Teuthonicis, Longobardis, Gallis, & Romanis procedens, acriter dimicauit. Sed Romanis & Beneuentanis terga uertentibus, Chriſtianorum exercitus penè omnino eſt extinctus. Imperator uerò ſolus ad mare perueniens, quoſdam rogauit, ut ipſum in nauim reciperẽt: aſſerens, ſe unum eſſe ex militibus Imperatoris. Qui ſuſcepto eo in nauim, conſiderantes diſpoſitionem & decorem ipſius, loquebantur Græcè, credentes ipſum non intelligere, quòd ipſe eſſet Imperator, & quòd uellent ipſum Conſtantinopolim ducere ad Imperatorẽ ſuum.

Quod Imperator intelligens, & grauiter dolens, circumuenit ipſos, aſſerens

### PONTIFICES.

*Anni à Christo nato,*

ſequutoribus eius, ab Ottone Imperatore ſupplicium eſt ſumptum. Nam nobiles Vrbis, quos culpabiles inuenit, alios trucidauit, alios laqueo ſuſpendit: quàm plures uerò in exilium, ad Saxoniæ partes tranſmiſit.

BENEDICTVS. CXLI

978 Benedictus ſextus, natione Romanus, ſedit anno uno, menſibus ſex. Et ceſſauit põtificatus diebus decem.

Hic autem in caſtello ſancti Angeli retruſus, ſtrangulatus eſt abſynthio.

DONNVS. CXLII

979 Donnus ſecundus, ſedit anno uno, menſibus tribus. Et ceſſauit pontificatus diebus duobus.

BONIFACIVS. CXLIII

980 Bonifacius ſeptimus, ſedit anno uno, menſibus quinque, diebus quindecim. Et ceſſauit pontificatus diebus uiginti.

Hunc Romani ſuffocato Benedicto ſexto, papam fecerunt: qui poſtea non ualens in Vrbe ſubſiſtere, deprædata eccleſia ſancti Petri omnibus precioſis, fugit in Conſtantinopolim: tandem Romã cum magna pecunia rediens, quum proficere non poſſet, Iohanni diacono cardinali oculos eruit.

Et ipſe deinde ſubitò extinctus eſt.

BENEDICTVS. CXLIIII

982 *Aliud exẽplar habet 5. Et quidam legunt 8.*

Benedictus ſeptimus, natione Romanus, ſedit annis † decẽ, menſibus ſex. Et ceſſauit pontificatus diebus quinque.

Hic fauore Imperatoris multos ex Romanis capi fecit.

Huius tempore in Remenſi eccleſia fuit quidã archiepiſcopus uir honorabilis, nomine Radulphus, ex genealogia Caroli Magni, quæ iam in regno Franciæ ceſſauerat regnare, propagatus. Quem Hugo, tunc rex Franciæ, de alia proſapia genitus

### IMPERATORES.

*Anni à Christo nato,*

aſſerens ſe magnam pecuniam habere abſcõditam in Sicilia, rogans, ut illuc irent: & accepta pecunia, ſimul cum gaudio properarent.

Ipſis autem propter hoc ad littus accedentibus, uidit Imperator Epiſcopum in armis, Probum Cæſium nomine: & inuocato ſuo auxilio, Imperator cum epiſcopo omnes nautas, ſcilicet quadraginta trucidauerunt. Sic neque unus euaſit, per uirtutem ſancti Petri Apoſtoli: quem Imperator ſollicitè inuocabat.

Et ſic ad Imperatricem ueniens, cum gaudio ab ipſa & à ſuis baronibus eſt ſuſceptus: Romã rediens, poſt paucos dies eſt defunctus: & apud ſanctum Petrum honorificè tumulatus.

Hoc tempore ſanctus Adelbertus, ſiue Albertus, natione Bohemus floruit.

Hic primò epiſcopus Pragenſis poſtea reuelante Deo Pannoniam ueniens, primùm Regem Vngarorum, uidelicet ſanctum Stephanum, cum multis alijs baptizauit. Demum per Poloniam tranſiens, & eoſdem in fide confirmans, & in Pruſsiam ueniens, ibidem prædicando fidem, martyrio coronatur, anno Domini noningenteſimo 975
ſeptuageſimoquinto.

Sub hoc tempore ſanctus Edoardus rex Anglorum, à nouerca ſua (ut dicitur) dolo occiditur, miraculis coruſcando.

OTTO. XC

983 *Aliud exẽplar habet, 19.*

Otto tertius, imperauit annis † octodecim.

Hic Otto tertius, ſecundi Ottonis filius Romam ueniens, à papa Gregorio quinto, in Imperatorem eſt coronatus. Deinde è Roma in Apuliam, ad ſanctum Angelum, cauſa peregrinationis & orationis tranſiuit. Sed reditum per Beneuentum faciens, corpus ſancti Pauli

PONTIFICES.

*Anni à Christo nato,*

nitus, in corde odio habens: conuocatis epiſcopis, allegans ipſum illegitimum, deponi procurauit: Gilbertum monachum, philoſophum, imò potius necromãticum, ſubſtituendo.

Quod ſummus pontifex intelligens, legatum miſit: & Remis concilio conuocato, Gilbertus ille deponitur, & ſic Radulphus reſtituitur.

Gilbertus uerò depoſitus, ad Ottonem Imperatorem ſe contulit: quem & ipſa ſciẽtia erudierat. Qui nacta oportunitate, primò eum Rauennatum archiepiſcopum, poſtea Romanum põtificem, diabolo inſtigante, fieri procurauit: qui infrà dictus eſt Syluester ſecundus.

Vnde uerſus:

*Scandit R Gilbertus, ad R, pòſt papa uigẽs R.*

IOHANNES. CXLV

992 IOhannes decimusquartus, ſedit menſibus octo. Et ceſſauit pontificatus decem diebus.

Hic in caſtello ſancti Angeli, per quatuor menſes fame afflictus, mortuus eſt: & poſtea ſepultus in Vaticano.

IOHANNES. CXLVI

993 IOhannes decimusquintus, natione Romanus, ſedit menſibus quatuor. Et ceſſauit pontificatus die ſaltem uno.

IOHANNES. CXVII

994 IOhannes decimusſextus, natione Romanus, ſedit annis decem, menſibus † decem, diebus ſeptem. Et ceſſauit pontificatus diebus ſex.

*Aliud exẽplar habet mẽſibus 7. & 10 diebus.*

Hic fuit in armis eruditiſsimus, & multos libros compoſuit.

Hunc Creſcentius patritius Vrbis ita cœpit perſequi, quòd ipſum oportuit Vrbem relinquere, & Tuſciam intrare.

At quum Creſcentius cognouit, quòd papa miſiſſet ꝓ Ottone tertio in ſuo auxilio: ſtatim miſit nuncios ad ipſum

IMPERATORES.

cti Paulini epiſcopi, ſecum Romam detulit. *Anno à Christo nato,*

986 Hic ordinata Italia tranſitum faciens per Galliam, in Saxoniam reuerſus eſt.

Sed Creſcentius conſul Romanorum, Gregorio papa fugato, fecit papam quendam Græcum Iohannem, nomine Placẽtinum, epiſcopum ualde pecunioſum. Quod audiens Imperator, ad Vrbem cum magno furore eſt reuerſus. Et Creſcentium in caſtro ſancti Angeli tamdiu obſedit, quouſque ipſum cum caſtro captum, truncauit capite. Ipſum uerò pontificem oculis orbatum membris cæteris debilitauit. Demum Imperator ordinatis Imperij rebus, ducens ſecum nobiles aliquos Romanos, in Saxoniam eſt reuerſus. Et uiſitans locum in Polonia, ubi ſanctus Adalbertus quieſcebat martyr, & accepto brachio Romam reuerſus eſt, locans illud in Inſula, in eccleſia, in qua modò dicitur quieſcere Bartholomeus Apoſtolus.

Tunc Imperator incœpit conſtruere grande palatium in Vrbe, in palatio Iuliani Imperatoris. Sed Romanis reclamantibus, Imperator multis perſequutionibus Romanis illatis, poſt paucos dies uitam finiuit.

*Electio Imperatoris cœpit.*

Et licet iſti tres Ottones per ſucceſsionem generis regnauerint: tamen poſtea fuit inſtitutum, ut per officiales Imperij Imperator eligeretur: qui ſunt ſeptem, uidelicet primò tres cancellarij iſti,

| | | |
|---|---|---|
| Magũtinenſis | cãcellarius | Germaniæ. |
| Treuerenſis | | Galliæ. |
| Colonienſis | | Italiæ. |

Marchio Brandeburgenſis, camerarius eſt.

Palatinus, dapifer.

Dux Saxoniæ, enſem portat.

Rex Bohemus, pincernam agit.

Vnde

### PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,*

ad ipſum papã, ut ad Vrbem rediret.

Tunc autem ueniente papa, ipſe Creſcentius cum Senatu, ad pedes papæ ſe proſtrauit, & ueniã poſtulauit. Sicq́ facta pace, Romæ papa defunctus eſt.

GREGORIVS. CXLVIII

2003 GRegorius quintus, natione Saxo, ex patre Ottone, ſedit annis duobus, menſibus ſex. Et ceſſauit pontificatus diebus quindecim.

Hic Bruno antea dictus, quum eſſet conſanguineus Ottonis tertij, ad inſtantiam Imperatoris eſt in papam electus. Sed poſt paruũ tempus, Creſcentius conſul Vrbis, Placentinum epiſcopum de legatione Conſtantinopolitana cum magna pecunia redeuntem, in papatum intruſit. Sed hoc factum, per Imperatorem grauem ultionem recepit.

IOHANNES. CXLIX

2006 IOhannes decimuſſeptimus, natione Gręcus, ſedit menſibus decem. Et ceſſauit epiſcopatus diebus uiginti.

Hic nihil conſtituit.

Ipſe fuit Placentinus epiſcopus, uiuente papa Gregorio: per conſulem Vrbis papatũ tenuit. Sed poſtea per Imperatorem excæcatus eſt.

SYLVESTER. CL

2007 SYlueſter ſecundus, natione Gallicus, prius uocatus Gilbertus, ſedit annis quatuor, mẽſe uno, diebus octo. Et ceſſauit pontificatus diebus uigintitribus.

Hic primùm iuuenis, Floriacenſis cœnobij, in Aurelianenſis diœceſi, monachus fuit. Sed dimiſſo monaſterio homagiũ fecit, ut ſibi omnia ad uotum ſuccederent: id quod dæmon promiſit adimplere. Iſte obſequijs diaboli inſiſtẽs, frequenter ſuper deſiderijs ſuis cum eo loquebatur. Veniens autem in Hiſpalim Hiſpaniæ, cauſa diſcẽdi, tam benè profecit, quòd ſua doctrina etiã maximis placuit. Habuit enim diſci-

### IMPERATORES.

*Anno à Chriſto nato,*

Vnde uerſus,

*Maguntinenſis, Treuerenſis, Colonienſis,*
*Quilibet Imperij ſit cancellarius horum:*
*Et Palatinus, dapifer: Dux, portitor enſis,*
*Marchio, præpoſit⁹ cameræ: pincerna, Boëm⁹:*
*Hi ſtatuunt dominũ cũctis per ſecula ſummũ.*

His temporibus floruit Fulbertus, Carnotenſis epiſcopus: qui inter alia laudabilia, Stirps Ieſſe, Solem iuſticiæ, & Chorus nouæ Hieruſalem compoſuit.

HENRICVS. XCI

HEnricus primus, imperauit an 1001
nis duodecim, mẽſibus quinque. Et permãſit uacuum regnum annis duobus.

Hoc tempore Luna eſt in ſanguinem conuerſa.

Notandum eſt, quòd plures fuerunt Henrici Reges, quàm Henrici *Nota.*
Imperatores. Vnde quum legitur Henricus primus, ratione Imperij dicitur Primus, ſed ratione nominis dicitur Secundus. Fuit enim quidem Henricus rex ante ipſum. Idem intellige de Conradis.

Huius Hẽrici Imperatoris uxor, fuit ſancta Kunegunda. Et ambo uirgines permanſerunt. Et in Babembergenſi eccleſia, quam ædificauerant, requieſcunt, miraculis coruſcando.

Hic Henricus, primus dux Bauarorum, ab omnibus Principibus in Imperatorem electus, multa bella proſperè geſſit in Germania, & Bohemia, & Italia.

Poſtremò uolens ſoli Deo uacare, quum eſſet Chriſtianiſſimus, epiſcopatũ Babembergenſem fundauit.

Regi etiam Vngarorum Stephano ſororem ſuam dans in uxorem, tam ipſum, quàm totum regnum ſuum ad fidem uocauit.

Hic etiam Babembergenſem ciuitatem, quæ fuit ſancti Petri, pro Narnienſi apud papam commutauit.

PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato, 1007

diſcipulos Ottonem Imperatorem, & Robertum regem Franciæ, qui inter alia, ſequentiam Sancti ſpiritus adſit nobis gratia, compoſuit: & Leotherium: qui fuit archiepiſcopus Senonenſis.

Sed quia idem Gilbertus, quàm plurimos honores ambiebat, diabolus quæ petebat, ad uotũ impleuit. Fuit enim primò Remenſis archiepiſcopus, poſtea Rauẽnâs, tandem Papa. Et tunc quæſiuit à dæmone, quàm diu uiueret in papatu: reſponſum habuit, Quàm diu non celebraret in Hieruſalẽ. Gauiſus fuit tunc ualde: ſperans, ſe longè à fine eſſe: ſicut longè fuit à uoluntate peregrinationis in Hieruſalem ultra mare. Sed quum celebraret in Quadrageſima, ad eccleſiam ſanctæ Crucis, quæ dicitur, in Hieruſalem: ex ſtrepitu dæmonum ſenſit ſibi mortem adeſſe: quare ſuſpirans ingemuit: licet antea ſceleratiſsimus eſſet, de miſericordia Dei non deſperans, reuelando coram omnibus peccatum ſuum. Sic membra ſua omnia, quibus diabolo obſequium præſtiterat, iuſsit præcidi: & deinde truncum mortuum ſuper bigam poni: & ubicunque illam perducerent, & ſiſterent, ibi ſepeliretur. Quod & factum eſt. Sepultusq́ eſt in Lateranenſi eccleſia. Et in ſignum miſericordiæ conſequutæ, ſepulchrum tam ex tumultu oſsium, quàm ex ſudore: præſagium eſt, morituri papæ: ſicut in eodem ſepulchro eſt literis exaratum.

IOHANNES. CLI

1011 IOhãnes decimusoctauus, natione Romanus, ſedit mẽſibus quinque, diebus quindecim. Et ceſſauit diebus nouemdecim.

IOHANNES. CLII

1012 IOhannes decimusnonus, natione Romanus, & de regione quæ uocatur Porta metropolis, ſedit

IMPERATORES.

CONRADVS. XCII

Anno à Chriſto nato, 1014

COnradus primus, imperauit annis uigintiduobus.

Et permanſit regnum annis tribus uacuum.

Hic multas leges condidit.

Hic pacem in terris conſeruare cupiens, ſtatuit, ut quicunq; Principum pacem infringeret, capite plecteretur. Sed huius ſtatuti tranſgreſſor Comes Lupuldus accuſatur: qui cupiens uitam ſaluare cum paucis, idem cum uxore & pueris occultè fugiens in uaſtam ſolitudinem, multis temporibus ipſam, tanquam eremita inhabitauit: nullo penitùs ſciente quò deueniſſet. Sed contigit Imperatorem ad illas partes accedere. Et quum uenationis cauſa feras inſequens, per ſolitudinem diſcurreret: ſic ſe ab omnibus elõgauit, ut ſolus remanens, ubi eſſet, penitus ignoraret: & nocte appropinquante Imperator multum anxius, caſu ad prædicti Comitis eremitoriũ peruenit. Qui benignè receptus, quum poſt laborem in ſtratu dormiret: & eadem nocte, prædicti Comitis uxor peperiſſet, audiuit Imperator uocem in ſomnis, ipſum puerum generum ſuum futurum, ac Imperij ſucceſſorem. Hanc uocem Imperator primò cõtemnens, cùm iterata fuiſſet, anxius uiſo puero, manè quum ad ſuos perueniſſet, uocatis duobus ſecretarijs occultè mandauit, ut prædictũ puerum rapientes in ſylua occiderent, & ſibi cor pueri apportarent. Ipſi, iuxta mandatum præfatum, puerum rapiunt: & miſericordia moti, non occidunt. Sed in nemore, cor capti leporis, in argumentũ occiſionis, Imperatori deferunt. Accidit autem, ut in eadem hora, dux Henricus quum uenationis cauſa in eadem ſylua ſolus errans puerum uagientem audiret, ipſumq́ pulchrũ conſpiciẽs, uxori ſuæ ſterili occultè deportans,

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

PONTIFICES.

ſedit annis quinque. Et ceſſauit pontificatus diebus triginta. Sepultusq; eſt apud ſanctum Petrum. *Anni à Chriſto nato.*

Huius tempore floruit in Francia rex Robertus, uita & ſcientia præclarus: qui fuit tantæ deuotionis, quòd in feſtis ſemper in aliquo monaſterio uoluit eſſe propter officium. Et non ſolùm cum monachis cantabat, uerùm etiam cappa ſerica indutus chorum regebat. Vnde quum quoddã caſtrum obſediſſet, dimiſſo exercitu propter feſtum ſancti Amani Aurelianũ uenit: & quum chorum regendo alta uoce incœpiſſet cãtare Agnus Dei, flectendo genua: muri caſtri, quod obſederat, funditùs corruerunt. Hic fecit Sequentiam, Sancti ſpiritus adſit nobis gratia.

SERGIVS. CLIII

SErgius quartus, ſedit annis duobus, menſibus ſeptem. Et ceſſauit pontificatus diebus octo. 1018

Hic fuit ſanctæ uitæ, & caſtæ conuerſationis.

Sepultusq; eſt in baſilica ſancti Petri.

BENEDICTVS. CLIIII

BEnedictus octauus, natione Tuſculanus, ex patre Gregorio, ſedit annis undecim. Et ceſſauit pontificatus anno uno. 1020

Hic fuit eiectus de papatu: & factus eſt quidam alius papa: unde maximum ſchiſma fuit.

Petrus Damaſcenus dixit, quòd quidam epiſcopus uidit Benedictũ papam, nigro equo quaſi corporaliter reſidentem. Et dixit ei: Nónne tu es Benedictus ille papa, quem iam defunctum nouimus? Ego ſum (inquit) ille infelix Benedictus. Sed quomodo eſt (inquit) tibi, pater? Grauiter (inquit) torqueor. Sed de Dei miſericordia non deſpero: ſi mihi adiutorium præbeatur. Vade (ait) ad ſucceſſorem meum Iohãnem papam: & dic illi, ut in tali theca ſummam pecuniæ accipiẽs diſtribuat pauperibus. Quia quicquid antea pro me pauperibus datum fuerat, nihil mihi profuit: quia de rapinis fuit. Quod epiſcopus fideliter expleuit: & epiſcopatui cedens, monaſterium intrauit.

IOHANNES. CLV

IOhannes uigeſimus, natione Romanus, ex patre Gregorio, ſedit annis nouem. Et ceſſauit pontificatus diebus duobus. 1032

Hic cum Romanis bellum habuit.

Hoc tempore Haimericus, ſancti Stephani primi Regis Vngarorum filius, uirgo, cum ſponſa ſua obijt, miraculis coruſcando.

Peregrini Romã uenientes fermè omnes ſpoliabantur, & peruenientium oblationes uiolenter auferebãtur. Quos omnes, papa monuit primò: poſtea, excõmunicauit: tertiò, quia cõtempſerunt hæc, manum armatã appoſuit. Et ſic, raptores oblationũ ſancti Petri aut penitùs extinxit, aut fugauit. Occiſis itaq; raptoribus prædia & oppida multo tempore amiſſa, recuperauit. *Sũt qui hoc tribuunt Gregorio 6.*

Tunc omnes ipſum homicidã clamantes, non papam, ſed ſanguinariũ dicebant. Cardinales quoq; ipſum, in infirmitate ex qua obijt, indignũ fore dixerũt, in eccleſia ſancti Petri ſepeliri, qui tot mortibus hominũ, ſacerdotium fœdaſſet. Tunc papa, licet infirmus, reſumpto ſpiritu, lõgum ſermonẽ cardinalibus fecit: aſſerens, ipſos ſtultè loquutos eſſe: & ſe, benè feciſſe. Inducens illud quod Ezechiel imperauit ſacerdotibus, qui ſe non opponebãt murum pro domo Iſraël, & multa alia. Et deinde ſubdidit: Quum mortuus fuero, corpus meum ante fores eccleſiæ ſiſtite, ianuas quoquè eccleſiæ ſeris & uectibus benè obfirmate. Et ſi uolũtate diuina portæ apertæ fuerint, corpus *Cap. 13.*

PONTIFICES.

Anno à Chriſto nato, meum inferte: alioquin, de ipſo facite quod uultis. Quumq́ mortuo ſic factum eſſet, turbo diuinitùs ueniens, portas eccleſiæ firmatas non ſolùm aperuit, ſed etiam cum magno fragore uſq; ad parietem deportauit.

BENEDICTVS. CLVI

1042 Papæ ſimul 8. Benedictus nonus, natione Tuſculanus, ex patre Alberico, ſedit annis quatuordecim.

1 Iſte eſt eiectus de papatu: & fa-
2 ctus eſt alius Papa, Sabinienſis epiſcopus, qui infrà uocatus eſt Syluester.

3 Et iſte quoquè etiam eiectus eſt: & Benedictus ille recuperauit papatum.

4 Iſte etiam iterum eſt eiectus: & datus eſt papatus Iohanni archidiacono ſancti Iohannis ante portam Latinam, qui Gregorius ſextus infrà dictus eſt.

Et hic habito papatu, quum eſ-
5 ſet rudis literarum, alterum papam
ad uices eccleſiaſtici officij exequen-
6 das, ſecum conſecrari fecit. Quod
7 quum multis non placeret, tertius
ſuperinducitur: qui ſolus, uices duorum impleret.

Vno igitur contra duos, & duobus de papatu altercantibus contra unum: & mortuo Gregorio, Henricus Imperator contra duos Romam accedit. Et eis canonica & imperiali cenſura depoſitis,
8 Sindegerum Babembergenſem epiſcopum (qui infrà Clemens ſecundus, dictus eſt) in papatu per uim ſubſtituit. A quo Henricus Imperator coronatur: Romanis ſibi
Nota. promittentibus & iurantibus, ſe ſine ipſius conſenſu, nunquam Romanum pontificem electuros.

Iſte Benedictus, qui fuit nepos ſuperioris Benedicti, apparuit iuxta molendinum cuidam, in ſpecie cuiuſdam monſtruoſi animalis: cuius caput & cauda, aſini erat: reli-

IMPERATORES.

portans, mandauit eidem, ut quod ipſum genuerit, affirmaret. Quod & factum eſt. Vocauit puerũ nomine ſuo Henricũ. Quumq́ iam adultum Imperator uidiſſet, pẽſans uultum quem olim uiderat, & ætatem, licet multùm renitente patre (ſcilicet duce Henrico) Imperator iuuenem ut ſibi adſtaret, retinuit: meditans apud ſe, quomodo ipſum occultè perderet. Et poſt aliquot tempus, miſit eum cum literis ad Imperatricem, ſcribẽs, ut ipſa ſub obtentu gratiæ ſuæ, eodem die quo idem iuuenis ad eam ueniret, ipſum occultè ſuffocaret. Sed iuuene iter agente, cùm in domo cuiuſdã preſbyteri quieſceret, preſbyter ipſo dormiente,urioſè ipſius burſam pertractans, literas Imperatoris conſpexit: & illas cautè aperiẽs, illi feliciter cõmutauit. Nam abraſo, IPSO DIE MORIATVR: repoſuit, IPSO DIE FILIA MEA SIBI TRADATVR. Quod & factum eſt. Licet tamen magna admiratione Imperatricis, propter tam ſubitum & ſibi ſtupendum mandatum. Quod Imperator poſtea percipiens, obſtupuit. Sed poſtquàm inueſtigauit, illum uerum ipſius patrem, nobilem fuiſſe Comitem, quem ruſticum credebat, dolor ipſius mitigatus eſt. Anni à Chriſto nato, 1014

Qui Henricus, poſtquàm Conrado ſucceſsit, in loco natiuitatis ſuæ magnum monaſterium conſtruxit.

HENRICVS. XCIII

Henricus ſecundus, imperauit annis † nouemdecim. 1039 Aliud exẽplar habet, 17.

Hic Henricus dicitur filius Conradi: uel ſecundum alios, gener eius.

Iſte ueniens in Italiam, Pandulphum, principem Capuanum cepit: & eum captiuum ſecum aſportauit.

Huius tempore Normanni intrauerũt Romam, & bellum Cadulus con-

PONTIFICES.

*Anni à Christo nato,* reliquū corpus ſicut urſus. Quūq; inſpector territus fugerat, clamans monſtrum poſt ipſum dixit, Noli me expaueſcere: ſcito, me fuiſſe hominem, ſicut tu es. Sed ſic me repræſento, ſicut olim infelix papa exiſtens, beſtialiter uixi.

Hoc tempore ſanctus Gerardus epiſcopus in Vngaria, ſuper bigam ligatus, ex altiſsimo monte curſu præcipiti coronatur.

SYLVESTER. CLVII

1056 SYlueſter tertius, ſedit diebus quinquaginta ſex.

GREGORIVS. CLVIII

1056 GRegorius ſextus, de ſancto Iohanne ante portam Latinam, ſedit annis duobus, mēſibus ſeptē.

Hic cum Rege Henrico habuit bellum.

Hunc Gulielmus in ſuis Chronicis dicit, ſanctum uirum fuiſſe. Et quum ad papatum perueniſſet, parum uel nihil ad papatum pertinendo inuenit: propter incuriam & negligentiam anteceſſorū ſuorū. Nam penè omnia à prædonibus illis tollebatur.

CLEMENS. CLIX

1058 CLemens ſecundus, natione Teuthonicus, ſedit menſibus nouemdecim. Et ceſſauit pontificatus diebus uiginti.

Hic fuit inuaſor eccleſiæ, & per uim habuit papatum.

DAMASVS. CLX

1060 DAmaſus ſecundus, ſedit diebus uigintitribus. Et ceſſauit pontificatus diebus nouem.

Hic etiam fuit inuaſor ſedis Apoſtolicæ, & ſubitò defunctus eſt.

LEO. CLXI

1060 LEo decimus, genere Alemanus, de Lotheris regno, ſedit annis quinq;, menſibus duobus, diebus ſex.

Romani, ex quadam praua conſuetudine poſtquàm petijſſent ab Imperatore Henrico pontificem ſibi da-

IMPERATORES.

lus contra Romanos in pratis ſancti Petri habuit. *Anni à Christo nato,*

Tunc temporis dux Gotfridus uenit in Italiā: & ſequuti ſunt eum Normāni à Roma uſq; ad Aquinū. 1041

Huius tempore, Romæ cuiuſdā gigantis corpus in ſepulchro inuentum eſt incorruptum: cuius uulneris hiatus ubi uulneratus fuerat, quatuor pedes & ſemis habebat: corpus uerò altitudinem muri ſuperabat. Lucernaq; ardens ad caput ipſius inuenta eſt, quæ nec flatu extingui poterat, nec liquore: ſed cū ſtylo, foramine ſubter flammam facto, extincta eſt: per illud foramen aëre introducto. Hunc dicitur Turnus occidiſſe. Et hoc ipſius epitaphiū fuit: FILIVS EVANDRI, PALLAS QVAM LANCEA TVRNI MILITIS OCCIDIT, MORE SVO IACET HIC. *Mirū.*

Hoc in tempore, in Apulia erat ſtatua marmorea, circa caput ſuum, æreum habens circulum, in quo erat ſcriptum: CALENDIS MAII ORIENTE SOLE HABEO CAPVT AVREVM. Quod quidam Saracenus à Roberto Guiſcardo captus, quid portenderet intelligens, in Calendis Maij oriente Sole, notato termino umbræ illius, reperit infinitum theſaurū, quod dedit pro ſua redemptione.

Hoc tempore eccleſia Gallicana per Berengariū Turonenſem perturbatur, qui aſſerebat euchariſtiā quam ſumimus, nō eſſe uerum corpus CHRISTI, ſed figurā corporis & ſanguinis CHRISTI. Contra quē Nicolaus papa cum centum & tredecim epiſcopis, celebrat conciliū. Qui tamen Berengarius aliàs ſanctus homo dicitur fuiſſe: & poſt retractationem, finem mortis prædicendo, migraſſe feliciter. Cuius erroris retractatio ponitur in Decreto, de cōſecratione, diſtinctione ſecunda, Ego Berengarius.

## PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,* ſibi dari, Imperator, quum nullum Teuthonicorum ad hocut recipe- ret, poſſet inducere: epiſcopum Tullenſem, Brunonem nomine, uirum ſimplicem ad hoc inclinauit. Qui ad Vrbem ueniens, & ex hoc conſcientiam habens, omnino reſignauit. Et denuò ab omnibus electus, poſt laudabilem uitam, in eccleſia ſancti Petri tumulatur, manifeſtis clarens miraculis,

### VICTOR. CLXII

1065 Victor ſecundus, genere Alemannus, ſedit annis duobus, menſibus tribus. Et ceſſauit pontificatus diebus tribus.

Hic timore Imperiali factus eſt papa.

Hic temporibus Henrici Imperatoris, apud Florentiam ſynodum celebrauit. Et multos epiſcopos, propter ſimoniam & fornicationem depoſuit.

Hic in Gallias ueniens, ab iſto Henrico Imperatore glorioſè ſuſcipitur.

### STEPHANVS. CLXIII

1067 Stephanus nonus, natione Lothoringus, ſedit menſibus nouẽ, diebus uigintiocto. In Tuſcia Florentiæ eſt ſepultus.

### BENEDICTVS. CLXIIII

1068 Benedictus decimus, prius nomine Oricius, ſedit etiam menſibus nouem, diebus uiginti.

Hic primò fuit Vercellenſis epiſcopus. Poſtea per uiolentiam factus eſt papa: qui deinde ceſsit Nicolao.

### NICOLAVS. CLXV

1069 Nicolaus ſecũdus, natione Burgundus, ſedit annis duobus, menſibus ſex, diebus uigintiſex.

Et ceſſauit pontificatus diebus decem.

Hic primò Florentiæ epiſcopus, apud Senam à cardinalibus unanimiter eſt electus. Et celebrato Romæ concilio, defunctus eſt.

ALE-

## IMPERATORES.

### HENRICVS. XCIIII

*Anno à Chriſto nato,* 1058

Henricus tertius, imperauit annis quadragintanouem.

Hic primò uenit Romam menſe Maij, die uigeſimaquinta.

Tunc temporis fames & mortalitas fuit ferè in uniuerſa terra.

Et ipſe obſedit ciuitatem Tiburtinam, die tertia menſis Iunij.

Huius tempore ſtella clariſsima in circuitu primæ Lunæ ingreſſa eſt decimotertio Libræ, in noctis initio.

Huius tempore Hildebrandus Cardinalis, qui poſtea Gregorius ſeptimus, papa factus eſt. Et quum legatus eſſet in Gallia: & in Concilio contra multos ſimoniacos proceſſiſſet: & contra unum epiſcopũ ualde infamatum procedere uoluiſſet: & ille teſtes qui ipſum accuſauerãt, precio corrupiſſet, dixit legatus Cõcilio: Ceſſet humanum iudicium, & producatur in medium Diuinitatis oraculum. quum certũ ſit, quòd epiſcopalis gratia, Sancti ſpiritꝰ donum ſit: & quiſquis epiſcopatum mercatur, cõtra Spiritum ſanctum facit. Si tu cõtra Spiritum ſanctum nõ feciſti, dic, Gloria Petri & Filio, & Spiritui ſancto. Tunc ille intrepidus incipiens, quum Gloria patri & Filio dixiſſet, nullatenus Spiritui ſancto dicere potuit, frequentiùs repetẽdo. Et ſic eiectꝰ ab epiſcopatu.

Tunc iſte Hildebrandus, totus contra Henricum Imperatorem inuehebatur, quia diſsidium procurabat in Eccleſia.

Imperator uerò tunc, Vormaciæ concilium uigintiquatuor epiſcoporum & multorum nobilium congregato, iubet omnia decreta Gregorij papæ ceſſari. Propter quod papa iſte Gregorius Imperatorem excommunicauit: & à fidelitate & iuramento, omnes Imperatori adhærentes abſoluit. Imperator uerò Maguntiæ Gregorium papam

a papa-

PONTIFICES.

ALEXANDER. CLXVI

Anni à Chriſto nato, 1072

ALexander ſecundus, natione Mediolanenſis, ſedit annis undecim, menſibus ſex, diebus uigintiquinque.

Hic quum eſſet Lucanus epiſcopus, concorditer à cardinalibus electus eſt in papam.

Contra hunc fuit Cadulus, qui fuit Parmenſis epiſcopus, & tamen ferè ab omnibus Longobardis epiſcopis in Papatum electus: aſſerens, papam non debere eligi, niſi de paradiſo Italiæ. Qui Cadulus, cum magno exercitu bis ueniēs Romam, uiolenter uoluit papatum obtinere, ſed non potuit.

Deinde Alexander papa, ad rogatum Henrici Imperatoris deſcendit in Lombardiam: & in Mantua ſolenniter celebrato cōcilio, pacificatis omnibus ad Vrbem reuerſus eſt: & ibidem defunctus: & in Lateranenſi eccleſia tumulatus.

Eodē tempore Normanni, qui in prçiudiciū domini papç regnū Apuliæ occupauerant, fines Campaniæ deuaſtabāt. Quos dux Spoletanus Godefridus, in comitiſſa de uota filia ſancti Petri Mathildis expulerūt.

Hæc Mathildis fuit Comitiſſa adeò potētiſsima, quòd etiam cum imperatore bello duriſsimo cōgreſſum habuit. Quæ quum ampliſsimis poſſeſsionibus abundaret, totū patrimonium ſuum ſuper altare ſancti Petri obtulit. Et hoc quod obtulit, dicitur adhuc uſq; in hodiernū diem, Patrimonium ſancti Petri.

GREGORIVS. CLXIIII

1083

GRegorius ſeptimus, natione Teuthonicus, patria Suanenſis, ſedit annis duodecim, menſe uno, diebus quatuor.

Hic propter laudabilem uitā eſt in papam electus ex Cardioalibus.

Tunc cepit Cencius præfecti filius, in nocte Natalis Domini, quum primam miſſam celebraret in eccle-

IMPERATORES.

Anno à Chriſto nato, 1068

à papatu, quantum in eo fuit, abſoluit & depoſuit: Guibertum Rauennatem epiſcopum pro eo conſtituens.

Huius tempore quidam potens dum ſederet in conuiuio, repentè à muribus circumuallatus eſſet, nil ei profuit. Et quum eſſet innumerabilis multitudo murium, de nullo captabant, niſi de illo. Sed quum à ſuis in pelagus maris deductus eſſet, nil ei profuit: quia mures nauim ſequentes, ipſam uſque ad aquæ introitum corrodebant. In terra, ergo poſitus, à muribus totus dilaceratus eſt, & comeſtus.

Hocidem dicitur cuidam Principe Poloniæ contigiſſe. Et hoc minus mirum iudicatur: quia pro certo aſſeritur, quòd in quibuſdam terris, ſi leopardus aliquem momorderit, confeſtim murium copiam aduenire, ut uulneratum commingant: immundumq; urinæ illuuium, communicari hominis exitium.

Inuenitur etiā de quodam Principe, quòd nulla arte poterat euadere, quin ipſum pediculi conſumerent.

Igitur Henrico Imperatore exiſtente, mirabilis multitudo Gallicorum, in terræ ſanctæ ſubſidium cruce ſignati, inexplicabili labore per terram, & tandem per Conſtantinopolitanā urbem transeuntes, Antiochiam peruenerunt. Fuerunt autem huius exercitus capitanei, Gotfridus dux Lothoringiæ, Comes Blecenſis, Comes Flandriæ, Comes ſancti Ægidij, & multi alij Comites, nobiles & barones.

Antequàm Antiochia caperet, ſanctus Andræas apparuit cuidam ruſtico ſimplici, Prouinciali genere, dicēs: Veni, & oſtendā tibi lanceā, qua perforatus fuit IESVS CHRISTVS. Qui ruſticus, capta ciuitate, præſente uno Comite & capellano

PONTIFICES.

Anni à Christo nato,

in eccleſia ſanctę Mariæ maioris ad preſepe: & in terra ſua poſuit. Sed Romani eadem nocte turrim deſtruxerunt, papã liberando: & prædictum Centium extra urbem eiecerunt.

Hic pontifex Henricum tertium, Imperatorem, concilio centum & decem epiſcoporum habito excommunicauit: quia Romanæ eccleſiæ unitatem ſcindere uoluit. Sed poſtea ad papam in Lombardiam ueniens, nudis pedibus ſuper niuem & glaciem pluribus diebus ſtans, uix abſolutionem impetrauit. Poſtea de conſenſu eiuſdem regis, iterum excommunicati plurimi ſeditioſi epiſcopi apud Brixiam conuenientes, Guibertũ Rauennatem epiſcopum in papam elegerunt, Clementem uocantes: quem rex Henricus pronus in terra cum omnibus alĳs mox adorauit: & cum ipſo Romam ueniens ſine Cardinalibus, à Bononiẽſi, Mutinenſi, & Ferinenſi epiſcopis, in papam benedici fecit: & ab eodem Gregorio in caſtro ſancti Angeli cum Cardinalibus obſidendo. Sed audito, quòd Guiſchardus in adiutorium papę ex Apulia ueniebat, Imperator deſtructo Capitolio & urbe Leonina, cũ ſuo papa fugit Senas. Et Guiſchardus eodem die Vrbem capiens, & eam ferro & igne conſumens, papam Gregorium ab obſidione liberando, in palatio Lateranenſi reſtituit: qui poſtea in Apuliã deſcendens, Salerni mortuus eſt, miraculis coruſcando.

VICTOR. CLXV

1095 VIctor tertius, ſedit anno uno, menſibus quatuor, diebus ſeptem. Et ceſſauit pontificatus diebus nouem.

Hic proprio nomine Deſiderius uocatus, abbas Caſinenſis fuit: qui ueneno in calice immixto, dicitur extinctus.

Hoc

IMPERATORES.

Anni à Christo nato,

lano ſuo, in eccleſia ſancti Petri, fodiens terrã, in loco de quo reuelationem habuerat, lanceã inuenit, anno Domini milleſimo octuageſimonono. Dubitantibus autẽ pleriſq;, utrũ eſſet lancea qua CHRISTI latꝰ ꝑfoſſum fuit, quidã Bartholomæus nomine, cui CHRISTVS apparens, de lancea certificauerat: cum ipſa lancea, per ignẽ duodecim pedum latum, quem fieri iuſſerat, illæſus tranſiuit. Et ſic exercitus fiduciã in CHRISTO & in lancea ipſius habentes, intrepidi proceſſerunt per Achon, quæ tunc Ptolemaida uocabaт, ueneruntq; Cæſareã. Vbi quũ eſſet, columbam deſuper exercitũ uolantem, accipiter unus grauiter uulneratam deiecit: circa quem repertæ fuerunt literæ, quas deferebat, talem habens ſententiam:

Rex Acharon, ducæ Cæſariæ ſalutem. Generatio canina uenit, gens contentioſa: cõtra quos, per te & per alios, legẽ tuam defendas. Idem annuncia alĳs ciuitatibus.

His actis, uenientes obſederunt Hieruſalem. Eſt autem Hieruſalem ciuitas in montibus ſita, riuis, fontibus & ſyluis carens: excepto fonte Siloë, ubi quandoq; aqua ſufficiens reperitur. Fuerat autem poſt Titi & Veſpaſiani deſtructionem, per Ælium Adrianum mirificè reparata. Sed non in eodem loco, ubi prius erat.

Ibi Gotfridus, qui rex factus fuerat, ſecundo anno ſepelitur.

Creduntur autem tunc transfretaſſe plus quàm ducenta milia Chriſtianorum, in ſubſidiũ terræ ſanctæ.

Item anno milleſimo centeſimo 1157
quinquageſimoſeptimo, ad inſtantiam Eugenĳ papæ, & beati Bernardi prædicationem, rex Franciæ Lodouicus, ab ipſo cruce ſignatus: & Imperator Conradus cum maxima mul-

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

Anni à Chriſto nato, 1097

PONTIFICES.

Hoc tempore ordo Carthuſienſium incipit.

VRBANVS. CLXVI

VRbanus ſecundus, ſedit annis tredecim, menſibus quatuor. Et ceſſauit diebus ſedecim.

Huius tempore dux Boamundus cum Chriſtianis recuperauit ſepulchrum Domini.

Sepultus eſt in eccleſia Lateranenſi.

Circa hæc tempora, ex Myrea ciuitate Liciæ iam deſtructa, à ciuibus Baonenſibus oſſa beati Nicolai transferuntur.

Hoc eodem tempore, in Hiſpania Toletum, & earum urbium pars maxima à Saracenis capta, per Chriſtianos tollitur.

Floruit hoc tempore in Anglia Anſelmus abbas, poſtea Cãtuarienſis epiſcopus factus, in ſcientia & uita mirabilis.

Hic etiam papa, prius cõcilium apud Claromontem celebrauit: in quo ſtatutum eſt, quòd Horæ beatæ Virginis quotidie à clericis dicantur: officiumq́ eius, diebus ſabbatis ſolenniter fiet.

Et in hoc Concilio Hieruſalem captio, & Chriſtianorũ oppreſsio, annunciatur: conſilium quæritur, et auxilium imploratur.

Idem papa concilio Turonis celebrato, penè totum Occidentem prouocat, in terræ Sanctæ ſubſidium, & maximè in regno Franciæ, qui per terram: deinde per locum qui iam dicitur Sancti Georgij brachium, tranſeuntes: inuenta reuelatione CHRISTI lancea, Antiochiã, Tripolim, Achon, & penè totam terram Sanctam, cum Hieruſalem receperunt.

Hoc autem anno, in Burgundia, in die ſancti Benedicti, fundatum eſt quoddam cœnobiũ, quod Ciſtercium uocatum eſt, in diœceſi Cabillonenſi.

PASCHA-

Anno à Chriſto nato, 1098

IMPERATOR.

ma multitudine Gallorum & Teutonũ: alij per Pannoniã, alij per mare uſq; Cõſtantinopolim peruenientes: aliter eis euenit, quàm ſperarẽt. Quoniã quidã, à Turcis capti, alij uerò fatigatione, pleriq; fame & inedia conſumpti ſunt. Ita quòd Imperator cum paucis uix redijt. Rex uerò Lodouicus cauſa orationis, ut peregrinus, in Hieruſalẽ aliquãtulũ manẽs, ad ꝓpria redijt. Imperatore uerò in Italia exiſtente, Principes Alemãniæ in Porthein cõuenientes, quendã Rodulphũ ducẽ Saxoniæ in Regẽ ſibi elegerũt. Et q̃a papa Gregori⁹ ad petitionẽ Imperatoris nec cõuictũ, nec cõfeſſum, excõmunicare uoluit: Imperator, cruẽto bello uictoria cõtra Rodolphũ habita, cõuocata curia in Brixia, Guibertũ Rauennatẽ epiſcopũ, in papã eligit. Et ſic à papa denuò excommunicatus, cũ ſuo antipapa Romã properãs, Gregoriũ papã & Cardinales, quũ multa hoſtilitate in Vrbẽ obſedit. At poſt depopulationẽ agrorum & uinearũ, quũ Imperator ſibi populi Romani fauorẽ attraxiſſet, intrãs Vrbẽ, prædictũ Guibertũ in papã cõſecrari faciẽs, ab ipſo in Imperatorẽ coronat. Papa interim Gregorius cũ ſuis cardinalibus in arce ſancti Angeli cõcluſo, Guiſchardus rex Apuliȩ cũ magno exercitu ueniẽs, Romã una die cepit. Impator cũ ſuo antipapa, uſq; ad Senas fugit. Tũc Guiſchardus papã cũ cardinalibus educẽs de caſtro, in palatio Lateranẽſi repoſuit. Et etiã Romanos in hoc Imperatori cõſentiẽtes, exilijs & alijs pœnis grauiter afflixit.

Circa hæc tempora, Syracuſa in Sicilia, magnũ terræmotũ ſuſtinuit: adeò ut Dominica die, circa horã tertiã, dum Miſſa cãtaretur, eccleſia maior cadẽs, omnẽ clerũ & populũ opprimeret: ſacerdote, diacono, & ſubdiacono Miſſã celebrãtibus cũ uno presbytero, miraculoſè ſaluis.

HENRI-

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

## PONTIFICES.

### PASCHALIS. CLXX

*Anni à Christo nato, 1110*

PAſchalis ſecundus, natione Tuſcus, ſedit annis octodecim, mẽſibus quinque, diebus ſeptem.

Et ceſſauit pontificatus diebus duobus.

Sepultus eſt in eccleſia Lateranenſi.

Huius tempore Henricus quartus, Teuthonicorum rex, cum magno exercitu uenit in Tuſciam, ut Romę coronaretur in Imperatorẽ. Et præmiſsis ad papam nuncijs, per literas refutabat omnem inueſtituram Epiſcoporum, Abbatum & aliorum clericorum. Super qua, alij Imperatores prędeceſſores ſui, quæſtionem cum Romanis pontificibus habuerunt. Et iuramento tam Imperatoris, quàm ſuorum principum ſuper hoc Dominus papa accepto: poſtquàm tam clerus quàm populus extra portas uerſus Montem Malum, de mandato papæ obſeruaſſet: & ipſum uſq; ad ſummitatem graduũ ſancti Petri conduxiſſet: Rex adueniens, poſt pedum oſcula, ſe inuicem oſculati ſunt. Et ſe per manus tenentes, poſtquàm ad portam argenteam deueniſſent, oſculis datis dominus papa deſignauit Imperatorem. Sed poſtquàm ad rotam porphyricã perueniſſet: & papa ſuper inueſtitura refutanda iuramentum expetiſſet: rex cum ſuis conſilio habito, papam & cardinales cum tota curia captiuauit.

Huius etiam temporibus poſt ipſius liberationem, quidam ex clero Romano peruerſi, contra ipſum pontificem ſurgentes tres hæreſiarchas, uidelicet Albertum, Agnulphum, & Theodoricũ diuerſis temporibus erigere in papam præſumpſerunt. Qui licet in principio domino papę multas infeſtationes feciſſent, in fine tamẽ ab ipſo proſtrati ſunt.

Hoc tempore rex Vngariæ admonitio-

## IMPERATORES.

### HENRICVS. XCV

*Anni à Christo nato, 1110*

HEnricus quart⁹, Henrici filius, imperauit annis †quindecim.

*† Aliud exemplar habet, 20. Et quidam legũt, 18.*

Iſte ſuſcepto Imperio capiens patrem ſuum, in uinculis mori fecit.

Huius temporibus Robertus Guiſchardus uicit Alexium & Thunianum Conſtantinopolitanos Imperatores.

Iſte Robertus fuit Francigena, qui uenit Romam cum exercitu magno, uolens (ſi poſſet) Vrbem occupare. Sed ui repulſus, intrauit in regnum Siciliæ & Apuliæ: quod & cepit paulatim. Hic etiam habentem filium Rogerum regem Siculorum &, filiam Conſtantini Imperatricem, matrem Frederici Imperatoris, qui contra Ottonem promotus eſt.

Iſte Rogerus genuit Guilielmũ regem Apuliæ, qui fuit in omnibus glorioſus.

Cuius tempore, regnum Apuliæ, diuitijs & delicijs præ cæteris florebat regnis.

His temporibus Paſchalis papa ab hoc Imperatore non bene pertractato, & mortuo, ſuccedit ei Iohannes, Romanæ eccleſiæ Cancellarius, appellatus Gelaſius. Sed quia Imperator electioni nõ interfuerat, Hiſpanum quendam nomine Burdinum ipſi ſuperordinauit. Sed Gelaſio in Cluniaco mortuo, & Calixto ibidem in papam conſecrato, Imperator cum omnibus ſibi aſſentientibus, per ipſum excommunicatur. Papa uerò Calixtus Romã proficiſcens, capto in Sutrio Burdino, & ab omni ſenatu & populo glorioſe ſuſcipitur.

Hoc tempore, Hugo de ſancto Victore Pariſiis claret.

Per idem tempus, ordo Templariorum ex militibus congregatis, in Hieruſalem incepit. Et dicti ſunt Milites templi, quia in porticu templi, ſedem ſui ordinis ſtatuerunt.

Henri-

PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato,

monitiões plurimas per literas ſuas domino papæ ſcribens, renunciauit inueſtituris epiſcoporum & aliorum prælatorum, quas uſq; ad illa tempora reges Vngariæ facere conſueuerant.

Eodem tempore Bernardus, habens annos circiter uigintiduos, ſub abbate Stephano, qui fuit tertius abbas in Ciſtercio, cum ſocijs triginta, Ciſtercium ingreditur.

Sed eodem anno Claraualle fundata, illic pro abbate mittitur.

Paſchalis uerò papa, poſt liberationem ſuam, facta pace cum Imperatore Henrico, & ipſo rege coronato, & in campum extra muros ſtatim egreſſo: pontifex cum epiſcopis & Cardinalibus in Vrbem regredientes, tanta frequentia populi occurrentis, & canentis Te Deum laudamus, excipitur, ut uix ad palatium Lateranenſe, circa ueſperam potuit peruenire.

Demum defunctus eſt apud eccleſiam ſanctæ Mariæ trans Padinæ. Et inde cum totius cleri & populi frequentia, per Vrbem mediam uectus in eccleſia Saluatoris ſepultus eſt.

1119 Circa huius tempora, ſcilicet anno Domini milleſimo centeſimo decimonono, cœpit Præmonſtratenſis ordo in Laudieſi diœceſi, ſub patre Norberto, qui fuit Colonienſis: ſicut & Bruno, qui ordinem Carthuſienſium incepit.

GELASIVS. CLXXI

1122 GElaſius ſecūdus, natione Campanus, de ciuitate Gaieta, ſedit annis duobus & diebus quinque. Et ceſſauit pontificatus diebus uigintiquatuor.

*Aliud exemplar habet, anno 1.*

Hic papa Henricum Imperatorem cum cardinalibus Gaietam ſeceſsit: & inde quum per mare pergeret, in Franciam ueniens, in Cluniacum, ibi & mortuus eſt & ſepultus.

CALIX-

IMPERATORES.

Anno à Chriſto nato,

Henricus uerò Imperator, ad corrediens inueſtituram epiſcoporum & aliorum prælatorum per anulum & baculum, pro qua cum Paſchali papa, quàm plurimùm cōtendebat, Calixto papæ liberè reſignagnauit: & conceſsit per omnem Imperium in omnibus eccleſiis canonicam fieri electionem. Poſſeſsiones & regalia beati Petri, quæ propter ſuam uel alia cauſa, eccleſiæ diſcordiam, alienatæ fuerant, eccleſiæ Romanæ reſtituit. Poſſeſsiones & aliarū eccleſiarum & aliorum tam clericorum quàm laicorum, quæ occaſio belli ſui, quod habuit quum eccleſiæ ablatæ fuerāt, reſtitui fideliter diſpoſuit.

Hoc tēpore papa Calixtus, Compoſtellanum epiſcopum pro reuerentia corporis beati Iacobi epiſtoli, quod ibi quieſcit, archiepiſcopū inſtituit: ſubijciens ſibi totam Emeritanā prouinciā: Lucanam quoq; eccleſiam, gratia pallei decorauit.

Hic Henricus, quia patrem ſuum dehoneſtauerat, creditur iuſto Dei iudicio ſine hærede deceſsiſſe: nam neq; filiū, neq; filiam habens, defunctus eſt: cui ſucceſsit Lotharius dux Saxoniæ.

LOTHARIVS. XCVI

LOtharius quartus, imperauit annis undecim. 1125

Huius tempore fames ualida fuit: & ferè totam Italiam inuaſit.

Hic Imperator factus, exercitū in Italia parat: & cum archiepiſcopis & epiſcopis papā Innocentiū collocat. Et in eccleſia Lateranenſi, ab eodem Innocentio Lotharius iſte in Imperatorem coronatur.

Hic primo Imperij ſui anno, cōtra Bohemos uadens, quorum ſuorum principum traditione, magnā ſtragem ſuorum militū paſſus eſt.

Hic etiā poſt ſuam coronationē zelo Dei & Eccleſiæ accenſus, tanquā uerè catholicus & eccleſiæ ad-



REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

## PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato, 1130

### CALIXTVS. CLXXII

CAlixtus ſecundus, ſedit annis quinque, menſibus decem, diebus tredecim. Et ceſſauit pontificatus diebus quinq;.

Hic natione fuit Burgundus, comitis filius, & archiepiſcopus Vienenſis.

Poſt mortem Gelaſii papæ, in Cluniaco, à cardinalibus eſt concorditer electus: qui quum per Prouinciam, Lombardiam & Tuſciam Romam rediret, ſolenniter ibi & cum gaudio receptus eſt.

Burdinus uerò, qui per Henricum Imperatorem fuit papa factus, audito aduentu papæ, in Sutrio ſe recepit. Quem obſeſſum papa cum Romanis quum cepiſſent, poſuerunt eum in camelo, uerſa facie ad tergum: habens caudam cameli pro freno: Papa ad Vrbem præcedebat: & deinceps in arce Fumonis eſt retruſus.

Papa uerò, facta pace cum Imperatore, in eccleſia Lateranenſi eſt ſepultus.

### HONORIVS. CLXXIII

1136 HOnorius ſecundus, natione Bononienſis, ſedit annis quinque, menſibus duobus, & diebus octo.

Hic deſcendit in Aquileiam, à baronibus uocatus: ut eam, quia iuris eſt beati Petri, tueretur à Comite Rogerio Siculo. Sed quum papa deprehendiſſet infidelitatē baronum, ſaniori conſilio habito, Rogerium recepit in gratiam: & facto homagio, & fidelitate firmata, ipſum de Ducatu Apuliæ inueſtiuit.

Hic autem papa Honorius, per legatum cardinalium duos patriarchas, ſcilicet Aquileienſem & Venetum depoſuit.

Hic pontifex, Romæ mortuus eſt: & poſtea, in eccleſia Lateranenſi ſepultus.

INNO-

## IMPERATORES.

Anni à Chriſto nato, 1125

uocatus, uires imperij denuò excitauit: & contra Rogerium Comitem, qui ſe contra papam erexerat, & regnum Siciliæ occupauerat, unà cum papa Innocentio Apuliam potenter intrauit. Ac fugato Rogerio in Siciliam, conſtituerunt Ducem Apuliæ Comitem Raynonem.

Huic uictoriæ Piſani nauigio, ſummo pontifici quàm plurimùm aſtiterunt.

Eo etiã tempore Romani, cõtra uoluntatem Innocentij papæ Senatum reuocare conati ſunt.

Per idem tempus, in Francia fuit tanta ſiccitas, ut flumina, lacus, fontes & putei ſiccarentur.

Ignis quoq;, qui per rimas terrarum ſubintrauerat, nec imbribus, nec frigore, nec alia arte biennio extingui poterat. Portentum.

### CONRADVS. XCVII

COnradus ſecundus, imperauit annis † quindecim. 1136 Aliud exemplar habet, 12.

Huius tempore quidam magiſter, Arnoldus nomine, prædicauit in urbe Roma, reprehendens luxus & ſuperfluitates. Poſt cuius dicta, multi magnates Romanorum ſequebantur eum. Qui poſtea captus, in odium clericorum eſt ſuſpenſus.

Huius tempore Aſcalona capta eſt à Chriſtianis.

Huius tempore, anno Domini milleſimo centeſimo trigeſimonono, 1139 Iohannes de Temporibus, qui annis trecentis ſexagintauno uixerat, à tempore Caroli Magni, cuius armiger fuerat, defunctus eſt.

Hic Conradus rex, in Francofordia à ſancto Bernardo, cum cunctis penè Principibus, crucis charactere eſt inſignitus: & illis temporibus ſocij peregrinationis ſuper numerum multiplicantur. Nam ex Lothoringia, Flandria & Anglia cum ducentis fermè nauibus proficiſcuntur.

Conra-

### PONTIFICES.

Anno à Christo nato,

1141

### INNOCENTIVS. CLXXIIII

INnocētius ſecūdus,natione Romanus, ex patre Iohanne, de regione trans Tiberim, ſedit annis quatuordecim, menſibus ſeptem, diebus octo. Et ceſſauit pontificatus diebus duobus. Hic perrexit contra Rogerium ducem Apuliæ, cum exercitu Romanorum. Sed cum ſuis, cum quibus fugam cepit, captus eſt ab eo.

Hic condemnauit totam partem Petri Leonis cum ordinatione ipſius.

Iſte Petrus,Petri Leonis filius,cardinalis,à paucioribus electus,& Anacletus dictus, hoſtiliter fecit aggredi domos, frangi pontem, in quibus ſe Innocentius cum cardinalibus receperat. Sed quia ſic nihil profecit, cum manu armata eccleſiam ſancti Petri adijt: & per uiolentiam habitam, aureum crucifixum, pendentes coronas, cum toto theſauro, auro, & argento, ac lapidibus precioſis ſpoliauit: Ciborion quoqꝫ, quod ſanctus Leo papa conſtruxerat. Hoc idem ad ſanctam Mariam Maiorem,magno theſauro ditatam, & alijs eccleſiis fecit. Cum quo theſauro,poſtquàm penè omnes Romanos corrupiſſet, Innocentius papa iam nullum in Vrbe ſubſidiū habens,cum cardinalibus in duabꝰ triremis tranſit in Galliam: & ſic à Rege Francorum honorificè ſuſceptus, poſtquàm in Claromonte & Remis celebraſſet concilia:& in reditu,pacificatis Genuenſibus & Piſanis, attendens ipſorum quæ ſibi & eccleſiæ magna fecerant auxilia: Genuenſem epiſcopum,qui ſub Mediolanenſi fuit, fecit archiepiſcopum: & Piſanum,primatem totius Sardiniæ.

Hic coronato Laterani Lothario in Imperatorem, ambo ſimul intrauerunt Apuliam. Et fugato Roge-

### IMPERATORES.

Anni à Christo nato,

Conradus itaqꝫ Imperator cum innumerabili multitudine peregrinantium aggreſſus,Iconium peruenit. Cui Lodouicus rex Francorum cum multa milia per Vngariā deſcendens, ibidem aduenit. Sed ibi propter dolum Græcorum, qui calcem farinæ miſcuerant,multum paſſi ſunt in hominibus detrimentum: tamen ad terram Sanctam peruenientes, multa bella glorioſè geſſerunt.

Conradus uerò Imperator poſtquàm redijt de ultra mare, moritur: qui licet quindecim annis regnauerit,benedictionē tamen Imperialem non habuit.

Floruit huius tempore, Richardus de ſancto Victore.

Hoc tempore tranſlatus eſt liber Iohānis Damaſceni in Latinū.

Floret & magiſter Petrus Longobardus, qui ſententias cōpoſuit.

Et anno Domini milleſimo centeſimo quinquageſimoprimo,Gratianus monachus de Elciſa,ciuitate Tuſciæ natus, Decretum compoſuit:ut dicit Hugutio,ſecunda,quęſtione ſexta,capite Forma. 1151

### FREDERICVS. XCVIII

FRedericus primꝰ imperauit annis trigintaſeptem. Et coronatus eſt in eccleſia ſancti Petri. 1154

Hoc tempore ueniens apud Tiburtinum,præcepit,ut Tiburtina ciuitas reædificaretur.

Et rediēs,primo anno Spoletum deſtruxit.

Iſte largus,ſtrennuus & facūdus atqꝫ nobilis,& in omnibus fuit glorioſus.

Eo tempore, rex Alapiæ cepit Ediſſam ciuitatem, quæ in Geneſi dicitur Arath: Francoſqꝫ ibi captos,aut morte,aut ſeruitute damnauit. Archiepiſcopum uerò ciuitatis,quaſi ducē gregis, cum omni clero,quia CHRISTVM noluit abnegare,in media urbe corā ſe decollari præ-

PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato, Rogerio Siculo, qui domino papæ rebellis erat: Lotharius Chriſtianiſſimus rediјt in Teuthoniam, & papa Romam, ubi ſolenniter celebrato cōcilio, ſepultus eſt in Laterano, in concha porphyrica, miro opere ſculpta.

CŒLESTINVS. CLXXV

1156 COeleſtinus ſecundus, natione Tuſcus, de Caſtro Felici, ſedit menſibus quinque, diebus tredecim.

Sepultus eſt in Laterano.

LVCIVS. CLXXVI

1156 LVcius ſecundus, natione Bononienſis, ex patre Alberto, ſedit menſibus undecim, & diebus quatuor.

Hic autem presbyter cardinalis ſanctæ Crucis, totam illam eccleſiam & clauſtrum à fundamentis renouauit.

Sepultus eſt in Laterano.

EVGENIVS. CLXXVII

1157 Aliud exemplar habet, annis 8. EVgenius tertius, natione Piſanus, ſedit annis† quinque, menſibus quatuor, & diebus uiginti. Et ceſſauit pōtificatus duobus diebus.

Hic obijt Tiburi, & per mediam Vrbem ferè cum totius cleri & populi turba, cum maximo luctu, ad eccleſiam beati Petri deductus, circa altare ſepultus eſt.

Hic quum abbas ſancti Anaſtaſij eſſet, ex inſperato apud eccleſiā ſancti Cæſarij à cardinalibus eſt electus. Et propter metum Senatorū, qui contra uoluntatem prædeceſſoris ſui fuerāt electi, à populo ad Farſenſe monaſteriū ſe tranſtulit. Ibiq; uocatis cardinalibus & prælatis, munus conſecrationis accepit.

Hic quum antea ſimplex fuerit, Deus mirabili gratia perfudit & eloquentia.

Huic redeunti ad Vrbem, clerus & populus Romanus cum magna lætitia occurrit, cantās, Benedictus qui uenit in nomine Domini.

Hic à

IMPERATORES.

Anno à Chriſto nato, 1158 lari præcepit. Sic igitur Ediſſa ciuitas, quæ ab Agaro rege ipſius orthodoxo: cui CHRISTVS ante ſuam paſsionem (ſicut legitur in Eccleſiaſtica hiſtoria) ſcripſit epiſtolam: & deinde per Apoſtolum Thomam fuerat prędicata, & CHRISTO dedicata: tūc primùm à Gētibus prophanatur & poſsidetur, nouorum ſanguinem martyrum purpurata.

His temporibus Sol obſcuratus eſt, parum ante horam nonam, & diu poſt nonam in eodem ſtatu permanſit.

Hoc autem anno fames ualida fuit.

Eodē anno captū eſt Sepulchrū Domini, & eius crux, à Saladino.

Hic quum pro coronatione Romam ueniſſet, & pacificè, cum magno gaudio ab Adriano papa coronatus fuiſſet: & peractis omnibus, ante nonam, ad ſtationē ſuam, quæ erat in prato Neronis, exiuiſſet: Romani armata manu familiā ſequentem, in porta ſancti Angeli crudeliter inuaſerunt, uſq; ad territorium Imperatoris perſequendo. Sed inualeſcente clamore, Teuthonici adunati, Romanos crudeliter repulerunt: adeò quòd proſtratis multis & captiuatis, cū magnis precib⁹ papę, uix capti fuerūt reſtituti.

Hic poſt mortem Adriani papæ, peſsimè cum Alexandro papa ſtetit: in prę iudicium iſtius quatuor ſchiſmaticis, ſucceſsiuè adhęrens regem Francorum, ad quē papa Alexander confugerat: cōgregata magna multitudine, præcipuè duorū regnorū, uidelicet Bohemiæ & Daciæ, fultus auxilio nitebatur, in Burgundiam ueniens, extirpare. Sed rege Anglorum regi Francorum ferente auxilium, nil profecit.

1162 Mediolanū à Frederico deſtruitur, menſe Martio, anno Domini milleſimo centeſimo ſexageſimoſecundo. Siquidem muri eius altiſsimi

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,*

Hic à rege Lodouico in Franciã uocatus, quum ipſum, transmarina cruce ſignaſſet, & cõcilium Remis celebraſſet, redijt ad Vrbē: ibiq́ʒ in baſilica ſancti Petri, circa maius altare eſt ſepultus.

Eodem tempore fuit in Alemannia Hildegardis, monialis formoſa, quæ in Pinguia ſupra Rhenum requieſcit.

ANASTASIVS. CLXXVIII

1162 *Aliud exemplar habet, annis 2.*

ANaſtaſius quartus, natione Romanus, ex patre Benedicto, ſedit anno uno, menſibus quatuor, diebus uigintiquatuor. Et ceſſauit pontificatus diebus uiginti.

Hic fecit apud ſanctam Mariam Rotundam, nouum palatium.

Hic dedit eccleſiæ Lateranenſi calicem pulchri operis, pondo uiginti marcharum: & plura alia. Et ibidem in tumba porphyrica tumulatus eſt.

ADRIANVS. CLXXIX

1163 *Aliud exemplar habet, annis 10.*

ADrianus tertius, natione Anglicus, ſedit annis quinq́ʒ. Et ceſſauit põtificatus diebus uiginti.

Hic primus epiſcopus Albanenſis, in legatione Vormaciam miſſus eſt pro uerbi Dei prædicatione. Ipſe uerò gentem illam barbaram in lege Diuina diligenter inſtruxit. Poſt reditum ſuum, defuncto Anaſtaſio, in papam electus eſt.

Hic propter uulnerationem unius cardinalis, totam Vrbem, uſq́ʒ ad condignam ſatisfactionem, poſuit ſub interdicto.

Hic Guilielmum regem Siciliæ, tanquam ſibi rebellem excõmunicauit: qui poſtea abſolutus, homagium papæ faciens, terram ab ipſo ſuſcepit.

Hic etiã primus dicitur fuiſſe, qui in Vrbe ueteri, cum curia moram traxit.

Hic fecit gyronē in Radico phano, & turribus muniuit.

His caſtrum & multas poſſeſſiones cir

IMPERATORES.

*Anni à Chriſto nato,* 1066

tiſsimi funditùs ſuffoſsi ſunt: cætera in cinerem redacta.

Albanum à Romanis concrematum eſt, ſexto idus Aprilis.

Hic poſt multas perſequutiones per multa tēpora, papæ Alexandro factas: timens, ne à dominio ſuo caderet, propter Longobardorũ contra ipſum rebellationem, & propter Alexandri proſperitatem: miſsis ſolennibus nuncijs ut reconciliaretur papæ, laborauit: & poſtquàm Venetijs reconciliatus fuit: pro emenda, aſſumpto crucis charactere, per terram, non per mare, cum magna multitudine ad liberationem terræ ſanctæ procedens, quum eſſet in Armenia, in quodam paruo flumine eſt ſubmerſus. Filius autem eius, quem ſecum tunc duntaxat, corpus ipſius detulit uſq́ʒ Tyrum: ibiq́ʒ ſepulto, quum Ptolemaidem obſideret, obijt: obieruntq́ʒ penè omnes nobiles, qui eodem tempore cum Philipppo rege Franciæ, & Richardo rege Angliæ, cum maxima multitudine transfretauerant.

Eodem tempore fuit abbas Ioachim in Calabria: qui plures libros ſuper Hieremiã & Apocalypſin, & de omnibus Prophetis conſcripſit.

Hic prædictis regibus requirentibus ab ipſo, de peregrinatione in terram Sanctam, quam faciebant: prædixit, quòd parum proficerent: eo quòd nondũ tempus aduenisset.

Tempore Frederici Imperatoris Radulphus Colonienſis archiepiſcopus, Trium Magorum corpora de Perſide olim Conſtantinopolim ab Imperatore translata: et inde à ſancto Storgio Mediolanum miraculosè trãſuecta, Mediolano à Friderico, eodem deſtructa, transportauit Coloniam,

Sub hoc Imperatore, ſanctus Thomas Cantuarueſis archiepiſcopus, in eccleſia ſua metropolitana occiditur. Et tãdem miraculis coruſcãs,

PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,* nes circa locum ſanctæ Chriſtinæ, à Comitibus comparauit.

Sepultus eſt in Vaticano, in baſilica ſancti Petri, iuxta ſepulchrum Eugenij papæ.

ALEXANDER. CLXXX

168 Alexander tertius, natione Tuſcus, patria Senenſis, ex patre Ramutio, ſedit annis † undecim, menſibus undecim, diebus nouemdecim.

*Aliud exemplar habet, 21.*

Hic uicit quatuor ſchiſmaticos, Octauianum, Guidonem Cremonenſem, Iohannem Strumēſem, & Landonem.

Primus fecit ſe uocari Victorem ſecundum.

Secundus, Paſchalem tertium.

Tertius, Calixtum quartum.

Quartus, Innocentium.

Eorum tres, fuerunt presbyteri cardinales: qui omnes per papā excommunicati, mala morte perierūt.

Iſtius tempore maximum ſchiſma fuit. Et eiectus fuit conuentus ſancti Anaſtaſii: & abbas ſancti Pauli, eundem locum ſibi uendicauit, per regem ſchiſmaticum. Qui locus per eundem Alexandrum eſt reſtitutus.

Hic Fredericum Imperatorem, ad eccleſiæ concordiam reuocauit: qui tunc illos ſchiſmaticos, qui eiuſdem papæ inuaſores fuerant, manu tenebat.

Hic duo Concilia ordinauit: unum Turonis, aliud Romæ celebrauit.

Fredericum Romanorum Imperatorem, & Emanuel Conſtantinopolitanum, & Guilielmum Siculum, atq; Longobardos, ad concordiam reduxit.

Poſt aliquot annos, terræmotus magni fuerunt in uarijs locis: ita quòd ciuitas Antiochena cum Tripoli cecidit: atq; Damaſcus cum multis alijs ſubuerſa eſt. Tūc quoq; Catenienſiū ciuitas penitùs euerſa eſt, &

IMPERATORES.

per Alexandrū papā canonizatur. *Anno à Chriſto nato,*

Tempore etiam prædicti Imperatoris floruit in Francia Petrus dictus Comeſtor, qui utriuſque Teſtamenti hiſtoriā (quæ dicitur Scholaſtica) compoſuit.

Eodem tempore Henricus rex Anglorum, propter necem ſancti Thomæ, miſit nuncios ſolennes ad papam Alexandrum, qui iurantes pro ipſo in animam ſuam, ut ipſum excuſarent de prædicto facto. Sed dominus Alexander papa, in Tuſculana ciuitate receptis nuntijs & auditis, miſit duos cardinales ad Galliæ partes, ut innocentiā Regis inueſtigarent. Coram quibus rex iurauit, quòd nunquam de conſilio ſuo uel iuſſu, fuerit interfectus. Sed propter occaſionem turbationis, quas erga ipſum habuerant, fuerat occiſus: pro illo mox tulit ducentos milites ultra mare per annum ibi moraturos: ſe ipſum cruce ſignans, infra triennium transfretaturus.

HENRICVS. XCIX

Henricus quintus, imperauit annis † nouemdecim. 1190

*Aliud exemplar habet, 8.*

Coronatus fuit Romæ, menſe Aprili, feria ſecunda.

Poſt paſcha quintodecimo die, eodem menſe, intrauit Apuliā cum maximo exercitu ſuo.

Et eodem menſe traditū eſt regnum Tuſculanū Romanis, ab Imperatore. Et deſtructum eſt ab eis.

Eodem anno ſol obſcuratus eſt nono calēdis Iulij, à tertia hora uſque ad nonam.

Hic ſub Cœleſtino & Innocentio imperauit annis ſeptem & menſibus quatuor.

Hic etiam primo anno coronationis ſuæ, intrauit Siciliæ regnum. Et cepit terram uſque Neapolim: quam obſedit per tres menſes.

Ibique eius exercitum tanta infirmitas inuaſit, ut omnes ferè illic defuncti

PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,*

eſt,& plus quàm uiginti milia hominum mortui ſunt.

Hoc tempore Mediolanum cum Cremona & Placentia cõtra Papiẽſem ciuitatem,unã conſtruxerunt: quam ut famoſior fieret,ab iſto Alexandro papa, Alexandriam ciuitatem uocauerunt.

Poſtea ad petitionẽ Longobardorum,conſtituit eis epiſcopũ Papienſem. Et epiſcopum Papiẽſem, pallei & crucis dignitate priuauit: eo quòd Frederico Imperatori tunc & ab antiquo, regibus & principibus & perſequutoribus Eccleſiæ adhæſiſſet.

Hic quum omne patrimonium beati Petri,præter ciuitatem Vrbeuentanam, Terranam & Anagninam,ab Aquapendente uſq; Ceparanum,per Imperatorẽ & ſchiſmaticos occupatum fuiſſet, in Franciam tranſiuit. Ibiq; celebrato Turonis Concilio ſolenni, per mare ad Vrbem rediens,quum Meſſanæ applicuiſſet:rex Guilielmus, non ſolùm quia papa, ſed & ipſum dominum,à quo tenebat regnum recognoſcens,eum debito honore proſequutus eſt.

LVCIVS. CLXXXI

1179 LVcius tertius, natione Tuſcus, ſedit annis quatuor,menſibus duobus, diebus octodecim. Et ceſſauit pontificatus diebus tredecim.

Hoc tempore floruit Petrus Comeſtor, qui utriuſque Teſtamenti hiſtorias compilauit.

VRBANVS. CLXXXII

1182 VRbanus tertius,natione Longobardus,de ciuitate Mediolanenſi, ſedit anno uno, menſibus decem,diebus uigintiquinque.

Huius tempore capta eſt Hieruſalem à Saracenis: qui quum de transmarinis partibus tam flebilem rem audiſſet, præ nimio dolore obijt. Sepultusq; eſt in Ferraria.

GRE-

IMPERATORES.

*Anni à Chriſto nato,*

defuncti ſunt: & ipſe Imperator cum paucis, languens, coactus eſt reuertere.

Hic accepit Conſtantiam filiam regis Siciliæ.

Anno uerò quarto Imperij ſui, totum regnum Apuliæ ſibi ſubiugauit.Ibiq; plurimos rebelles diuerſis pœnis flagellauit. 1194

Tancredum filium illius Tancredi regis Siculorum, cum matre ſua Margarita, & regem Empiretarum,ſecum duxit in Alemãniam captiuos.

Quo † Panormi mortuo,orta eſt diſſenſio inter principes Alemãniæ. Vna pars elegit Ottonẽ:altera,Philippũ. Sed Otto coronatus eſt,ex mandato papæ.Et tãdem obtinente Philippo,ſub pace firmata inter illos,doloſè à Landgrauio eſt interfectus.Et ſic Otto electionẽ obtinuit.

*Aliud exẽplar habet, Pannonij.*

Fuerat enim Innocentius papa, qui eodẽ anno Cœleſtino in papatu ſucceſſerat,Philippo aduerſarius propter fratrẽ ſuum Henricum Imperatorem,qui Chriſtianã religionẽ in regno Siciliæ archiepiſcopos & epiſcopos trucidauerat:& contra Romanã eccleſiã ſemper tyrannidẽ exercuerat. Propter quod ipſum & omnes fautores ſuos excõmunicauit. Ottoni uerò duci uiriliter adhæſit:& ipſum Aquiſgrani, in regem Alemãniæ coronare fecit. Philippus autem dux Sueuiæ,magnã partem per ſe habuerat.

Anno Domini milleſimo duceteſimo,capta eſt Conſtãtinopolis à Frãcis & à Venetis:& Balduinum, comitem Flandriæ Imperatorẽ conſtituerunt. Cuius captionẽ,etiam poſt plures dies pleriq; ciuitatũ incolæ non credebãt:tum propter ciuitatis fortitudinẽ,tum propter antiquam quam habebant prophetiã. Prophetizatũ itaq; erat,quòd deberet capi per angelũ. Et ita etiã poſſe capi non credebãt. Sed hoſtibus per 1200

## PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato.*

### GREGORIVS. CLXXXIII

1183 Gregorius octauus, natiõe Beneuentanus, ſedit menſe uno, diebus uigintiſeptem. Et ceſſauit pontificatus diebus uiginti.

Hic zelando pro terra ſancta, ad uniuerſas prouincias literas mittit.

Poſtea pace facta inter Genuenſes & Piſanos, Piſis moritur: ibidemq́ ſepelitur.

### CLEMENS. CLXXXIIII

1184 Clemens tertius, natione Romanus, ex patre Iohãne Scholari, ſedit annis tribus, diebus ſedecim.

Hic clauſtrum apud ſanctũ Laurentium extra muros ordinauit.

Et Lateranenſe palatium fecit altius.

Et etiam puteum ante æreum equum fieri fecit.

### CŒLESTINVS. CLXXXV

1187 Cœleſtinus tertius, natiõe Romanus, ex patre Petro Bubonis, ſedit annis † quinq́, menſibus octo, diebus undecim.

*Aliud exẽplar habet, ſex,*

Iſte conſecratus fuit in die Reſurrectionis.

In ſecundo † die põtificatus ſui, coronauit Henricũ Imperatorem.

*Alij habẽt, anno 2.*

Et fecit palatium apud ſanctum Petrum.

### INNOCENTIVS. CLXXXVI

1192 Innocẽtius tertius, natione Campanus, ex patre Tranſmundo, ſedit annis † octodecim, menſibus quatuor, diebus uigintitribus.

*Aliud exẽplar habet, 44. Et quidam legunt 14.*

Iſte autem conſecratus fuit in feſto Cathedræ ſancti Peri.

Hic quàm fuit glorioſus, opera eius teſtimoniũ perhibent ueritati.

Fecit enim inter cætera Hoſpitale ſancti Spiritus.

Et renouauit Eccleſiam Sancti Sixti.

Compoſuit Decretales, Sermones, & librum de Miſera conditione humani generis: & multa alia glorioſa.

Item

## IMPERATORES.

murum intrantibus, in quo muro unus angelus pictus erat: tũc ſe deceptos incolæ cognouerunt, per æquiuocationem Angeli.

1200 Hoc anno, ſicut à pleriſque creditur, Tartarorum dominium initium habuit.

Hi enim ſub montibus Indiæ, in regione dicta Tartara, cõſtituti, dominum ſuum regem Indiæ, Dauid nomine, filium Iohannis Presbyteri occidentes, ad depopulationem & deuaſtationem aliarũ terrarum proceſſerunt.

1207 Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptimo, ab Innocentio papa, cum legato, duodecim abbates Ciſterciẽſis ordinis in terrã Albanenſem, ad prædicandam fidem hæreticis mittuntur. Quibus, de Hiſpania Didatus Oxonienſis epiſcopus habens ſecum fratrem Dominicum, in ſuo comitatu hæreticis conuertendis adiungitur. Qui Dominicus, poſtea ordinem Prædicatorum incœpit.

### OTTO. C

1208 Otto quartus, gente Saxonum, imperauit annis quatuor.

Hic autem coronatus fuit in baſilica ſancti Petri.

Sed eiuſdem anni non fuerunt à pontifice poſtea attributi: propter maleficium ſuum.

Hic uerò accepta corona, ſtatim pugna habuit cum Romanis. Et contra uoluntatem domini intrauit regnum Apuliæ: auferens illud Frederico, regi Siciliæ: propter quod excommunicauit eum papa.

Quarto autem anno Imperij eiuſdem Ottonis, Fredericum Imperatorẽ Principes elegerunt. Qui ueniens nauigio uſque Romam, à domino papa & populo honorificè eſt receptus.

Hic uerò in Alemãniam ueniẽs, cõtra Ottonem ibi mirificè triumphauit.

FRE-

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

PONTIFICES.

*Anno à Chriſto nato,* 1192

Item dedit uniuerſis eccleſiis in Roma unam libram argēti, pro ſingulis calicibus earum, nō habentiū calices argenteos: tali tamen pacto, quòd eos uendere non poſſent.

Hic autem coronauit etiam Ottonem & depoſuit: quia fidelitatem non ſeruauit.

Huius tempore, à Francis capta eſt Conſtantinopolis & à Venetis.

Similiter Miramolinus Saracenorum, ueniens cum innumerabili multitudine contra Hiſpanos, confuſus ad patriam rediijt.

Huius temporibus Liuoniæ bona pars, ad fidem conuerſa eſt.

Anno uerò pontificatus ſui, decimaſeptima Nouēbris, in baſilica Lateranenſi, quæ Conſtantiana uocabatur, celebratum eſt Cōcilium generale, pro ſubſidio terræ ſanctæ, & pro ſtatu uniuerſalis eccleſiæ: multa utilia ſtatuta fuerunt ibi promulgata: in quo fuit cum patriarchis, epiſcopis & aliјs prælatis. Sūma prę latorū fuit mille ducenti † quidecim.

*Aliud exēplar habet* 1290.

Tēpore huius Cōcilij conſecrauit eccleſiā ſanctę Mariæ trās Tiberim.

Demum, cùm papa propter ſubuentionē terræ Sanctæ in Piſanos, Genuenſes & Longobardos, pacem intenderet facere, in itinere ad hoc conſtitutus apud Peruſium eſt defunctus. Ibiq; in eccleſia ſancti Laurentij eſt tumulatus.

Et ceſſauit pōtificatus per unum diem tantùm: Peruſinis cauſa electionis papæ, cardinales ſtrictiſsimè arctantibus.

Hic autē abbatis Ioachim libellū, quem contra magiſtrū Petrū Lombardum compoſuerat, damnauit.

Damnauit etiam Almaricū quendam Carnotenſem cum ſua doctrina: ſicut habetur in Decretali Damnamus. Qui Almaricus aſſerit, ideas quæ ſunt in mente Diuina, creare & creari. Quum ſecundum Auguſtinum, nihil niſi æternum atque incom-

*Libr. 1. titul. 1. cap. 2.*

IMPERATORES.

FREDERICVS. CI

*Anni à Chriſto nato,* 1212

FRedericus ſecundus, imperauit annis trigintatribus.

Hic fuit coronatus ab Honorio, in baſilica ſancti Petri.

Hic autem ab infantia per eccleſiam, tanquā per matrem educatus eſt: & ad Imperij faſtigium, Ottone damnato, promotus, eccleſiam Dei non fouit ut matrem, ſed tanquam nouercam, quam potius laniauit.

Propter quod Honorius papa, qui ipſum coronauerat, ſibi rebellem, & eccleſiæ Romanæ aduerſarium comperiens, ipſum anathematizauit: & omnes barones à ſua fidelitate abſoluit.

Ipſius etiam tempore, anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimotertio, 1233 idibus Februarijs, frater Iordanus, totius ordinis Prædicatorum magiſter, uita & doctrina laudabilis, ultra mare ubi ad prędicādū Saracenis ierat, in portu maris obijt.

Hoc quoq; tempore, olim diſcordia inter Imperatorē & Honorium papam orta à Gregorio, cum anathemate renouatur.

Duo quoq; cardinales, Iacobus Preneſtinus, & Otto, pro ſubſidio eccleſiæ contra Fredericū legati ultra montes miſsi, quum redirent ad curiam, cum pluribus prælatis per naues Piſanorum capiuntur.

Hic Fredericus proprium filium, Henricum nomine, regem tūc Alemannię, accuſatum ſibi de rebellione, captum in Apuliā, ducens, ſqualore carceris ſuffocauit.

Hoc in tempore, cruce dudum ſignatus, durante ſententia excōmunicationis mare tranſiuit: maiorem deſolationem quàm cōſolationem terræ ſanctæ relinquens.

Poſtquàm autem ab Innocentio papa depoſitus eſſet ab Imperio, Principes elegerunt contra ipſum Landgrauium Thuringiæ.

Quo poſt parum tempus mortuo,

PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato,

incommutabile ſit in mente Diuina. Dixit etiã quòd ideo finis omnium dicitur Deus: quia omnia re-
1192 uerſura ſunt in eum, ut in Deo immutabiliter quieſcant: & unum indiuiduum atque incommutabilem in eo permanebunt. Et ſicut alterius naturæ non eſt Abraham, alterius Iſaac, ſed unus ac eiuſdem: ſic dixit, Omnia eſſe unum, & omnia eſſe Deum. Dixit enim, Deum eſſe eſſentiam omnium creaturarum, & eſſe omnium. Item dixit, quòd ſicut lux non uidetur in ſe, ſed in aëre: ſic Deus nec ab angelo, neque ab homine, uidebitur in ſe: ſed tantùm in creaturis. Item aſſeruit, quòd ſi homo non peccaſſet, in duplicem ſexum partitus non fuiſſet, nec grauaſſet. Sed eo modo, quo ſancti Angeli multiplicati ſunt, multiplicati fuiſſent & homines. Et quòd poſt reſurrectionem, utriuſque ſexus adunabitur: ſicut (ut aſſerit) fuit prius in creatione. Et talem dixit Chriſtus fuiſſe poſt reſurrectionem. Qui omnes errores inueniuntur in libro qui intitulatur Peri phyſeôn. Et hic liber inter alios libros cõdemnatos Pariſiis ponitur: & is liber cum Almarico & ſuis ſequacibus, fuit Pariſiis combuſtus. Dixerat etiam, quòd in charitate cõſtitutis, nullum peccatum imputabatur. Vnde ſub tali ſpecie pietatis, eius ſequaces omnem turpitudinem committebant.

Tempore huius Innocentij, duo ordines ſolennes, ſcilicet ordo fratrum Prædicatorum, & ordo fratrum Minorum inceperunt.

Ordinem fratrum Prædicatorum incepit ſanctus Dominicus in Tholoſanis partibus: ubi contra hæreticos uerbo & exemplo prædicabat.
1198 Anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimooctauo, pontificatus papæ Innocentij anno ſexto.

Ordinem uerò fratrum Minorum, in-

IMPERATORES.

Anni à Chriſto nato,

tuo, Guilielmus Comes Hollãdiæ, denuò cõtra ipſum eligitur à Principibus. Sed paulò poſt à Phriſonibus occiditur. Et ſic uterq; electio, benedictione caruit Imperiali.

Hoc tempore, anno Domini mil 1248
leſimo ducẽteſimo quadrageſimooctauo, Lodouicus rex Frãciæ trãſfretauit ultra mare, habuitq; lætum principium, ſed triſtem exitum. Intrando enim Damiatam cepit: ſed poſt paululum, penè omnibus ſuis amiſſis, captus fuit: licet uolente Deo reſtitutus.

Hic Fredericus poſt ſuam ab Imperio deſtitutionem, quum inter ciuitates Longobardiæ Parmam, tanquam ſibi magis exoſam forti manu obſideret, à legato domini papæ & à Parmenſibus eſt deuictus. Et amiſſis theſauris, & alijs rebus ſuis, in Apuliam rediens, ibi graui infirmitate correptus, defunctus eſt.

Manfredus filius eius naturalis ambiens regni Siciliæ dominium, & theſauros, tandem regnum obtinuit: quouſque Carolus frater regis Franciæ, tunc Comes Prouinciæ, per Vrbanum quartũ papam, uocatus ſub Clemente quarto, ueniens, ipſum Manfredum & regno & uita priuauit.

His Fredericus ab Auguſto primo, centeſimus fuit Imperator.

Eiuſdem Frederici Imperatoris temporibus, anno Domini milleſi- 1239
mo ducenteſimo trigeſimonono, gens Tartarorum, occupatis Orientalibus, & crudeliter ſubactis, in duo agmina ſe diuidentes, Vngariam & Poloniam intrauerunt.

Ibi campeſtri bello cum ipſis habito, frater regis Vngariæ dux Colomannus in Pannonia, & in Polonia nobilis dux Bleſiæ Hẽricus occiditur. Reliquum uulgus tam in uiris, quàm in mulieribus, quos inuenire potuerunt, in ore gladij exterminatos: ſic terras illas, maximè Vngariam

PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato, 1206 rum, incepit ſanctus Frāciſcus, prope ciuitatem Aſsiſinam, apud ſanctam Mariam de Portiuncula: anno Domini milleſimo ducēteſimo ſexto, pontificatus eiuſdem domini Innocentij anno quartodecimo: qui fuit annus cōuerſionis ipſius: à quo poſtea uigeſimoquarto anno defunctus eſt. Is Franciſcus ante ſuam conuerſionem uocabatur Iohannes.

HONORIVS. CLXXXVII

1210 Honorius tertius, natione Romanus, ſedit annis † octodecim, menſibus octo, diebus uigintiquatuor.

Aliud exēplar habet, 10 annis, mēſibus 28. dieb. 23.

Hic autem fuit electus apud Peruſium.

Et apud ſanctum Laurētium extra muros, Petrū Altiſiodorenſem Comitem coronauit in Imperatorem Conſtantinopolitanum.

Hic etiam eccleſiam ſancti Laurentij extra muros, & baſilicam quę dicitur Sancta ſanctorū renouauit.

Decretales compilauit.

1212 Hic in baſilica ſancti Petri, Fredericum regem Siciliæ coronauit in Imperatorem Romanorum.

Huius tempore Damiatam Chriſtiani ceperunt. Sed Saraceni fortuitu caſu contingente, poſtea recuperauerunt eam.

Hic Honorius papa Fredericū Imperatorem ſibi rebellem, & Romanæ eccleſiæ comperiens, aduerſarium anathematizauit: atque barones ab eius fidelitate abſoluit.

1216 Hic Honorius primo anno pontificatus ſui, ordinē Prædicatorum confirmauit: beato Dominico, natione Hiſpano, eiuſdem inuentore procurante.

Nam Innocentius papa, qui durus ſibi in hoc fuerat, uiſione habita, quomodo beatus Dominicus Lateranēſem eccleſiam cadentem, humeris ſuſtētaſſet, confirmare uoluit: ſed morte præuētus nō potuit.

Hic papa

IMPERATORES.

gariam redigerunt in ſolitudinem: ut præ fame perualida, matres puerorum ſuorum carnibus ueſcerentur: & pleriq; puluere cuiuſdā montis pro farina uterentur. Anno à Chriſto nato, 1249

Ipſius etiam tempore in Burgūdia Imperiali per terram ſolutam à mōtibus, circiter quinque milia hominum ſuffocātur. Nam unus maximus mons, ſe diuidens ab alijs montibus, per plura milliaria cuiuſdam uallis tranſiens, ad alios montes acceſsit: in ualle, omnes uillas, terra & lapidibus operiendo.

Eo etiam tempore, regis Ferrandi in Toleto Hiſpaniæ, quidam Iudæus comminuendo unam rupem pro uinea ampliāda, in medio lapidis inuenit cōcauitatem unam, nullam penitùs diuiſionem habentem, neque ſciſſuram: & in concauitate illa reperit unum librum, quaſi folia lignea habentem: qui liber, tribus linguis ſcriptus, uidelicet Hebraicè, Græcè & Latinè, talem craſſitudinem habebat, qualem unum Pſalterium. Et is loquebatur de triplici mūdo, ab Adam uſque ad Antichriſtum: proprietates hominum cuiuſque mundi exprimendo. Principium uerò tertij mundi, poſuit in CHRISTO, ſic: In tertio mundo, filius Dei naſcetur ex uirgine Maria, & pro ſalute hominum patietur.

Quod legens Iudæus, ſtatim cum domo ſua tota, baptizatus eſt.

Erat etiam in hoc libro ſcriptum, quòd tempore Ferrandi Regis Caſtellæ, debebat inueniri liber. Simile quidam inuenies † in Conſtantino ſexto. In columna 141.

ROMANVM Imperiū ſiue poſt mortem, ſiue poſt depoſitionem Frederici ſecūdi, Imperatoris, Innocentius quartus, qui eum depoſuerat, procurauit per Principes Alemanniæ, Electores plures eligi ad Imperium: uidelicet Landgrauium Thuringię, & Comitem Hollandiæ

landiæ

PONTIFICES.

*Anno à Chriſto nato,* Hic papa moritur Romæ, & in eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris ſepelitur.

Poſtea dominus Hugolinus, Hoſtiẽſis epiſcopus, in papam electus, Gregorius tertius uocatur.

GREGORIVS. CLXXXVIII

1229 GRegorius nonus, natiõe Campanus, ſedit annis fermè quatuordecim.

Iſte uerò fuit electus mẽſe Martio, die nona poſt feſtum ſancti Gregorij, apud Septiſolium.

Hic ſanctam Elizabet filiam regis Vngariæ, relictam Landgrauij Thuringij canonizauit.

Hic ſententiam quam Honorius prædeceſſor ſuus contra Fredericum fulminauerat, roborauit.

Hic quum Conciliũ celebre Romæ nititur: & ab Imperatore, uiæ per mare & per terram arctantur: duo cardinales & alij multi Prælati, abbates & clerici, & maximè per mare ad Concilium uenientes, capiuntur per Imperatoris fautores.

Hic autem papa per fratrẽ Raimundũ ordinis Prædicatorum, pœnitentiarium & capellanũ, ad Conciliũ ex pluribus uoluminibus Decretalium cõpilauit Volumen unũ: mandans ubiq; doctoribus illo uti.

Hic Gregorius, quum ab Imperatore, qui tunc ex magna parte patrimonium eccleſiæ occupauerat, in Vrbe obſideretur: uidens etiã penè omnes Romanos per pecuniã eſſe corruptos, excipiens capita Apoſtolorum, & proceſsionem à Laterano uſque ad ſanctum Petrum faciens, animos Romanorum ſic reuocauit, ut penè omnes contra Imperatorem cruce ſignarẽtur. Quod Imperator, qui iam credebat ſe intraturum Vrbem longè audiens, timens, ab Vrbe retroceſsit.

Denique Gregorius papa, tantis tribulationibus cõcuſſus, anno decimoquarto, menſe Auguſto, Romæ, mi-

IMPERATORES.

*Anni à Chriſto nato,* landiæ ſuccesſiuè, qui antequàm ad Imperialem perueniſſent, uitæ terminum peregerunt, ut ſuprà dictum eſt. Et poſt mortem prædicti Frederici, Electores ſe in duo diuidẽtes, quidam regem Caſtellæ, quidam comitem Cornubiæ fratrem regis Angliæ, ad Imperium elegerunt. Quod ſchiſma temporale multis annis perſeuerauit, & quàm plurima notabilia in diuerſis partibus mundi euenerunt, ſub hoc titulo talis uacationis. Ea per ordinem, prout breuiùs potero, explicabo.

¶ In Dacia, Hẽricus rex Danorum inclytus, ab Abel fratre iuniori, ut regnaret pro eo, in mari ſuffocatur. 1250 Qui Abel, parum honoris & commodi ex hoc eſt aſſequutus. Nam ſequenti anno regni ſui, cùm Phriſones ſubiugare uoluiſſet, à Phriſonibus interemptus eſt.

¶ Conradus rex filius Frederici, ut mortuo patre, Siciliæ regnum ſuſciperet, per mare in Apuliam deuenit: & capta Neapoli, muros illius funditùs deſtruxit. 1251 Sed quum ſequenti anno introitus ſui in Apuliã infirmari cœpiſſet, cliſtere quod à medicis iudicabatur dari ad ſalutem, ueneno mixto intulit omnino ſibi mortem.

¶ Conſtantinopolis, quæ olim per Gallos & Venetos capta fuerat, per Palæologum Imperatorem ui prælij recuperatur. 1259

Item dominus Guilielmus de Villa Hardunum, inclytus princeps Achaiæ, menſe Auguſto, ab exercitu Palæologi Imperatoris Græcorũ, fuit cum ſuis baronibus captus.

Eo etiam anno in Tuſcia Italiæ, Florentini & Lucani miſerabilem euentum habuerunt. Nam confiſi de ſuorum multitudine, quum comitatũ Senenſem intraſſent: & Senenſes freti auxilio domini Manfredi tũc regis Siciliæ, ipſis obuiam ad bellum exiuiſſent: Florentini &

Lucani

PONTIFICES.

Anni à Christo nato,

mæ, migrauit ad CHRISTVM.

Hic Reate, beatum Dominicum inuentorem & magiſtrum ordinis Prædicatorum, Bononiæ ſepultum, & miraculis innumeris coruſcātem
1233 canonizauit, anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimotertio. A confirmatione ordinis Dominicani, anno decimooctauo. Et à morte eiuſdem Dominici, anno undecimo.

CŒLESTINVS. CLXXXIX

1252 Cœleſtinus quartus, natione Mediolanenſis, ſedit † diebus quatuor. Et uacauit pōtificatus mēſibus uigintiduobus, diebus quatuordecim.

*Aliud exēplar habet, annis 17.*

Hic epiſcopus Sabinenſis, uita & ſcientia laudabilis, ſenex & infirmus electus, citò moritur: & in eccleſia ſancti Petri ſepelitur.

INNOCENTIVS. CXC

1243 Innocentius quartus, natione Genuenſis, de comitibus Lauaniæ, ſedit annis undecim, menſibus ſex.

Hic ſedes Cardinalium à multo tempore uacuas, de perſonis ex diuerſis partibus mundi ſibi placitis, electis, reſtaurauit.

Hic poſt magnas tractationes de pace cum Imperatore, dum ipſius contumaciam aduerſus eccleſiam perpēdiſſet, deuenit in Gallias, cum auxilio Genuenſium: & celebrans Concilium in Lugduno, ipſum uelut hoſtem eccleſiæ condemnauit, Imperio priuando. Procurauit que Lādgrauium Thuringiæ in regem Alemanniæ eligi: & mortuo ipſo, Comitem Hollandiæ.

Hic Lugduni canonizauit ſanctum Edmundū, confeſſorem, Cantuarienſem archiepiſcopum.

Ipſe etiam canonizauit Peruſiis ſanctum Petrum, ordinis Prædicatorum, Veronæ natum: quem hæretici, propter ipſius prędicationem contra ipſos, inter Cumas & Mediolanum occiderunt.

Cano-

IMPERATORES.

Lucani, fraude ſuorū decepti ſunt. Nam in ipſo priori conflictu, qui primi & præcipui inter Florētinos erant, ad hoſtes accedentes, in ſuos cum Senenſibus quàm plurimùm ſunt debacchati. Dicuntur autem de Florentinis & Lucanis, tunc inter mortuos & captiuos, plus quàm ſex millia hominum corruiſſe.

¶ Rex Vngariæ pro terris regem Bohemiæ aggreditur bello, habens in ſuo exercitu diuerſarum nationum milites, Orientalium & Paganorum, circa quadraginta millia equitum. Cui rex Bohemiæ cum centum millibus equitū, inter quæ dicitur habuiſſe ſeptē millia equorum de ferro coopertorum, ad reſiſtendum occurrit. Quumq; in confinijs regnorum, bellum incohatum fuiſſet, ex colliſione equorum & armorum tantus puluis de terra ſurrexit, ut media & clara die, uix homo hominē cognoſcere poterat. Tandem Vngari, rege eorum grauiter uulnerato, terga uertentes: quum cedentes feſtinarent effugere, in quodam fluuio profundiſſimo, quem tranſire debuerant, præter alios occiſos, ducenta quatuordecim millia hominū ſubmerſa dicuntur. Sic rege Bohemiæ uictoria habita, Vngariam intrante, rex Vngariæ pacem quærit: terraſq;, quæ diſcordiæ cauſa fuerant, reſtituit: & in futurum amicitiam, mediante matrimonio, cōfirmauit. 1260

¶ Vrbanus quartus, papa, regnum Siciliæ quod Manfredus uiolenter detinebat, Carolo comiti Prouinciæ fratri regis, ut illud ab eo eriperet, contulit. 1263

¶ Cometes tam notabilis apparuit, qualem nullus tunc uiuens antea uidit. Ab Oriente enim cum magno fulgore ſurgens uſque ad hemiſphærij mediū, uerſus Occidentem, comam perlucidam protrahebat: & licet in diuerſis mundi parti- 1264

PONTIFICES.

*Anno à Chriſto nato,*

Canonizauit etiam ſanctũ Staniſlaum Aſiſiis, Turonenſem epiſcopum: qui ab iniquo Principe fuerat interfectus.

Innocentio uerò mortuo, Fredericus Imperator Apuliam cum magno exercitu ingreditur. Sed poſt paululum, Neapoli moritur, & ſepelitur.

His temporibus floruit uita & ſcientia uenerabilis dominus, Hugo Cardinalis, frater Prædicatorum ordinis: qui doctor eximius doctrina ſana & perlucida, totam Bibliam Poſtillis ornauit: Concordantiarum etiam Biblicarum, primus author fuit. Quem propter uitæ & doctrinæ famam, papa Innocentius, Sanctæ Sabinæ inſtituit cardinalem. In quo ſtatu, licet eſſet de ordine Prædicatorum, omnibus tamen religioſis ac etiam ſecularibus placidus exiſtit.

ALEXANDER. CXCI

1254 Alexander quartus, natione Campanus, ſedit annis ſeptẽ, menſibus tribus, diebus quatuor.

Huius tempore Manfredus filius naturalis quondam Frederici Imperatoris, gerens ſe pro pædagogo Conradini, nepotis Frederici, ipſo Conradino mendaciter publicato mortuo, ſibi ipſi coronam aſſumpſit. Quod factum, quia in præiudicium domini papæ fuit, primò excommunicatur, poſtea contra ipſum magnus exercitus, ſed in nullo proficiens mittitur.

Hic canonizauit Agnaginæ ſanctam Claram, quæ fuit ordinis ſancti † Dominici.

*Aliud exẽplar habet, Damaſci. Et quidam legunt, Damiani.*

In his temporibus Principes Alemanniæ Electores, in duo ſe diuidentes: quidam regem Caſtellæ, & quidam Richardũ, Comitem Cornubiæ ad Imperiũ elegerunt. Quod ſchiſma, durauit multis annis.

Hic reprobauit duos peſtiferos libellos: quorũ unus dicebat, quòd omnes

IMPERATORES.

*Anni à Chriſto nato,*

bus fortè multa ſignauerit: hic tamen unum pro certo compertum eſt, ut quum plus quàm tres menſes durauerit: ipſo primo apparente, papa Vrbanus cœpit infirmari: & eadem nocte qua papa expirauit, etiam cometes diſparuit.

1265 ¶ Prædictus Carolus, qui pro recuperatione regni Siciliæ, per Vrbanum papam, uocatus Romam, ubi tunc in Senatorem electus fuerat, nauigio uenit. Demum in Italiam intrans, bello campeſtri habito, prædictum Manfredum & uita priuauit & regno.

1266 ¶ Quàm plurima multitudo Saracenorum, ex Aphrica per anguſtũ mare tranſiens in Hiſpanias, & adiuncti Saracenis in Hiſpania, magnam plagam in Chriſtianos exercuerũt: intẽdentes, quam olim perdiderant, Hiſpaniã recuperare. Sed illarum partium adunati Chriſtiani, & cruce ſignatorum, ex diuerſis partibus auxilio adiuti, licet cum multo ſanguine Chriſtianorum, de Saracenis triumphauit.

1267 ¶ Soldanus Babyloniæ, Armenia uaſtata, Antiochiam unam de famoſioribus ciuitatibus orbis cepit: & tam uiris quàm fœminis occiſis & captis, ipſam in ſolitudinem redegit.

1268 ¶ Conradinus olim nepos Frederici Imperatoris, paruipendens domini papæ excommunicationem contra dominum Carolum, quem eccleſia regem Siciliæ fecerit: inſurgens ad Teuthonicos quos habuit quàm plurimos, Lombardis & Tuſcis adiunctis, peruenit uſque Romam: ubi quum Imperiali more ſolenniter receptus fuiſſet, aſſociato ſibi Senatore Vrbis domino Henrico, fratre regis Caſtellæ, & quàm plurimis Romanis, contra regem Carolum Apuliã intrauit. Sed poſt durum campeſtre bellum, Conradinus cum ſuis terga uertentibus

capitur

omnes religioſi,& uerbum Dei prædicantes, de eleemoſynis uiuendo ſal- *Anni à*
uare non poſſent:alter uerò aſſerebat inter cætera,quòd Euangeliũ CHRI- *Christo*
STI, & doctrina Noui Teſtamenti,neminem ad perfectionem perduxit:& *nato.*
euacuanda erat anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo:& in ſe- 1260
xageſimo anno deberet incohari doctrina Ioachim: quam conditor libri
nominauit Euãgelium æternum:totam hominum ſaluandorum perfectio-
nem,in illo ponendo:& etiam dicebat,quòd ſacramenta nouæ Legis,in hoc
anno euacuarentur. Quæ omnia,& authoritas Apoſtolica,& prædicti tem-
poris ſequens experientia exſufflauit.

Alexander iſte papa,moritur Viterbij:& in eccleſia ſancti Laurentij,ho-
norificè tumulatur.

## VRBANVS. CXCII

VRbanus quartus,natione Gallicus,ex ciuitate Trecenſi,ſedit annis tri- 1261
bus, menſe uno, diebus quatuor. Et ceſſauit pontificatus menſibus
quinque.

Hic duas ordinationes fecit.

Exercitum Saracenorum,quem Mãfredus in patrimonium eccleſiæ mi-
ſerat,per cruce ſignatus fugauit.

Comiti Prouinciæ Carolo fratri regis Frãciæ,regnum Siciliæ, ut à Man-
fredo detentore eius recuperaret,contulit.

Moritur is Vrbanus Peruſiis,& ibidem ſepelitur.

## CLEMENS. CXCIII

CLemens quartus,natione Prouincialis, de uilla ſancti Ægidij,ſedit an- 1265
nis tribus,menſibus nouem,diebus uigintiquinque.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimooctauo, mortuus eſt 1268
Viterbij:& ibidem ſepultus,in eccleſia ordinis fratrum Prædicatorum.

Et ceſſauit pontificatus annis tribus,menſibus duobus,diebus decem.

*Hic iam modus procedendi aliquantulum uariatur.*

Hic uxorem & liberos habens, primùm fuit famoſus aduocatus, & re-
gis Franciæ conſiliarius. Deinde mortua uxore, propter uitam bonam &
ſcientiam laudabilem,primò Podienſis epiſcopus, & poſtea Narbonenſis
archiepiſcopus:tandem Sabinenſis epiſcopus & Cardinalis efficitur.

Sed quum poſtea in Angliam poſt reformationẽ à papa Vrbano quarto
legatus miſſus fuiſſet, abſens à cardinalibus, Peruſii in papam eſt electus:
qui ſic uigilijs,ieiunijs & orationibus,ac alijs bonis intentus fuit,quòd mul-
tas tribulationes, quæ tunc eccleſia ſuſtinebat, Deus propter illum credi-
tur extinxiſſe.

Hic autem quum Conradinus nepos Frederici Imperatoris, regem Ca-
rolum,cui papa regnum Siciliæ conceſſerat & contulerat, debellaturus in-
traret:& plerique factum regis Caroli pro deſperato haberet:tum propter
Conradini exercitus multitudinem,& propter regni Siciliæ penè totius re-
bellionem:prædixit in publico ſermone, factum Conradini tanquã fumum
tranſiturum:& ipſum,tanquam ouem ad uictimam intraturũ in Apuliam.
Quod & rei poſtmodum probauit euentus. Nam Conradinus poſt fugam
captus fuit, & decollatus: & factum eius, paucis diebus pòſt, tanquam fu-
mus euanuit.

Hic etiam papa canonizauit Viterbij in eccleſia fratrum Prædicatorum,
ſanctam Eduergiam,quondam duciſſam Poloniæ,miræ ſanctitatis uiduam:
quæ inter alia commendabilia, quum canonizatio eius per plures annos
differretur, ipſa procuratori in curia Romana ſuper eodem negocio,quum

PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato, eſſet in triſtitia, per uiſum apparuit: ac eum de expeditione negocij, & etiã de die expeditionis certificauit.

GREGORIVS. CXCIIII

1272 GRegorius decimus, natione Longobardus, de ciuitate Placentia, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimoſecũdo, ab electione ſua, ſedit annis quatuor, diebus quindecim. Et ceſſauit pontificatus diebus decem.

Hic fecit unam ordinationem quinq; epiſcoporum cardinalium, quàm plurimum laudabilem, quia honeſtas & laudabiles perſonas aſſumpſit.

Hic tertio pontificattus ſui anno, pro utilitate terræ Sanctæ, quã perſonaliter uiſitare intẽdebat, Lugdunum ſolenne celebrauit conciliũ, in quo Græcorum & Tartarorum ſolennes nuncij interfuerunt. Græci ad unitatem eccleſiæ redire promittentes, in ſignum cuius, Spiritũ ſanctum confeſſi ſunt à Patre Filioq; procedere, ſymbolum ſolenniter in concilio decantando. Nuncij uerò Tartarorum infra Concilium baptizati, ad propria redierunt. Numerus autem prælatorum, qui fuerunt in Cõcilio, ſunt quingenti epiſcopi, ſexaginta abbates, & alij prælati circiter mille. Hic in Cõcilio multa bona inſtituit: uidelicet, pro ſubſidio terræ Sanctæ, pro electione ſummi Pontificis, & pro ſtatu uniuerſalis eccleſiæ.

Hoc tempore rex Romanorum & rex Francorum, cum multis baronibus, pro ſubſidio terræ ſanctæ, cruce ſignati ſunt.

Hic papa fuit miræ experiẽtiæ in ſecularibus, nec intẽdebat pecuniarũ lucris, ſed pauperũ eleemoſynis.

Mortuus eſt Aretij, & ibidem ſepultus.

INNOCENTIVS. CXCV

1276 INnocẽtius quintus, natione Burgundus, de Tarãtaſia, anno Domini

IMPERATORES.

capitur: & à Carolo cum multis nobilibus decapitatur. Anno à Chriſto nato,

¶ Lodouicus rex Frãciæ Chriſtianiſſimus, non territus præteritis laboribus & expenſis, quas olim fecerat ultra mare, iterum cum filijs duobus, adiuncto ſibi rege Nauarræ, & quàm plurimis eccleſiarum prælatis & baronibus, pro recuperatione terræ Sãctæ iter aſſumpſit. 1270

Verùm ad hoc ut faciliùs terra ſancta recuperaretur, incidit conſilium, ut regnum Thunicij, quod in medio conſiſtens, non paruum dabat transfretantibus impedimentum, primitùs Chriſtianorũ ſubijcerent poteſtati. Et quum portum ad Carthaginẽ, qui eſt prope Thunicium, potenti manu cepiſſent: infirmitas, quæ illo anno, maximẽ circa confinia maris uiguit, in eodem Chriſtianorum exercitu, nimis inualuit. Et primò quidem ex regis Frãciæ filijs unum: poſtea domini papæ legatum: & dominum Albanẽſem cardinalem: & demum ipſum regem Chriſtianiſſimũ Lodouicum, cum plurimis Comitibus & baronibus, necnon & alijs ſimplicibus, de medio ſuſtulit. Quàm feliciter autem rex prædictus terminauit, rex Nauarræ domino Tuſculano per literas ſignificauit. Nam in infirmitate ſua, laudare nomen Domini non ceſſans, illam orationem quandoque interſerebat: Fac nos, Domine, proſpera mundi diſpicere: & nulla eius aduerſa formidare. Orabat etiã pro populo, quem ſecum duxerat, dicens: Eſto, Domine, plebi tuæ ſanctificator & cuſtos.

Et quum appropinquaret ad finem, ſuſpexit in cœlum, dicens: Introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum, Domine: & confitebor nomini tuo. Et hoc dicto, obdormiuit in Domino.

Et quum de morte pij regis Chriſtianorum exercitus turbaretur, & Saraceni

PONTIFICES.

*Anni à Christo nato,* mini milleſimo ducẽteſimo ſeptuageſimoſexto, ſedit menſibus quinque & diebus duobus. Et ceſſauit pontificatus diebus octodecim.

Hic à pueritia ſua, in ordine fratrum Prædicatorum exiſtens, doctor in ſacra Scriptura eximius efficitur. Demum in archiepiſcopum Lugdunenſem, & poſtea in epiſcopum Hoſtienſem: tandem in ſummum pontificem aſſumitur.

Hic licet multa facere propoſuiſſet, morte præuentus, nil notabile facere potuit.

Mortuus eſt Romæ & in Lateranenſi eccleſia ſepelitur.

ADRIANVS. CXCVI

1276 Adrianus quintus, natiõe Genuenſis, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimoſexto, ſedit mẽſe uno, diebus nouẽ.

Romæ eligitur in palatio Lateranenſi.

Viterbij moritur & ſepelitur.

Et ceſſauit pontificatus diebus uigintiocto.

Iſte Adrianus fuit nepos Innocentij quarti: & ab ipſo, in cardinalem tituli ſancti Adriani promotus: à domino Clemente quarto legatus in Angliam, pro bello quod inter regem & barones exortũ fuerat, ſedando, miſſus fuit.

Hic papa factus, ſtatim conſtitutionem, quam papa Gregorius decimus in concilio Lugdunenſi de reſtitutione Cardinalium propter electionem ſummi pontificis ediderat, ſuſpendit: proponens, eam aliter ordinare. Sed morte præuentus, conſtitutionem ſic ſuſpenſam reliquit.

IOHANNES. CXCVII

1276 Iohannes uigeſimusprimus, natione Hiſpanus, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimoſexto, ſedit menſibus octo, & die uno.

Et ceſſauit põtificatus poſt mortem

tem

IMPERATORES.

Saraceni lætarentur: dominus Carolus rex Siciliæ, bellator egregius, pro quo adhuc uiuẽs frater ſuus rex Franciæ miſerat, nauigio, cum magna militia aduenit. De cuius aduentu, Chriſtianis magnum gaudium, Saracenisq; meram mœſtitiam attulit. Et licet multò plures Saraceni, quàm Chriſtiani uidebantur: nullatenus tamen audebãt bello generale cum Chriſtianis aggredi: ſed per quaſdam alias aſtutias, multa ab eis incõmoda inferebant. De quibus hoc unum fuit. Eſt enim regio illa multùm ſabuloſa, & in tẽpore ſiccitatis puluerulenta. Vnde ſtatuerunt Saraceni plura milia hominum ſuper unum montem Chriſtianis uicinum: ut quum uentus fieret ad partes Chriſtianorum, ſabulum mouentes, puluerem ſuſcitarent: qui puluis multam moleſtiam intulit Chriſtianis. Sed tandem puluere per pluuiam ſedato, Chriſtiani factis machinis & uarijs inſtrumentis, Thunicium per terram & aquam oppugnare intendebant. Quod uidentes Saraceni, timore cõpulſi, pacta cum Chriſtianis inierunt. Inter quæ hæc dicimus fuiſſe præcipua, ut omnes Chriſtiani in regno illo capti, liberi dimitterentur: & quòd monaſterijs ad honorem CHRISTI, in omnibus ciuitatibus regni illius conſtructis, fides CHRISTI per fratres Prædicatores & Minores & alios quoſcunque liberè prædicetur: & uolẽtes baptizari, liberè baptizentur: & ſolutis expenſis, quas ibi fecerant Reges. Rex Thunij, Regi Siciliæ tributarius eſt effectus.

*Anno à Christo nato,* 1273

Plura alia pacta fuerunt, quę hîc ponere longum eſſet.

Et quum ex aduentu domini Edouardi regis Angliæ, Phriſonum, & aliorum peregrinorum in tantum creuerat exercitus Chriſtianorum, quòd circa ducenta millia pugnato-

PONTIFICES.

Anni à Christo nato, 1276

tem eius, menſibus ſex, & diebus ſeptem.

Hic pontifex Iohannes, Petrus antea dictus, in diuerſis ſcientijs famoſus, primò Tuſculanus epiſcopus, tandem Romanus pontifex efficitur: qui ſcientiarum florem, & & pontificatus dignitatem, morum quadam ſtoliditate deformabat: adeò, ut naturali induſtria carere uideretur.

In hoc quàm plurimùm laudabilis fuit, quòd ſe tam pauperibus, quàm diuitibus communem exhibens multis: egenos ſtudium literarum amplectentes, fouit: & beneficijs eccleſiaſticis promouit.

Et quum ſibi uitæ ſpacium & annos plurimos exiſtendi crederet, & hoc coram alijs aſſereret: ſubitò cum camera noua, quam pro ſe circa palatium Viterbij ipſe conſtruxerat, ſolus corruit: & inter ligna & lapides colliſus, ſexta die poſt caſum, ſacramentis omnibus eccleſiaſticis perceptis expirauit: & ibidem in eccleſia ſancti Laurentij ſepultus extitit.

IMPERATORES.

Anno à Christo nato, 1277

gnatorum crederetur: & ſperaretur, quòd non ſolùm terram Sanctam, ſed etiam totũ Saraceniſmum ſubiugare debuiſſent: pecunijs extinguentibus, abſque ulteriori utilitate eſt diſperſus. Nam legatus domini papæ, qui ipſos dirigere debebat, per mortem ſubtractus erat. Terra etiam Sancta, ad quam ire debebant, gubernatore peregrinorum carebat: quoniam Patriarcha, qui legatus erat in terra Sancta, defunctus erat. Sedes etiam Apoſtolica, quæ utrobique prouidere debebat, tunc uacabat. Rex uerò Nauarræ, qui infirmus ex Aphrica proceſſerat in Siciliam ueniens, iuxta Draponam, in domo fratrum Carmelitanorum defunctus eſt.

FINIS.

NICOLAVS. CXCVIII

1278 Nicolaus tertius, natione Romanus, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo, ſedit annis * *Hucuſq; etiã Varauui exemplar.*

FINIS.

*Hucuſque Chronicum Martini Poloni, archiepiſcopi Conſentini, in Supputationibus ſummorum Pontificum & Imperatorum Romanorum.*

# APPENDIX, EX ANTIQVO FVLDENSI CODICE.

## PONTIFICES.

### NICOLAVS. CXCVIII

Anno à Christo nato, 1278

Nicolaus tertius, natione Romanus, de domo Vrſinorũ, electus fuit anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo, in die ſanctæ Catarinæ. Sedit anno uno, menſibus nouem, diebus ſex. Et uacauit pontificatus menſibus quinq;, diebus uigintiduobus.

Parum ante ſui promotionem, Tiberis Romæ in tantum excreuerat, quòd ſuper altare eccleſiæ ſanctæ Mariæ Rotundæ per quatuor pedes & amplius ſupererat.

Hic pontificatus ſui, anno primo, menſe Martio, fecit unam ordinationem quinque epiſcoporũ: duorum ſcilicet presbyterorum, & duorum diaconorum cardinalium.

Hic palatium ſancti Petri multùm augmentauit. Et plurima ædificia faciens, iuxta illud paruum pratum incluſit, & fontem ibidem profluere parauit, mœnibus & turribus muniuit: hortum magnũ diuerſis arboribus decoratum includendo.

Hic etiam Carolum regem Siciliæ à uicariatu Senatus amouit: ac ſe in Senatorem ad uitam ſuam eligi procurauit in Vrbe: ac conſtitutiones fecit de electionibus prælatorum & Senatoris Vrbis, & Senatum ipſum ferè per duos annos
1280 regi fecit.

Mortuus eſt in Sutrium caſtro, prope Viterbium, ubi tunc curia erat, anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo, calendis Septembris. Poſt cuius mortem Hani-

## IMPERATORES.

Anno à Christo nato, 1272

Soldanus autem Babiloniæ, ægrè ferẽs quòd Eduardus rex Angliæ cum militia ſua, in terra ſua moram traheret: per quendam Saracenum, eidem Regi domeſticum, ipſum Regem ſolum in lecto iacentem, proditoriè uenenato cultro lethaliter uulnerari procurauit. Qui læſione grauatus, de lecto exiliens, proprijs manibus hoſtem proſtrauit: & de eodem uenenato cultro ſtatim eum interfecit. Et poſt paucos dies, medicamentis ſanatus, ad partes ſuas redijt.

### RODVLPHVS. CII

Rodulphus rex, imperauit apud Teuthones annis octodecim. 1273

Hic quum fuiſſet Comes Haſenburg, circa baſilicam fuit electus in regem Romanorum, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimotertio. Quam electionem papa Gregorius decimus approbauit in fauorem terræ Sanctæ, ad quam plurimùm anhelabat proficiſci.

Hic ad petitionem dicti papæ, rex Francorum cum multis baronibus receperunt crucem transmarinam.

Hic fuit in armis probus, prudẽs & ſtrennuus.

Huius tempore papa Nicolaus tertius Carolũ regem Siciliæ à uicariatu Tuſciæ, & à Senatu Vrbis amouit: ac ſe ad uitam in Senatorem Vrbis eligi procurauit: & Senatum ferme per duos regi fecit. Nam papa mortuo, unus Hanibaldenſium, & alter Vrſinorum, Se-

PONTIFICES.

*Anno à Chriſto nato,*

Hanſbaldenſes contra Vrſinos inſurrexerunt: & unus Hanibaldenſis, & alter Vrſinorum Senatum regebant: ſub quibus plurima homicidia & diſſenſiones in Vrbe fuerũt.

MARTINVS. CCXCIX

1281 MArtinus quartus, natione Gallicus, de Turonis, electus fuit Viterbij, anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimoprimo, in die Cathedræ ſancti Petri. Et ſedit annis quatuor, menſe uno. Et uacauit pontificatus diebus quatuor. Et coronatus fuit in Vrbe ueteri decimo calendis Aprilis.

Hic antea Simon dictus, tituli ſanctę Ceciliæ, presbyter cardinalis fuit. Et primò ab Vrbano quarto, & poſtea à Gregorio decimo in Franciam miſſus, per plures annos legatus extitit: & in Vngaria, reſurrectionis Dominicæ ſequenti fecit unam ordinationem ſeptem preſbyterorum, & unius diaconi Cardinalis.

Hic electus in Senatorem Vrbis ad uitam ſuam, loco inſtituit Senatorem Carolum regem Siciliæ, & temporale eccleſiæ extra Apuliam per eiuſdem Regis familiares regi fecit. Et Comitem Iohannem de Apia, cum ſtipendiarijs Francigenis circa octingentos contra Guidonem Comitem Montis Ferrarij, in Romaniolam miſit: qui terram eccleſię in illis partibus occupauerat: & iuxta ciuitatem Foroliuij, contra dictum Guidonem bellauit. In quo bello, Comes Thaddæus ferme cum quingentis Gallicis, & ex aduerſa parte mille quingenti occiſi fuerunt: nulla tamen uictoria habita. Et tamen miſſo à papa illic Guidone de Monteforti, Guido comes Montis Ferrariæ, reſtituit ſibi terras per eum occupatas: & ſic iurauit eccleſiæ fidelitatem: & Romaniola tota tunc, excepta Vrbinate, Quæ ciuitas tandem compulſa,

IMPERATORES.

*Anno à Chriſto nato,*

natum in Vrbe regebant. Sub quorum regimine, plura homicidia & diſſenſiones fuerunt in Vrbe.

1281 Poſtea, anno milleſimo ducenteſimo octuageſimoprimo, papa Martinus quartus in ſenatorẽ Vrbis fuit electus ad uitã: qui loco ſui inſtituit Senatorem Regem Siciliæ: eodem papa reſidente in Vrbe ueteri.

Anno pontificatus ſui primo, piſcis marinus captus fuit in plaga maritima, quæ eſt uerſus Montẽ Altũ: & portatus ad Vrbem ueterem: cuius pellis erat piloſa, pedes breues: caudã & caput, aures, os & linguã, quaſi leo habebat: & in eius captura, planctus horribiles emiſit. Vnde multi, prognoſtica exinde futurorũ aſſerebãt. Et parùm pòſt, in regno Siciliæ, Panormitani ſuccẽſa rabie, Gallicos qui ibi morabãtur, omnes tam mares quàm fœminas, ac ſenes & iuuenes, in regis Caroli contemptum occiderunt: & aperientes latera mulierũ Latinarũ, quæ dicebantur à Gallis cõcepiſſe, partus earum occidebãt, antequàm naſcerentur. Deinde tota Sicilia ſic rebellãs, Petrũ regem Arragoniæ in ſuũ Regem & defenſorem uocauerunt. *Monſtrum.*

Illis temporibus maxima fuit diſſenſio in Vrbe, inter Vrſinos & Hanibaldenſes.

Eo tẽpore inter Anglicos & Gallenſes duriſsimum bellum fuit.

Tunc etiam in Thunicũ, regis Arragonũ aſtutia, inter montiũ diſtrictus, magna Saracenorũ multitudo fuit oppreſſa: & occiderunt Saracenorũ aduerſariorũ circa tria milia.

Tunc etiam Soldanus Babylonię fugatus à Tartaris, per octo dietas, occiſi dicuntur Saraceni ultra quinquaginta milia. Sed Soldanus, reſumptis uiribus, dictos Tartaros Orientales fugans, ducenta triginta milia Tartarorum in huius fuga dicuntur cecidiſſe.

Poſt hoc, rex Carolus & Petrus de Ar-

## PONTIFICES.

Anno à Christo nato.

pulſa, hoſtiliter reuerſa fuit, ad mandata papæ.

Hic papa excommunicauit Peruſinos, eo quòd exercitum ſuper Fulginatos contra inhabitationem ſuam feciſſent: quos tandem abſoluit: & illuc iuit: ubi cum magno gaudio receptus fuit. Et poſtea Carolus rex Siciliæ, ordinato ſtatu regni ſui, mortuus eſt die ſeptima menſis Ianuarij: de quo papa nimium doluit: & hæredibus ipſis regis ad tenendum regnum melius, in ſubſidium ſummæ pecuniæ, ferè centum milium librarum Turonenſium miſit: & poſt diem reſurrectiõis Domini, poſteaquàm papa celebraſſet, & refectionem ſolitam cum ſuis capellanis ſumpſiſſet, arripuit eum infirmitas occulta, de qua nimium ſe pati dixiſſet: licet medici in ipſo iudicium mortis nullum reperiſſent: ex qua obijt, feria quarta ſequenti: & Peruſijs ſepultus fuit.

Qui papa Martinus quartus, dicitur poſt mortem ſuam plurima feciſſe miracula: ſed ceſſabant ipſa miracula, duodecima die menſis Maij ſequentis.

1285 HONORIVS. CC

Honorius quartus, natione Romanus, de Sabellenſibus, prius diaconus cardinalis: electus fuit Peruſiis, anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimoquinto, die ſecunda Aprilis: & Romæ, apud ſanctum Petrum conſecratus, & coronatus. Sedit annis duobus, die uno. Et uacauit põtificatus menſibus decem, diebus duobus.

Hic fuit omnino homo temperatus, & magnæ diſcretionis: impeditus tamen corpore in pedibus & manibus: libenter ubique pacem quærens.

Romæ obijt apud ſanctam Sabinam: & apud ſanctum Petrum ſepultus fuit.

NICO-

## IMPERATORES.

Anno à Christo nato.

de Arragonia, qui Siciliam occupauerat, & in regem Siciliæ contra papæ inhibitionem ſe fecit coronari: propter quòd papa ipſum excommunicauerat, & regno Arragoniæ, & omni eo quòd ab eccleſia tenebat, priuauerat: belli pactum taliter inierunt, quòd eorum quilibet haberet centum milites, quos uellet & poſſet, in plano Burdegalenſi, paratos ad pugnandum ad inuicem, centum contra centũ: inter quos ipſi duo, Carolus & Petrus, computari debebãt, prima die Iunij, anno Domini milleſimo du 1283
centeſimo octuageſimotertio. Et qui uictus eſſet, uel ad diem illam ſic non ueniret, perpetuò infamis eſſet, priuatus honore & nomine regio, periurium incurreret: & uno famulo, in poſterum eſſet contentus. Ad quem diem dictus Carolus, ut promiſerat, uenit, cum legato ſedis Apoſtolicæ. Prædictum uerò Petrum quidam dixerunt, cum duobus ſocijs ueniſſe in nocte, præcedente diem ſtatutum, & fuiſſe loquutum cum ſeneſcallo Burdegalenſi in loco priuato, prædicentem, quòd propter regis Franciæ timorem ibidem præſentis, pactũ ſeruare non audebat.

Eo tempore, regnũ Arragoniæ à ſtipendiarijs regis Franciæ inuadebatur: & multa caſtra occupabãt, plurimis de Arragonia occiſis.

His temporibus Romani uicarium, Vrbis officium ſenatoriale gerentẽ, expulerunt: & Iohannẽ Thracij in capitaneum Vrbis & Reipublicæ defenſorẽ inuocauerũt: qui licet parũ rexerit, multos tamen Romanos offendit. Sed Romanis ad mandatum papæ reuerſis, ſuſceperunt uice papæ duos uicarios ſenatoriæ: uidelicet Hanibaldenſem Petri Hanibaldi, & Pandulphum de Sabella. Sub quorum regimine fuerunt Romani quietè.

Eo tem-

## PONTIFICES.

*Anni à Christo nato,*

### NICOLAVS. CCI

1288 Nicolaus quartus, natione Longobardus, ex Marchia Anconitana, de Eſculo ciuitate: electus fuit in feſto ſancti Petri, anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo octauo. Seditq́ annis quatuor, menſe uno. Et uacauit pontificatus annis duobus, menſibus ferme tribus.

Hic prius dictus frater Hieronymus, de ordine Minorum fuit: quorum miniſter fuerat generalis, & exinde presbyter cardinalis.

Hic pontificatus ſui anno primo, fecit unam ordinationem Cardinalium.

Obijt in die Paſchæ: & ſepultus fuit apud ſanctam Mariam Maiorem.

### CŒLESTINVS. CCII

1294 Coeleſtinus quintus, natione de Terra Laboris, prope Sullonem, electus fuit anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimoquarto, die ſeptima Iulij. Seditq́ menſibus quinque, diebus quinque. Et uacauit pontificatus diebus decem.

Hic prius uocabatur frater Petrus de Murone, ordinis qui dicebatur ſancti Damiani, ſub regula ſancti Benedicti, quaſi eremita degebat in magna auſteritate uitæ, multos habens diſcipulos in illis circumuicinis partibus, quibus ipſe ita præerat tanquam paſtor & pater.

Huius electio admiranda & inopinata fuit.

Perſtiterant enim cardinales duobus annis & amplius fixi: & diuiſi in uoluntatibus, nequeuntes concordare.

Et tandem audita de ſanctitate uitæ huius fratris Petri, ipſum in Peruſio, quo cardinales ſe transtulerant de Roma, poſt obitum Nicolai quarti: & miſerunt cardinales inde

## IMPERATORES.

*Anno à Christo nato,*

Eo tempore princeps Salernitanus, filius regis Caroli, iuxta Neapolim, naturali bello à Siculis & Hiſpanis in mari debellatus eſt, & captus fuit: poſtea & Meſſanam ductus, Tartari fuit mancipatus. Et quarta die ſequenti, rex Carolus uenit Neapolim: & Neapolitanos rebelles factos, poſt captionem principis caſtigauit. 1289

Anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimonono, dum Litaniæ fierent ſancti Marci, Tripolis ciuitas capitur à Soldano & Saracenis. Fueruntq́ capti & occiſi plures Chriſtiani: & Chriſtianitatis nomen & cultus deletum eſt. 1290

Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo, calendis Iunij, Achon ciuitas à Saracenis capitur: & occiſis idem plus quàm triginta millibus perſonarum utriuſque ſexus. Cuius perditionis cauſa fuiſſe fertur multitudo dominorum, & diuerſitas nationum: ibidemq́ faciebat contrarietatem uoluntatum.

Eodem anno mortuus fuit Rodolphus rex, ſine benedictione Imperiali: & apud Spiram Alſatiæ ciuitatem, ſepultus fuit.

### ADOLPHVS. CIII 1292

Adolphus rex imperauit apud Teuthonicos, annis ſex.

Hic antea fuit Comes in Nanſone: & electus fuit anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimoſecundo.

Hic fuit uir ſtrennuus in armis, ſed potentia non multum.

Huius tempore ortum eſt bellum in Vaſconia, inter Philippum regem Franciæ, & Eduardum regem Angliæ: in quo plurimi perierunt.

Hic Adulphus dominum Iohannem Cabillonenſem conſtituit uicarium ſuum, & miſit in Tuſciam: quem Bonifacius papa fauorabili.

inde electionis ſuæ decretum ad ipſum, qui tunc erat in partibus Abrutij, in *Anno à* habitaculo ſuo colens Deum. Et poſtmodũ uenerunt ad ipſum, & in Aqui= *Chriſto* leia, in eccleſia ſanctæ Mariæ de Collomadio, in feſto decollationis ſancti Io *nato,* hannis Baptiſtæ cõſecratus & coronatus fuit. Deinde iuit Neapolim, ubi fecit unã ordinationem cardinaliũ magnã, inter quos erãt duo ex ordine ſuo.

Hic homo Dei, in ſecularibus rebus minus expertus, Theologiæ & orationi magis deditus fuit. Elegitq́; abiectus eſſe in domo Domini, & habitare ſecum. Vnde ædita poſtea à ſe conſtitutione, quòd papa Romanus poſſet papatui cedere.

Ipſe in uigilia ſanctæ Luciæ, Neapoli, in conſpectu fratrum cardinaliũ, reſignauit papatus oneri & honori: deponens ibidẽ papatus inſignia, & exuit ſe papalibus indumentis, Et poſt ceſsionẽ latêre uoluit, & redire ad eremum, ſicut prius. Sed comprehenſus in fuga, per miſſos Bonifacij, ſucceſſoris ſui, reduct⁹ fuit: & in caſtro Fumonis, in cuſtodia Bonifacij papæ retentus. Nec deinceps ab aliquibus tunc dubitantibus, utrum papa poſſet papatum reſignare, in ſcandalum eccleſiæ & ipſius Bonifacij, & pro papa haberetur.

Hic prius & poſterius, dictus fuit Petrus de Murone. Et poſtea ſuperuixit anno uno, menſibus quatuor, diebus uigintiocto. Et ſepultus fuit in monaſterio ſancti Antonij de Ferentino, ordinis ſui, prope maius altare, anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimoſexto. 1296

Hic multis claruit miraculis. A Clemente quinto, papa, ſub nomine ſancti Petri canonizatus fuit.

BONIFACIVS. CCIII

Bonifacius octauus, natione Campanus, de Anagnina, electus fuit Nea- 1296 poli, in die proximo uigiliæ Natiuitatis Domini, anno ipſius Domini milleſimo ducenteſimo, nonageſimoquarto, ſuo prædeceſſore uiuente. Seditq́; annis octo, menſibus nouem. Et uacauit pontificatus diebus decem.

Hic primò fuit uocatus Benedictus Caietanus. Et prius fuit ſolennis aduocatus in curia: deinde, domini papæ notarius: & poſtea, tituli ſancti Martini in Montibus presbyter cardinalis, & tandem papa.

Hic ſtatuit feſta Apoſtolorũ, quatuor euangeliſtarũ, & quatuor doctorũ, Gregorij ſcilicet, Auguſtini, Ambroſii & Hieronymi: ſub honore feſti duplicis celebrare. Villam Apanenſem in nouam ciuitatem erexit.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimoſexto, iſte papa fecit 1296 proceſſus cõtra Colonẽſes: eo quòd Stephanus de Colona, theſaurũ ſuũ deprædatus fuerat. Deinde Iacobus & Petrus de Colona cardinales, uidentes cõtra ſe papã cõmotum, libellũ famoſum cõfecerunt cõtra ipſum, quẽ ad multas partes mundi miſerũt: aſſerentes in eo, ipſum nõ eſſe papã, ſed cœleſtinum tantùm. Vnde citati à Bonifacio, non uenientes, tandem fuerunt ſicut ſchiſmatici condemnati, & priuati capellis rubeis, beneficijs eccleſiaſticis, & cardinalatus titulo, cõmodo & honore. Inſuper bona ipſorũ, & filiorũ Iohannis de Colona, Agapeti, Stephani & Siarræ, fuerũt pariter cõfiſcata, in die Aſcenſionis Domini, anno ſequenti. Prædicti uerò Iacobus & Petrus, à facie 1297 Bonifacij perſequentis latuerũt: donec Bonifacius mortuus & ſepultus fuit.

Hic papa canonizauit Lodouicum regem Franciæ.

Anno Domini milleſimo ducẽteſimo nonageſimoſeptimo, Bonifacius 1297 Sextum librum Decretalium, quem fieri fecerat, publicauit.

Anno ſequẽti recõciliauit ſibi & Eccleſiæ, Alphonſum regẽ Arragonũ: et 1298 abſoluit à ſentẽtia excõmunicatiõis: et regnũ Arragonũ ſibi reſtituit: regnũq́;

Sardi=

## PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato,

Sardiniæ,ſub certis pactis ſibi conceſsit.

Tunc Reate,ubi papa reſedit, & in uicinis partib⁹,maximus erat terræmotus, & multa ædificia diruit: & pluribus diebus,non tamen continuè durauit.Ita quòd papa ibidem apud Prædicatores, in tentoriolo de ſubtilibus aſſeribus facto, quieuit:& homines de nocte ad campũ fugerunt.

Illis diebus papa fecit quatuor cardinales,& poſtmodum alio tempore duos cardinales fecit.

1300 Anno domini milleſimo trecenteſimo hic papa conceſsit plenam *Iubilæus.* indulgentiam omnium peccatorũ, omnibus uiſitantibus limina Apoſtolorum Petri & Pauli Romæ, & facientibus ibi quindenam infra ipſum annum.Et ſtatuit eandem indulgentiam in poſterum, in omni anno centenario:ab omnibus uiſitãtibus eam ſacra limina ſic haberi. Et ita factus fuit Romæ magnus concurſus populorũ ex toto orbe.

1301 Anno ſequenti,in autumno, apparuit cometa in Occidentali parte, in ſigno Scorpionis,aliquando ad Orientem, aliquando ad Meridiem ſuos radios emittebat:durauitq; per menſem.

Tunc corpus cuiuſdam nomine Armanni,quod trigintauno annis,tanquã ſanctum in eccleſia Ferrarienſi extiterat, ueneratum fuit, ſtudio & mandato Inquiſitorum hæreticæ prauitatis, in illis partibus exhumatum & combuſtum, tanquam damnati hæretici: & eius ara precioſa,deſtructa fuit.

Hic papa conſtitutionem fecerat, *Nota.* in qua ſe dominum ſpiritualem & temporalem in uniuerſo mundo aſſerebat. Vnde requiſiuit Philippũ regem Franciæ,ut à ſe regnũ ſuum cognoſceret. Quod rex facere contempſit.

1302 Vnde, anno Domini milleſimo trecen-

## IMPERATORES.

Anno à Chriſto nato,

rabiliter recepit.

Hic Adolphus congregauit exercitum contra ducem Auſtriæ Albertum, Rudolphi prædeceſſoris ſui filium:pugnaueruntq; ſimul: in qua pugna, Adolphus occiditur, & ſui in fugam conuertuntur, anno Domini milleſimo ducenteſimo 1298 nonageſimo octauo, & caruit benedictione Imperiali.

### ALBERTVS. CIIII

Albertus rex imperauit apud Teuthonicos annis decem. 1298

Fuitq; Rodolphi filius, & dux Auſtriæ.

Hic quum prædeceſſorem ſuum occidiſſet, electus fuit Aquiſgrani in regem, anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo octauo.

Ipſe miſit nuncios anno ſequenti 1299 ad papam Bonifacium octauum, pro approbatione electionis ſuæ: quem idem papa multis rationibus allegatis repulit prima uice, & aſſeruit eſſe nullam.

Poſtmodum uerò ſuborta graui diſcordia inter eundem papam et *Nota.* Philippũ regem Franciæ,idem Bonifacius Albertum in Imperatorẽ approbauit:eidem ſubijciens regnũ Franciæ,ſicut & alia regna.

Anno Domini milleſimo trecenteſimo primo, 1301 Bonifacius octauus, papa, qui contra Philippum regem Franciæ plura concœperat,prouocatus, literas ſuas tranſmiſit eidem Regi, ad perpetuam rei memoriam: in quibus mandauit eidem, quòd quum ipſe Papa dominus eſſet in ſpiritualibus & temporalibus in uniuerſo mundo, uolebat quòd recognoſceret regnũ Franciæ ab eodem: & contrarium *Nota.* ſentire,hæreticum iudicabat. Fueruntq; literæ huius, in regis Franciæ palatio coram pluribus concrematæ: & ſine honore remiſſi nuncij,qui portarent eas. Et tunc idem arctari fecit omnes uias & exitus regni

### PONTIFICES.

*Anni à Chriſto nato,*

trecenteſimo ſecundo, calendis Nouembris, Romæ Bonifacius papa celebrauit Concilium contra Philippum regem Franciæ: quia pecuniam extra regnum ſuum portare non permiſit. Et Alberti regis Romanorum electionem admiſit, ſubijciens ſibi regnum Franciæ.

1303 Sequenti anno in uigilia Natiuitatis beatæ Mariæ, Bonifacius papa in Anagnina ciuitate ſuæ originis, cum curia reſidēs in gente ſua, conſcijs aliquibus domeſticis ſuis, proditus fuit: & à ſuis quaſi ſolus derelictus, ab inimicis, uexillifero Guilielmo de Nogareto, de ſancto Felice, diœceſi Tholoſano, complicibus & conſentaneis Colonenſibus captus & detētus fuit. In qua captione, papa præpoſita ſibi cruce & ſanctorum reliquijs dicitur Philippo regi Francorum, quo procurante capiebatur, uſq; in quartam generationem maledixiſſe: nec in manibus inimicorum ſuorum unquam territum fuiſſe: & theſauris ſuis deprædatus fuit, cum ignominia magna eccleſiæ Anagninæ. Poſtea liberatus tertia die. Deinde iuit Romam, & trigeſima die à captione ſua, in loco doloris & amaritudinis, inter anguſtias ſpiritus poſitus, quū corde eſſet magnanimus, Romæ obijt, quinta idus Octobris: & ſepultus fuit in eccleſia ſancti Petri.

### BENEDICTVS. CCIIII

1303 Benedictus undecimus, natione Longobardus, de Teruiſio: electus fuit anno Domini milleſimo trecenteſimo tertio, undecima calendis Nouēbris: & coronatus ſequenti Dominica. Et ſedit mēſibus octo, diebus ſeptēdecim. Et uacauit pontificatus menſibus decem, diebus uigintinouem.

Hic prius uocabatur frater Nicolaus. Et in ordine prædicatorum, decimoquarto ætatis ſuæ anno, religioſe nutritus & cōuerſatus lector extitit

### IMPERATORES.

*Anno à Chriſto nato,*

regni ſui: quo anno idem papa excōmunicauit omnes impedientes, qui ueniebant ad Romanā curiam.

Poſtea idem rex conuocatis prælatis, baronibus, ac comitibus regni, Pariſiis Concilium celebrauit, petens conſilium & auxilium contra papam prædictum: & obiecta fuerunt eidem papæ crimina, & titulus hæreſis: ſuoq; prædeceſſore uiuente intruſio, & ingreſſus illegitimus ad papatum: & quòd ei non erat parendum. Fuitq; facta contra ipſum prouocatio ad concilium generale.

Anno ſequenti, menſe Iulio, pro 1302 pe Cortratum fuit campeſtre bellum inter Gallicos & Flandrenſes: ubi flos militiæ Gallicanæ in campo tam mirabiliter quàm miſerabiliter cecidit: non tam uirtute hoſtiū quàm incautè pugnantium Gallicorum, irruentium inconſultè. Ibiq; mortuus eſt Robertus Comes Atrebatenſis, Radulphus de Nigella Conneſtabilis regis Franciæ, & plures nobiles, barones & milites in foueis & foſsis, ubi quum caderent, minimè præualebant.

Anno milleſimo trecenteſimo 1306 ſexto, in feſto ſanctæ Mariæ Magdalenæ, de uoluntate regis Franciæ omnes Iudæi in regno Frāciæ capti fuerunt una die, cōfiſcatis bonis eorum. Poſtea expulſi fuerūt à regno, minimè reuerſuri.

Eodem anno Hoſpitalarij cum exercitu Chriſtianorum oppugnare cœperūt inſulam Rhodi cum circumadiacentibus inſulis circiter quinq;, quæ ab infidelibus Turcis inhabitabant: & ceperunt ab initio aliquas inſulas: ſteteruntq; in pugna & conflictu pariter obſidentes: & obſeſſi annis quatuor, finaliter Turcos expulerunt.

Anno ſequenti, tertia idus Octo 1307 bris, capti fuerūt primò Templarij, ubiq; in regno Franciæ, inopinatè, propter prophanam profeſsionem

*Anni à Christo nato,* extitit multis annis:& poſtea Prior prouincialis Longobardiæ:deinde magiſter ordinis fuit,& inde ad cardinalatum,& Hoſtienſem epiſcopum,denique aſſumptus fuit ad papatum.

1303 Hic in aduentu Domini duos cardinales fecit:quorũ unus uocabatur frater Guilielmus Anglicus,magiſter in Theologia,quem uiuentem credebat:antea in æſtate obierat:loco cuius,in Quatuor temporibus ſequentibus alium fecit.

Hic denunciauit publicè excommunicatos generaliter authores ſceleris Bonifacij prædeceſſoris ſui:& nominatim Guilielmũ de Nogareto,& Siarram de Colona,cum quibuſdam alijs.

Hic reconciliauit Iacobum & Petrum de Colona, olim cardinalatu à prædeceſſore ſuo priuatos,ad eccleſiæ unitatem:ſed non ad cardinalatum,reſtituens eis quæ ſua fuerant,quæ tunc eccleſiæ tenebat.

1304 Anno ſequenti poſt paſcha,papa iuit Peruſium:& diſsidium obortum inter Bonifacium papam & regem Franciæ ſedauit, & priuilegia & libertates,quibus Bonifacius ipſum regem priuauerat,ſibi reſtituit:& conceſsit,ſicut antiquitùs habebat.

Hic obijt Peruſii,nonis Iulij:& ibidem ſepultus,in eccleſia Prædicatorũ ante altare: qui miraculis dicitur claruiſſe.

1305 Et uacauit pontificatus per annum ſequentem,uſq; ad quintum diem menſis Iunij,cardinalibus ſtantibus incluſis:quamuis multùm arctatis à Peruſinis, uſq; tunc nolentibus concordare.

## CLEMENS. CCV

1305 CLemens quintus,natione Vaſco,de loco qui Viandam dicitur,Burdegalenſis diœceſis,ex patre Bernardo milite:electus fuit in Peruſio,anno Domini milleſimo trecenteſimo quinto,nonis Iunij.Et ſedit annis octo, menſibus decem,diebus quindecim.Et uacauit pontificatus annis duobus, menſibus tribus,diebus ſeptemdecim.

Hic antea uocabatur Bertrandus de Gotho.Et primò fuit epiſcopus Comiſenarum, & poſtea Burdegalenſis archiepiſcopus:& dum Pictauienſem prouinciam uiſitaret, papa efficitur:& inde redijt Burdegalum,idus Iulij ſequentis:ubi adhuc more archiepiſcopi ſe gerebat,decreto electionis ſuę nõ recepto.Quod poſtea in craſtino ſanctæ Mariæ Magdalenæ recepit,à cardinale ſibi miſſo,ſequenti die,in Burdegalenſi eccleſia,in præſentia prælatorum & baronum,& Clemens uoluit appellari.Deinde coronatus fuit decimooctauo calendis Auguſti,in Lugduno.

Quumq; de loco coronationis cum maximo comitatu procederet,concurrentibus & comprimentibus ſe turbis,cupientes papam coronatum uidere,depulſa materia cuiuſdam muri corruit prope papam,& cecidit corona de capite eius:& in caſu,auulſus fuit carbunculus precij ſex millibus florenorum: nec papa læſus fuit. Licet Iohannes dux Britanniæ cum quindecim alijs colliſi,infra paucos dies obierint. Vnde plurimi admirati, uaria uaticinabant.

Hic decimooctauo calendis Ianuarij fecit unam ordinationem duodecim cardinalium,intra quos fuerunt Iacobus & Petrus de Colona,olim per Bonifacium papam priuatos cardinalatu.

Poſtea ipſe reuocauit duas conſtitutiones Bonifacij:in quarum una,continebatur regem Franciæ, Romanæ eccleſiæ temporaliter & ſpiritualiter eſſe ſubiectum, Et aliam, inſertam Sexto libro, quæ incipit Clericis laicos

cum om-

PONTIFICES.

Anno à Chriſto nato, 1307 cum omnibus ex ipſis conſequuta.

Anno Domini milleſimo trecenteſimo quinto, hic papa confirmauit regem Arragonum in regno Sardiniæ.

Poſtea papa fuit Burdegalis cum curia, & inde Pictauis, ad concordandum Philippum regem Franciæ, & Eduardum regem Angliæ.

1308 Anno Domini milleſimo trecenteſimo octauo, in feſto ſancti Iohannis ante portam Latinam, eccleſia ſancti Iohannis in Laterano, in Vrbe, combuſta eſt. Vnde Romæ fuit magna lamentatio. Romani, quaſi hoc ſuper ſe Diuinum iudicium reputantes, eccleſiam reficere ſtuduerunt.

1310 Anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo, in ſabbato Quatuor temporum, papa fecit ſecundam ordinationem quinque cardinalium.

1311 Anno ſequenti papa excuſauit regem Franciæ, de his quæ egerat contra memoriam Bonifacij papæ. Et Guilelmus de Nogareto, ab excommunicatione propter captionem, iniuncta ſibi pœnitentia abſolutus fuit: qui tamen horrenda morte dicitur terminaſſe.

1312 Anno Domini milleſimo trecenteſimo undecimo, hic papa, Viennæ Concilium generale conuocauerat. Cuius Concilij prima ſeſsio fuit incohata decimoſeptimo calendis Nouembris: ubi de paſſagio ultra marino, & recuperatione terræ Sanctæ tractabatur. Et per fratres Hoſpitalis ſancti Iohannis Hieroſolymitani, crucem ultra marinam ferè in uniuerſa Chriſtianitate prædicare fecit. Et plura millia Chriſtianorum cruce ſignati, quum ad curiam papæ ueniſſent, ipſe papa abſoluit eos à uoto prædicto, & mandauit ipſos ad partes ſuas reuerti. Et ſic quaſi deluſi, illorum labores, & ſumptus maximi, effectum nullum

IMPERATORES.

eorundem, & expoſitionem in opprobrium Crucifixi. Fueruntq; plures ex eis, & de maioribus illius ordinis confeſsi ſunt ſuæ profeſsionis ritum execrabilem, qui antè à nemine unquam poterat ſciri. Plurimi tamen eorum, licet ſubiecti tormentis, talia confiteri nolebant. Deinde Clemens papa quintus, & Cardinalis, quibus huius prophana profeſsio incredibilis uidebat̃, certioratus ex profeſsione iſtorũ Templariorum, mandauit, Templarios ubiq; capi, & inquiri contra ipſos. Anno à Chriſto nato, 1307

Eodem anno, in die cœnæ Domini Inquiſitores hæreticæ prauitatis, in partibus Longobardiæ, congregato exercitu cum prædicatione crucis & plena indulgentia peccatorum: contra Dulcinum, Nouarienſem hæreſiarcham, multos infectos & ſequaces diſcipulos habentem, morantem in montibus Nouarienſis, tam ueterum quàm nouorũ, diuerſorum, peruerſorum dogmatum inuentorem. Vbi tunc multi ex eis, propter intenſum frigus & famem deficientes, in ſuis erroribus perierunt. Vbi Dulcinus, cum centum quinquaginta perſonis, & Margareta conſorte ſua, in ſcelere capti fuerunt, & occiſi. Et inuenti fuerũt ibi mortui quadringenti & amplius hæretici: & Margareta malefica, ante oculos dicti Dulcini, membratim conſciſſa fuit. Deinde & ipſe Dulcinus, membratim inciſus, amborum membra cum quibuſdam ſuis complicibus combuſta fuerũt.

Eodem anno Albertus rex à filio fratris ſui, eo quòd ipſum ducatu Sueuiæ priuauerat, occiſus fuit: & caruit benedictione imperiali.

HENRICVS. CV

HEnricus ſextus, imperauit annis quinq;. 1308

Hic quum Comes fuiſſet Luxenburgenſis, electus fuit in Francofordia, anno Domini milleſimo trecen

PONTIFICES.

*Anni à Christo nato,* 1312

lum habuerunt.

Et ſequenti Martij menſe, undecima calendis Aprilis, in priuato conſiſtorio papa caſſauit & annihilauit ordinem Templariorum perſonis & bonis eorum, ordinationi ſuæ reſeruatis. Et ſequẽti menſe Aprilis, in ſecunda ſeſsione Concilij, caſſatio dicti ordinis promulgata fuit. Hic autem ordo centum octuagintaquatuor annis, aut circiter, militauerat: diues & multum priuilegiatus fuerat.

Et poſtea, ſecunda nonis Maij, ultima Concilij ſeſsio fuit. quod ſeptima feria menſis pertractum eſt in quo fuerunt multæ conſtitutiones editæ. In quarum una, declarata fuit regula Fratrum Minorum: ſuper quam pars una fratrum Minorum, qui Spirituales dicebantur, altercantes, ſedis Apoſtolicæ iudicẽ poſtulauerat.

Hic propter ſectam Begardorũ & Beguinarum hæreticorum, utriuſq; ſexus reprobauit: qui Alemanniam & plures prouincias peruerſis dogmatibus ſuis infecerant. Dicebant enim inter cætera, hominem eundo de uirtute in uirtutem, perfectionem CHRISTO poſſe fieri: & in hac uita, hominem poſſe fieri impeccabilem. Negabant etiam ſe, poteſtati ordinariorum ſuorum, & etiam papæ ſubeſſe.

Poſt celebrationem Concilij papa iuit Auinionem. Et poſtea ſabbato Quatuor temporum fecit tertiã ordinationem nouem cardinaliũ.

Poſtea canonizauit ſanctum Petrum de Murone, olim papam Cœleſtinum quintum, ſub nomine ſancti Petri confeſſoris.

1313 Anno Domini milleſimo trecenteſimo decimotertio, in uigilia ſancti Gregorij, Pariſiis cõbuſtus fuit magiſter ordinis quondam Templi, cum quodam alio eiuſdem ordinis præceptore, in præſentia duorum Car-

IMPERATORES.

*Anni à Christo nato,*

teſimo octauo, in feſto ſanctæ Catarinæ: & in Epiphania ſequenti coronatus fuit Aquiſgrani.

Anno ſequenti miſit Auinioni ad papam Clementem quintũ, duos epiſcopos & tres Comites, petens coronam Imperij ab ipſo papa ſibi dari. Qui papa, electione eius admiſſa, ipſum noluit de cætero Romanorum regem appellari: & quòd poſſet agere, quæ Regis erant: & Romæ coronationem ſibi facere promiſit, à feſto Purificationis ad duos annos. 1309

Eodem anno, in cœna Domini, papa Clemens anathematizauit Venetos, & priuauit ipſos conſortio aliarum ciuitatum: & perſonas, & res ipſorum expoſuit, uolentibus occupare: & religioſos omnes, & de locis ipſis ſubiectis mandauit exire: quia Veneti Ferrariam contra eccleſiam occupauerant. Propter quod papa dominũ Arnoldum de Pelagrua diaconum cardinalem, legatum à latere, ad partes illas miſit. Qui ſequenti menſe Auguſto, in feſto ſancti Auguſtini, cum multo ſanguine Ferrarienſiũ & Venetorum, in prælio iuxta Padum Ferrariam recuperauit. Vbi illa die dicuntur occiſi fuiſſe quinque millia hominum.

Tunc etiam ultima die Ianuarij, erat eclipſis Solis.

Anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo, fuerunt pluuiæ multæ, & inundationes magnæ in uerno & æſtate, & ſubſequuta eſt magna ſterilitas frumenti & uini, qualem tunc nemo meminerat audiuiſſe: & in pluribus locis, panis non inueniebatur ad uendendum: & pauperes more beſtiarum comedebant herbas. 1310

Tunc Pariſiis diuerſis tẽporibus circiter ſeptuaginta Templarij proprijs confeſsionibus de prophana profeſsione ſua, metu tormentorũ conuicti:

## PONTIFICES.

Anni à Christo nato,

1313 rum Cardinalium.

Eodem anno, duodecima calendis Aprilis, in caſtro de Montilijs, iuxta Carpentoratū, ubi curia tunc morabatur, papa fecit publicari cōſtitutiones, quas priùs fecerat ordinari: ex quibus decreuerat Septimum librum Decretalium fieri: & exinde cœpit infirmari. Et ſic Conſtitutiones illę remanſerunt ſuſpenſæ: quouſq; per ſucceſſorē ſuū fuerint ad ſtudia deſtinata.

Et obijt apud Roccam Maurā, caſtrum ſupra Rhodanum: & inde corpus ſuum tranſportatum fuit Carpentoratum, ubi curia fuit: & inde in Vaſconiam tranſuectū eſt, & ſepultum in eccleſia beatæ Mariæ de Vreſta, Vaſconenſis diœceſis, in uillula minus inſigni, ob deuotionem, quam ad locū habuerat.

### IOHANNES. CCVI

1316 IOhannes uigeſimus ſecundus, de Cathurco, ex patre Arnoldo, fuit electus anno Domini milleſimo trecenteſimo decimoſexto, idibus Auguſti, Lugduni in conuentu fratrum Prædicatorū: ubi uigintitres cardinales poſtquàm à Carpentorato, ob grandem turbationem commotam à conclaui quod prius intrauerant, diſceſſerant: & inde diuerſis ciuitatibus & uillis ſteterunt amplius quàm duobus annis. Tandem indulgentiam Philippi, Comitis Pictauienſis, fratris regis Franciæ, qui adhuc ferè anno cum dimidio laborauerat, pariter congregati & concluſi, in uigilia Apoſtolorum Petri & Pauli, ipſis neſcientibus & inuitis, quadrageſima die ab incluſione ipſorum, in dominum Iacobum, epiſcopum Portuenſem cardinalem aſſenſerunt, & uocatus eſt Iohannes: coronatus fuit nonis Septembribus, Lugduni, in eccleſia cathedrali.

Hic prius fuit Foroiulienſis epiſcopus, poſtea Auinionenſis, deinde Por-

## IMPERATORES.

Anni à Christo nato,

conuicti: uel ipſi Templarij dicebāt ſine tormentis, aſſerentes ſe fuiſſe mentitos, combuſti fuerunt.

Tunc Rhodum cum uicinis inſulis à Chriſtianis ſubiugata fuit.

Henricus Imperator intrauit Italiam: & Mediolani ab archiepiſcopo Mediolanenſi coronam unam Imperij ſuſcepit.

Poſtea Imperator Brixiam obſedit: ubi frater Imperatoris, cum multa ſtrage hominum occiſus eſt.

Sequenti anno, ciuitas Brixia reddidit ſe uoluntati Imperatoris. 1311

Anno Domini milleſimo trecenteſimo duodecimo, Henricus à tribus cardinalibus, quos Clemens papa propter hoc miſerat in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli, in eccleſia ſancti Iohannis in Laterano, in Imperatorem coronatus fuit. Nam in eccleſia ſancti Petri intrare nō potuit, præpediente exercitu hoſtiū, cum quibus Imperator in Vrbe bellauit: & in direptione domorū, tunc Roma grauiter fuit deformata. 1312

Anno ſequenti, epidemia maxima, & cariſtia frumenti & uini fuit in partibus Oceanis.

Eo tempore, in Concilio Viennenſi, Clemens quintus, ordinem militiæ Templi annihilauit: quæ circiter centum octoginta quatuor annos militauerat: & magiſter Templi poſtea Pariſiis combuſtus fuit: & bona ipſorum Hoſpitali ſancti Iohannis Hieroſolymitani conceſſa fuerunt. 1313

Huius tempore, rex Franciæ Philippus, contradicente Imperatore & archiepiſcopo Lugdunenſi, Lugdunum occupauit.

Hoc tempore, legem fecit, in qua Spiritum à Petro & Filio confitetur procedere. Et tandem Robertum regem Siciliæ ſibi rebellem, crimen læſæ maieſtatis declarauit incurriſſe: & ipſum Regem, ad pœnam capitis condemnauit. Quam

 ſenten

PONTIFICES.

Anni à Chriſto nato, de Portuenſis epiſcopus & cardinalis, & tandem papa factus.

Deinde iuit Auinionem, ſecunda die menſis Octobris, ubi ante curiam fecerat proclamare.

Hic feria ſexta, in ieiunijs Quatuor temporum, de Aduentu prædicto anno, fecit unam ordinationẽ octo cardinalium.

1317 Hic canonizauit ſanctum Lodouicum epiſcopum Tholoſanum, de ordine fratrum Minorum, filiũ Caroli ſecundi, regis Siciliæ, anno ſequenti, idibus Aprilis.

Item, degradari fecit ac depoſuit Hugonem Geraldi, epiſcopum Cathurcenſem, à ſacerdotali & pontificali ordine & dignitate, & demũ traditus fuit curiæ ſeculari. Per cuius iudicium fuit tractus publicè, & aliqua parte corporis excoriatus, & deinde combuſtus: eo quòd in mortem papæ fuerat machinatus.

1317 Eodem anno, circa feſtum ſancti Iohannis Baptiſtæ, Arnoldum de Via, filium ſororis ſuæ, fecit ſancti Euſtachij diaconum cardinalem.

Tunc eccleſiam Tholoſanam in archiepiſcopalem ſedem, & diœceſim Tholoſanam, in redditibus epiſcopalibus plurimum abundantẽ, in ſex epiſcopatus diuiſit. Quorum epiſcopi eſſent Suffraganei archiepiſcopi Tholoſani. Et ſex uillas in nouas ciuitates erexit: uidelicet

Villam { Montis Albani, De Riuis. Et abbatiã de Lomberijs. De ſancto Papilo. De Vauro. De Mirapiſte. }

Epiſcopos illic, & epiſcopalis ſedes conſtituens: & ſingulis earundem diœceſibus limitatis.

Item, in archiepiſcopatu Narbonenſi fecit duos epiſcopos. Quorum primum fecit in Lymoſe. Sed paulò pòſt tranſtulit ſedem inde ad abbatiam de Elcon. Secundum ponit

IMPERATORES.

ſententiam Clemens quintus papa, ut uicarius Imperatoris, uacante Imperio, Henrico mortuo reuocauit, & nullã eſſe declarauit. Et poſt mortem ipſius Imperatoris, idem papa declarauit, Imperatorem periurum fuiſſe: nec memoriam eo mortuo, de ipſo fecit. Anno à Chriſto nato, 1314

Hic Imperator, ut cõmunis fert opinio, per pœnitentiarium ſuum immixto ueneno in calice: dum Imperator, ab ipſo euchariſtiam ſumeret, extinctus eſt: & Piſis ſepultus.

Poſtea, mortuo Philippo rege Franciæ, ſucceſsit ſibi Lodouicus, primogenitus ſuus. Cuius uxor, filia Ducis Burgundiæ, quæ olim cũ uxoribus aliorũ filiorũ Philippi regis Frãciæ, ob crimẽ adulterij, quod cum quibuſdam ſuis militibus ſecretarijs commiſerant, diſcoriatis ipſis militibus, condemnatæ fuerãt in carcere, obijt.

Tunc Engilrandus de Marinhe, Normannus, potens nimis apud Philippum regem Franciæ, ſuſpenſus fuit Pariſiis.

Tunc Lodouicus rex Franciæ, congregatis uiribus regni ſui, cum exercitu maximo, uidelicet quindecim millibus equitum, armatorum peditum numero fermè innumerabili, iuit uerſus Flandriam, & caſtra metatus eſt iuxta Cortratũ: in quo caſtro Comes Flandriæ cum maximo exercitu, reſtitit, ne fluuium lis tranſiret: qui exercitus, paludibus diuidebatur. Deſcenderuntq; tunc pluuiæ maximæ de cœlo: & facti ſunt laci latiſsimi & profundiſsimi in terra illa: ex quibus equites nimium grauabantur. Vnde ipſe rex, circa finẽ menſis Septembris, cum decore & multarum rerum incommoditate, inde receſsit.

Eodem anno, circa Natale Domini, cometa apparuit, eius curſum per noctem faciens circa polum: comamq; ſuam longam, nunc uerſus Oc

PONTIFICES.

Anno à Christo nato, 1317

